


D I L V C I D A T I O -  
N V M E T D E C L A M A -  
tionum tropologicarum in Esalam

Prophetam, libri Quindecim to-  
mis tribus diuisi.

Ad Augustissimum Philippum. II. Hispaniarum Regem Catholicum.

T O M V S S E C V N D V S.

A U T O R E M I C H A E L E D E P A L A C I O G R A N A -  
tensi, & Ecclesiae Ciuitateni à sacris concionibus, & Salmanticensis Academia  
Philosophie, & Sacrae Theologie olim professore.



S A L M A N T I C A E,

In aedibus Dominici à Portonarijs, Cath. Maiest. Typographi.

M. D. L X X I I .

C V M P R I V I L E G I O .

ДИЛНОГІДАЕІ

АМДЕСЕКАМА

ін Північно-західній Індії

— відома як Омабріні


— див. діяльність

Абдуррахман III, халіф Багдадської держави

— ТОЧЕ СВОЯ НІДАСІ

Андрій ІІІ, патріарх Константинопольський

— патріарх Константинопольський



НАДІГНАМЛАВ

Індія, Пакистан, Іран, Афганістан, Кашмір, Гімалаї, Бутан, Непал, Сінгапур, Індонезія, Малайзія, Філіппіни

— КНДР, Китай

СУМПРИДІГО

# DILUCIDATIO NUM ET DECLAMA- tionum tropologi.in Esaiam Prophetam.

L I B E R P R I M V S.

Dilucidatio in Caput vigesimum quartum Esaiæ.



*CCE Dominus dissipauit ter-  
ram. a) Noua huius capi-  
tis materia huius primi li-  
bri auspicabitur initia. Pro-  
ximo nanque libro decem  
visiones Esaiæ duras contra gentium ge-  
nera decem ab-*

*soluim⁹, hoc est Ecce Dominus  
contra Babylo-*

*nem, Philistœos seu Palestinos, Damascū  
Moab, AEgyptum, Desertum mare, Idu-  
mæam, Arabiam, Vallem visionis, & deni  
q; Tyrum. Hocvero capite mutata sermo-  
nis phraſi Esaias durissima quoque aduer-  
sus vniuersam terram pronunciat. Ait e-  
nim, Ecce Dominus dissipauit terram. Ne  
que enim dixit onus terræ vt illi dicere  
erat in vsu, quando speciatim aduersum  
particulares prouincias, & gentes, prophe-  
ticum promebat sermonem. Quanquam  
de huius capititis instituto, interpretes non  
sibi bene conueniunt. Quidam enim il-  
lud contra decem tribus existimant, ful-  
minari, alij verò contra terram Sanctam,  
cuius excidium hoc putant loco prædici,  
ob Christum non receptum. Ego verò  
mallem de vniuersali dissipatione orbis,  
(quam fideles credimus prope finale iudi-  
cium futuram) huius capititis prophetiam  
intelligere. Nanq; superioribus capitibus  
de particularibus prouinciarum deuasta-  
tionibus, postquam abundè prophetarat,  
recto progrediens tamite, ad vniuersalem  
orbis deuastationem Esaias tansit, ceu ab  
procedit. speciebus, ad genus discurrens, quasi nos*

tacite admonens quemadmodum de pro-  
uincijs, & gentibus prædictis actum est a-  
liquando, diuina sœuiente in illas vltione,  
quia pessimis degebant moribus. Ita de  
orbe vniuerso agendum erit. Cuius maxi-  
ma pars via veritatis neglecta, fallacias se-  
culi, diabolicas  
dissipauit terrā<sup>a</sup>. q; illusiones soli

citè amat. Fa-

teor tamen Esaiæ verba & cæteris (de qui  
bus diximus) institutis aptari non ineptè  
posse. Verùm aptius huic, quod dudum di-  
cebā instituto congruere iudico. Quapro-  
pter quod ait. ¶ *Ecce Dominus dissipauit  
terram.*) De vniuersali conflagratione ha-  
bendum est. Quanquam non rudi miner-  
ua hoc accipiendum est verbum, vt terre-  
nam putes molem elementum ve terreū,  
à domino demoliendum esse. Non enim  
tu ita accipe, si tamen ineptire nō affectas.  
Etenim elemētariæ moles terræ, aquæ, æ-  
ris, & ignis, vniuersali illa vētura cōflagra-  
tione nō peribunt, vt neque cœlestes glo-  
bi. Sunt enim præcipuæ orbis partes: ex  
quibus mūndus componitur: quibus subla-  
tis de medio tota machina euerteretur.  
Aliud enim est, hæc quæ diximus reno-  
uanda tunc temporis esse: aliud verò de  
medio esse auferenda, primum nanque fa-  
temur aliud vero diffitemur. Ioannes nā  
que in Apocalyp. capitul. 21. & cœlos no-  
uos vidit, & terram nouam. Et Petrus A-  
postolus prima catholica seu canonica e-  
pistola. capitulo. 3. Adueniet (inquit) dies  
Domini vt fur, in quo cœli magno impe-

In vniuersa  
li orbis con-  
flagratione  
elementa &  
cœlestes ma-  
chinæ non  
peribunt.

Tom. a. A 2 tutran-

Babylon  
Palestina  
Damascus  
Moab  
AEgyptus  
Desertum  
mare.  
Idumea  
Arabia  
Vallis visio-  
nis  
Tyrus

Maias à par-  
te ad totum

tu transient. Elementa verò calore soluen-  
tur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera,  
exurentur. Transibunt vtiq; cœli magno  
impetu, quia diuina imperitante voce ab  
irrequito, & concitatissimo cursu, subsi-  
stent. Elementa

Renouanda  
omnia in die  
iudicij.  
verò calore sol-  
uentur, quia feci-  
bus, & immundi-  
cijs, (quas & ter-  
reno halitu sibi  
conciliant) ignis  
opera ex purga-  
buntur. Tādem  
terra ex omnia  
quæ in ipsa sunt  
exurentur: quip-  
pe quæ modo  
est generationū  
omnium & corruptionum fundamētum  
ab hoc vacabit munere. Cœlo nanque  
immoto (quod est inferiorum principiū  
motus) nullus prorsus in elementis spe-  
ā-  
dus est motus. Quapropter semel deusta,  
& corrupta siue germina, siue iumēta, nō  
regerminabunt, neque reuiuiscent. Qua-  
propter id temporis elementa in proprijs  
naturis, & qualitatibus, ab omni putredi-  
ne, & fæculentia, defæcatissima persistēt.  
Quippe non se inuincem alterabunt: &  
afficient, vt solebant, sed perpetua pace &  
amicitia fruentur, cœlique fixo pendebūt  
fornice. At vero obijcies forsitan Eccle-  
siasten Esaiæ. Ille enim in capitu. 1. inquit

In die iudi-  
cij cœlo im-  
moto cūcta  
immota red-  
dentur.  
Collisio ap-  
pares inter  
ecclasiasten  
& Esaiā tol-  
litur.  
Generatio p̄tererit, generatio aduenit, ter-  
ra autem in æternum stat. Si in æternum  
stabat terra, cur Esaias dissipandam p̄redi-  
cit? At & dissipanda est, & in æternum sta-  
bilis erit: dissipanda quidem quantum ad  
statum & generationis volubilitatem,  
quam modo habet: stabilis verò quantum  
ad substantiam qua p̄dita est. ¶ *Et nuda-  
bit eam.*<sup>a)</sup>) Terra & intus, & extra ornata  
est, & veluti vestita, rerum varia supelle-  
ctile. Superficiem nanque eius varijs her-  
bis, oleribus diuersis, fruticibus multige-  
nis cultam videmus, p̄ter ea quibus ab

arte humana ornat, quæ domus, turre, ca-  
stella sunt, cætera que varia ædificia, quæ  
super terram locantur & eriguntur. In vi-  
sceribus autem terræ metalla, & minera-  
lia diuersa conduntur. A quibus omnibus  
nudanda est, in

die illo terra. O-  
mnia nanq; exu-  
renda sunt. Nu-  
dabit sanè Deus,  
& affliget ter-  
ram: non quòd  
terra capax sit  
afflictionis, sed  
quia homines,  
& viuentia om-  
nia, quæ terram  
inhabitāt disper-  
denda sunt. Tūc  
sicut populus, sic sacerdos, sicut seruus, sic  
Dominus eius. Etenim conflagratorius  
ignis, non maiorem habebit rationem  
plebis, quam sacerdotum, seruorum quam  
dominorum. Et demum æqua erit ratio  
& superiorum, & inferiorum. Omnes e-  
nim ignis ille deuastabit, & consumet. Ne  
que sinistre hæc accipias, vt hinc colligas  
nihil discriminis futurum in pœnis, aut  
premijs futuris. Istud enim non est quod  
Esaias hoc pronunciat loco. Etenim vt  
peccata sunt diuersa testante Domino,  
Propterea qui tradidit metibi (inquit) ma-  
ius peccatum habet: ita quoque & suppli-  
cia non erunt eadem. Et apud Matth. 11.  
Perspicue suppliciorum differentia tradi-  
tur. Veruntamen (inquit) dico vobis Ty-  
ro, & Sidoni remissius erit in die iudicij,  
quam vobis. Et rursum, Veruntamen di-  
co vobis quia terræ Sodomorum, remis-  
sius erit in die iudicij, quam vobis. Erunt  
ergo in die iudicij quædam pœnæ gra-  
uiores, aliæ vero remissiores. Virtutum  
quoque merita, atque profectus in san-  
ctis, non sunt eadem. Considerasti (inquit  
Iob. 1.) seruum meum Iob, quòd non sit  
ei similis in terra, vir simplex, & rectus,  
& timens Deum. Nunquid solus erati-

Diversa sup-  
plicia & pre-  
mia futura.

Iob. 19.

Terra mire  
exornatur  
intus & ex-  
tra.  
et, & veluti vestita, rerum varia supelle-  
ctile. Superficiem nanque eius varijs her-  
bis, oleribus diuersis, fruticibus multige-  
nis cultam videmus, p̄ter ea quibus ab

m̄ns

Ecc.44.

Prover. 31.

r.Reg.14.

Geminatio

verbi autu-

minis certi-

tudinē eūc-

tus indicat

inscriptura,

nem euentus sub-

indicat, vt mor-

te morieris, id

est procul dubio morieris, aut effectus ve-

hementiam, vt dissipatione dissipabitur

terra, id est vehementissime dissipabitur,

atque certissime, quia Dominus locutus

est verbum hoc. Verba enim Dei infringi

non possunt. ¶ Luxit &amp; defluxit terra. b)

Præteritum pro futuro. Lugebit, hoc est,

&amp; defluet terra. Lugebit quidem, quia

tunc plangent se omnes tribus terræ. Mat-

thæi. 24. defluet vero, quia vt ignis liquat

ceras, ita tunc vniuersa hæc seculi facies

ab igne illo conflagratorio, vt cera liqua-

bitur, vt Psalmus ille docuit montes à fa-

cie eius tanquam cera liquecent. Tunc

altitudo populi terræ infirmabitur. Et

enim principes mundi qui sunt tanquam

vertices mundanæ altitudinis, infirma-

buntur. Nullius enim roboris erunt, quo

possint venturæ iræ obfistere. Sed reget

eos venturus seculi iudex, in virga fer-

rea, &amp; tanquam vas figuli confringet

eos Psalmo. 2. Nam potentes potenter

cruciandos esse nos monet diuina scri-

ptura. Hæc autem patietur terra mala,

quia infecta est ab habitatoribus suis.

Etenim diluvij aquæ, inundauerunt su-

per faciem Terræ, &amp; immenso gurgi-

Sapie. 6.

mens Deum Job? non arbitror. Sed cæte-  
ros excellebat id seculi iustos. Quale quo-  
que & illud est, Non est inuentus similis  
illi, qui conseruaret legem excelsi: & il-  
lud, Multæ filiæ congregauerunt diuitias,  
tu autem super-

gressa es vni-  
uersas. Et hoc  
genus non pau-  
ca in scripturis  
sparsa confide-  
ranti obuiam e-  
runt. ¶ Dissipa-  
tionē dissipabitur  
terra. a) Gemina  
tio nominis cū  
verbo certitudi-  
nē inscripta, nem euentus sub  
indicit, vt mor-  
te morieris, id

est procul dubio morieris, aut effectus ve-  
hementiam, vt dissipatione dissipabitur  
terra, id est vehementissime dissipabitur,  
atque certissime, quia Dominus locutus  
est verbum hoc. Verba enim Dei infringi  
non possunt. ¶ Luxit & defluxit terra. b)  
Præteritum pro futuro. Lugebit, hoc est,  
& defluet terra. Lugebit quidem, quia  
tunc plangent se omnes tribus terræ. Mat-  
thæi. 24. defluet vero, quia vt ignis liquat  
ceras, ita tunc vniuersa hæc seculi facies  
ab igne illo conflagratorio, vt cera liqua-  
bitur, vt Psalmus ille docuit montes à fa-  
cie eius tanquam cera liquecent. Tunc  
altitudo populi terræ infirmabitur. Et  
enim principes mundi qui sunt tanquam  
vertices mundanæ altitudinis, infirma-  
buntur. Nullius enim roboris erunt, quo  
possint venturæ iræ obfistere. Sed reget  
eos venturus seculi iudex, in virga fer-  
rea, & tanquam vas figuli confringet  
eos Psalmo. 2. Nam potentes potenter  
cruciandos esse nos monet diuina scri-  
ptura. Hæc autem patietur terra mala,

quia infecta est ab habitatoribus suis.  
te illam grauauerunt: quia omnis caro  
corruperat viā suā. Et Pentapolim flam-  
ma ignis absumpsit, quia Sodomitico  
crimine terra Pentapoleos infecta erat.  
Et demum Deus conuertit terram in  
Psal. 106.

infirmitate al-  
titudopopoliter  
ræ. Et terra infe-  
cta est ab habi-  
tatoribus suis,  
quia transgressi  
sunt leges, muta-  
uerunt ius, dissi-  
pauerunt fœdus  
sempiternum.

pationis. Per legem, ius, & fœdus sem-  
piternum, legem naturalem subintel-  
ligit, repetitionis ornatu, per varia ver-  
ba idem inculcans. Quanquam familia-  
rius est diuinæ scripturæ per legem, scri-  
tam denotare. Et si aliquando legis vo-  
cabulum ad natuam quoque legem se  
profundit, Paulo testante ad Romanos.  
Lex in scri-  
ptura fami-  
liarius scri-  
ptam legem  
denotat.

2. Gentes, quæ legem non habent, na-  
turaliter ea, quæ sunt legis faciunt. Et  
quia Esaias fœdus vocat sempiternum,  
lex autem scripta non sempiterna fuit,  
lex vero naturalis sempiterna est, propte-  
re à locu hic ad legem naturalem est re-  
ferendus. Nisi velis per legem quidem,  
scriptam intelligere, per ius vero, ius na-  
turæ, & ius gentium, per fœdus sempi-  
ternum, euangelica præcepta subintelli-  
gere. Quidam ergo finali die damnabun-  
tur, quia legem veterem, infregerunt,  
vt Iudæi. Alij, verò quia ius naturæ, &  
ius gentium, violauerunt, vt gentes. Po-  
stremò qui euangelica præcepta non ob-  
seruarunt, sed dissiparunt, vt hæretici, &  
corruptorum morum fideles: qui eodem  
& multo grauiori torquebuntur quam  
cateriali supplicio. Et causam auget di-

Tom. 2. A 3 cens.

cens. ¶ Propter hoc maledictio vorabit terram.<sup>a)</sup> Idest terrigenas, & peccabunt habitatores eius. Coniunctio, &, hoc loco causalis est. Valet enim perinde at-

strat, electos collatione reproborum exiguos esse. ¶ Luxit vindemia.<sup>c)</sup> Amplificatione elegantissima Esaias vititur: id quod moris eius est, ut vniuersalem totius orbis cladem evidentius exponat. Propter

ea vindemiam

(ait) luxisse. Qui

pe vindemiam nū

quam non hilarescit tota. Et

quia tunc temporis cessabit vi-

demiæ officium

& vinitorum hi-

laritas, propter

ea inquit. ¶ Luxit vindemia.<sup>c)</sup>

Dies rursum ille

postremus Apo-

caly. 14. Vindemias comparatur & messi. Mit-

te, inquit falcam

tuam, & mete:

quia venit hora ut metatur. E item, Mitte

falcem tuam acutam, & vindemias botros

vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vineæ ei-

ius. Tunc autem maturi dicuntur fructus,

quando electorum numerus, quem æter-

no Deus prædestinavit, absoluetur: quæ

dies ille nouissimus demum absoluet. Quæ-

to vero in oratore dies ille sit afficiendus

prophetarum oracula te docebunt, Ioe-

lis. 2. Magnus enim dies Domini, & terri-

bilis valde. Et Sopho. 1. Dies iræ, dies illa,

dies tribulationis, & angustiæ &c. Quare

Esaias cessatura gaudia tympanorum, &

sonitus lætatiæ, & cætera, quæ denarrat,

prædictis. Et apud Ioann. 16. Dico vobis,

ait Christus, quod plorabis, & flebitis

vos: mundus autem gaudebit. Sed obser-

ua tristitia, & gaudij huius exitum. Sancti

enim plorant, & flent: mundani vero tym-

panorum sonitu lætantur, & dulcedine ci-

tharæ, & aliorum musicorum cœcetu instrumen-

torum. At sanctorum tristitia vertetur ingau-

dium: & gaudium illorum nemo tolleret ab illis

*Coniunctio  
& aliquando  
causalis est  
scrip.*

benedictus fructus ventris tui, Id est, quia benedictus est fructus ventris tui, adnotante Beda. In quem modum, & hoc loco. ¶ Et peccabunt.<sup>b)</sup> Idest quia peccabunt. ¶ Insanient autem cultores eius. <sup>c)</sup> Et enim cum in inferno positifuerint peccatores, blasphemabunt, & diuinum nu-

*Psal. 48.*

Apoca. 16. men conuicijs temerè afficiunt. Hoc est, quod inquit. ¶ Insanient cultores eius.) Idest terræ. ¶ Et relinquuntur homines pauci.<sup>d)</sup> Quippe ex innumerabili multitudine hominum, paucos felicit Deus, qui digni sint diuinitatis consortio. Non enim vanè constituit Deus filios hominum. Et Ioannes in Apocalyp. electorum vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Magna nēpe est, quia & si pauci sunt electi collati reprobis: ceterum turba magna est electorum secundum proprij numeri rationem. Et Dominus in euangelio, Amen (inquit) dico vobis, venient multi ab oriente, & occidente, & recumbent cum Deo Abraham, & Deo Isaac, & Deo Iacob, filij autem regni eijcentur foras. Et alia sunt his similia in scripturis, quæ hoc quidem docent, sanctorum multum numerum futurum esse. Vnde & illud quoque, Messis quidem multa, operarij autem pauci. Et parabola illa seminis perspicue demon-

*i. Petr. 1.  
Psal. 88.  
Apoc. 7.  
Matt. 7:*

*Matt. 8.*

*Matt. 9.  
Luc. 10.  
Matt. 13.*

illis. Et gaudia mundana dispari exitu in mœrorem infinitum resoluentur. ¶ **A**trita est cinctas. <sup>a)</sup> Ciuitas hæc mundus est, qui totus vanissimus est. Ecclesiastæ. Vidi cuncta, quæ sub sole fiunt, & uniuersavanitas. Cu-

ius claudentur domus, quia seculi voluptates, in quibus fixate nent desideria peccatores, peribunt. Et clamor erit super vino in plateis, sub audi, super vi-

no idest de vini penuria. Tunc enim gement,

& clamabunt peccatores, quia vinum defecit in plateis, idest quia voluptifica omnia euauerunt ab eis. Proponit autem electorum paucitatem sub oliuarum si-

militudine. Ex-

cussis nanque oleis, exiguae supersunt.

Ita quoque, quando secreuerit Deus ab infinite hominum electos, paucissimi supererunt. Et quod, ait, Quia hæc erunt in medio terræ nonnulli referunt in Hie-

rosolymam, quæ est tanquam terræ ubilicus, ubi celebrandum putant uniuersale iudicium in valle celebri Iosaphat.

Iusti in die nouissimo

leuabunt vocem suam. ¶ **H**ileuabunt vocem suam. <sup>b)</sup> Vtique iu-

sti, & sancti die illo leuabunt vocem

suam, quam pressi iniquorum calum-

nij ( dum apud illos agebant ) leuare non poterant. Id quod Dominus apud

Lucam. capitulo. 21. non siluit, cum de aduentu suo in nube cum potestate magna, & maiestate, mentionem fecisset subiecit, His autem fieri incipientibus

respicite, & leuate capita vestra: quo-  
niam appropinquat redemptio vestra. Dies nanque ille postremus, est dies redemptionis sanctorum: quia tunc re-

demptione parta à Christo exactè per-  
frentur, beatitudine animo-  
rū & immortali-  
tate corporum  
potiti. Hactenus  
enim animæ san-  
ctorum corpo-  
rum contuber-  
nio destituūtur:  
quibus tunc so-  
ciatæ absoluta  
redemptione, &  
animæ, & car-  
poris, gaudebüt.  
Et merito leua-  
bunt vocem suā,  
atque laudabüt,  
cum glorificatus  
fuerit Dominus  
hinnient de ma-  
ri. Dies nanque  
ille est dies glo-  
riæ, & maiesta-  
tis Domini. In il-

lo nanque con-  
teret capita inimicorum suorum: & exulta-  
tionem sanctorum metaphorico expri-  
mit sermone. ¶ **H**innient, ait, de mari. <sup>c)</sup> Hinnitus enim ex equorum est exultantium affectu. Hinnient ergo instar e-  
quorum sancti: quia erectos se à maris tempestate siue, ut apertius dicam, a mun-  
di huius turbulentis fluctibus in illo die experientur. Quam obrem Esaias ait.

¶ **P**ropter hoc in doctrinis glorificate Do-

minum. <sup>d)</sup> Dignus est enim qui glorifice-

Dominus in doctrinis sanctorum: in  
alijs enim hæreticorum doctrinis glori-  
ficari non amat. Pro doctrinis Hebrai-  
cè scripsit Esaias, Vrim: & Kimhi non  
doctrinas, sed valles exposuit. Et Vrim  
varia Hebraicæ sonat: cuius singulare est,

Tom.2. A 4 Vr, 9

**P**aucitatem  
etorum vi-  
pauce Oli-

tere residuus.

Ita quoque,

quando secreuerit

Deus ab

infinite ho-

minum elec-

tos, paucissimi

supererunt.

Et quod, ait,

Quia hæc

erunt in

medio ter-

re, nonnulli

referunt in

Hie-

rosolymam,

quæ est tanquam

terræ ubi

celebrandum

putant uniu-

ersale iudicium

in valle celebri

Iosaphat.

Iusti in die

nouissimo

leuabunt vo-

cem suam.

¶ **H**ileuabunt

vocem suam. <sup>b)</sup>

Vtique iu-

sti, & sancti die

illo leuabunt

vocem

suam, quam

pressi iniquorum

calum-

nij ( dum apud

illos agebant )

leuare

non poterant.

Id quod Dominus apud

Lucam. capitulo.

21. non siluit,

cum de

aduentu suo

in nube

cum potestate

magna,

& maiestate,

mentionem

fecisset

subiecit, His

autem fieri

incipientibus

Vr , quòd est ignis , siue flamma : legimus enim Genesis decimo quinto Abraham esse , eductum ex Vr Chaldæorum , & quidam Hebræorum credunt interpretandum de incendio Chaldæorum : quia putant Abraham conie-  
ctum in ignes , vr idola coleret à quo incendio e-  
reptum fuisse à Domino . Alij ve-  
ro , Vr , putant ciuitatem esse Chaldæam , quā Flati<sup>a</sup> Iosephus Vram appellat libro primo an-  
tiquitatum Iudaicarum cap. 6.  
caterū quia Vr ,

incendiū denotat inde Vrim etiā flamas  
Vr , Vrimqd significat . Itē Vrim in rationali summis fa-  
vilit Heb.

Pall. 12. Et Lucæ 24. dubio procul demonstrant . Non ne cor  
nostrum , inquiunt , ardens erat in nobis ,  
dum loqueretur in via . At verò siue expo-  
namus in doctrinis , siue in vallis , a-  
pertum est quid velit Esaias Dominum  
in cunctis glorificandum esse . ¶ Et dixi  
secretum meum mihi .<sup>a</sup>) Hebraicè legimus

Razili quid  
Hebraicis , &  
raza & razo . in Esaia Razili . At Razili , quidam ex-  
ponunt , Macies mea mihi , macies mea  
mihi . Nam verbum Hebraicum Ra-  
zah est tenuabit macrofecit : vnde , ra-  
zon , macies . Alij verò mortem expo-  
nunt . At vero , raza , etiam secretum  
seu mysterium significat , vt Danielis . 2.  
Et ut cùnque vertatur sensui nihil offi-

cit . Si enim vertamus , macies mihi , aut  
mors mihi , perinde est , ac si dicat E-  
saias , Perij , heu me miserum : dolentis  
enim verba sunt . Ob quam autem cau-  
sam doleat subdit , præuaricantes præua-

ricati sunt : &  
præuaricatione  
transgressorum  
præuaricati sunt .  
Indolebat enim  
Esaias , quòd mul-  
ti sint vocati pau-  
ci vero electi . Si  
verò secretū le-  
gam , aut myste-  
riū , ( q̄ est sacrū  
secretum ) reuela-  
tionem suā , qua  
ipse instructus  
erat à Domino  
de die postremo

venturo subindicat . Id quod sacerrimi se-  
creti est , quod retegere solum diuina re-  
uelatio potuit . ¶ Formido .<sup>b</sup>) Formidabi-  
lem illum diem postremum futurum , at-  
q; terribilem superius diximus : cuius hor-  
orem lucas prosequitur . 21. Arescētibus  
( ait ) hominibus p̄x timore . Tanta enim  
futura est formido hominibus illo die in-  
gruente , vt à cibo & potu abstinentes , ma-  
cie confessi pereant . Fouea verò dies ille  
erit . Quia veluti in foueā , ita in Barathrū  
deiciuntur tunc peccatores : & peccatum  
etiam in scripturis fouea nuncupatur ,  
Eccl . 10. Qui fudit foueam incidet in eā .  
Etenim qui peccatum admittit , se a pecca-  
to extricare non poterit , nisi Deus opem  
tulerit : vt is qui in fouea profunda iacet , ni-  
si ab altero leuet , perpetuo iacebit . Quod  
verò dies ille laqueus sit , ipsum Christum  
audi Lucæ vigesimo primo . Tanquam la-  
queus superueniet dies ille , super omnes ,  
qui habitant super faciem vniuersitatis  
terras . Ut enim aues improuidæ ex improui-  
so laqueo capiuntur : ita quoque & pec-  
catores repentino interitu absorben-  
tur . A quibus omnibus iusti securos

se ani-

Psalm. 113. se animaduertentes illud Psalmi lætabundi proment, Laqueus contritus est: & nos liberati sumus. Eadem quoque mala Hieremias. 48. fulminat aduersus Moabitas. Pauor (ait) & fouea, & laqueus, super te ò habitor Moab.

¶ Et erit.<sup>a</sup>) Hæc verba illò tendunt, vt suprema illa supremi diei mala nullū euadere posse Esaias ostendat. Propterea (inquit) qui fugerit à facie formidinis cadet in foueam. &c.

Quoniā de manu Dei nemo est qui possit eruere. Nicolaus longas attexuit

de Antichristo expositiones: quas ego valere in præsentia iubeo. Qui ipsas amauerit apud autorem legat. Hebraicè non à facie formidinis, sed à voce formidinis legitur: at sensus idem est. ¶ Quia cataractæ.<sup>b</sup>) Septuaginta apertius ediderunt locum hunc. Non enim legunt, cataractas, sed thirides, transtulerunt, idest fenestras. Fenestræ videlicet cœlorum apertæ sunt: & est metaphoricus sermo. Ut enim homo prospecturus quæ extra domum gerūtur fenestras referat: quibus visurus incumbit: ita Deo vlturo vniuersa hominum peccata, fenestras cœlestes aperiendas tradit Esaias, ex quibus iudicandos homines aspiciat. Non tamē hæc cras sa minerua sunt intelligenda, vt huiusmodi disputes apertio cœlorum futuram, aut qđ Deus huiusmodi apertione egeat, esto fenestrarum cœli apertio concedetur: sed (vt diximus) rem evidentem facturus Esaias hoc tropo manifestauit. Si cataractas legimus secundum hyperbolę

verba sunt accipiēda: vt & in Genesi legimus quoque cataractas cœli apertas fuisse. Quippe nubes ad immēsam aquarum Gen. 7, vim, quam terris mandarunt resolutebantur. Et vt tūc nubes in infinitam aquarum copiam solutæ sunt: ita & proximè ante supremum diē, cataractæ igneæ à cœlo in terras igne pluentes, omnia vastabūt, & exurent. Est autem Quid sit cœlo in terras igne pluentes, omnia vastabūt, & exurent. cataracta Græcū nomen quod præcipitè locū vnde defluit flumen significat. Et quiatunc etiā terræmotus erunt, propterea inquit, Concutientur fundamē-

ta terræ. Terræmotus nanque illi non leues, sed validi erunt testante Euangelio. Quæ addit. ¶ Confractio confringetur.<sup>c</sup>) Venustra est amplificatio per repetitionē diuersorum nominum, atq; verborū, dissipationem orbis significās. Quamq; fugax sit mundana pōpa, & apparatus elegāti collatione nos docet. ¶ Et auferetur (dicens) quasi tabernaculum vnius noctis. d) Instar enim tabernaculi nocturni, quod homo viator sibi parat, vt noctem vnam sub illo agat, quod tamen lucente die euertitur, & ad solum deiicitur: ita mundana vniuersa vt vapor sunt ad modicum parens. Dormierunt enim somnum suum, & nihil inuenierunt viri diuitiarum in manibus suis. ¶ Grauabit eam.<sup>e</sup>) Vtique terram aut ipsos terrigenas homines: quos quanta grauidine afficiat iniquitas in tropologica declamatione capituli. 23. non ieunè trāctuimus. Quiaverò cruciatibus sempiternis semel addicti, & implicati explicare se non poterunt, ea de causa adiecit.

# Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 24

**¶** Et corruet, & non adiicit ut resurgat.<sup>a)</sup> Cur autem à tanta ruina damnati nunquam lœtabuntur, nos abundè supra demonstrauimus in tropologi. declamatio. ad caput. 5. **¶** Et erit in die illa.<sup>b)</sup> Locus hic non habet pro-  
patulū sensum. Hieronymus e-  
nim per militiā  
cœlestē, astra,  
& planetas, vi-  
det intellexisse. Dominus super  
Iob em̄ ait. 2 5.

Non sunt stellæ mundæ in cōspectu eius. Et infra. 34. Inebriatus est gladius meus in cœlo. Secundum ergo idiom a scriptu-  
rarum, ait, Visitabit Dominus, quasi ægrotan-  
tem militiam & exercitum cœli, ferro, & cauterijs, indigentem. At vero ob-  
scerior aut æquè obscura est expositio  
hæc, quam scripturæ iste locus. Scimus  
militiam cœli, ordinatissimam stellarum  
dispositionem inscriptura appellari. Deu-  
teronomij. 4. itidem & Angelicos cho-  
ros. Ut autem astra sint visitanda, non li-  
quet. Sanctos porrò Angelos eo die non  
esse visitandos, in comperto nobis est. Vi-  
sitatio nanque hoc loco, ut & alijs adnota-  
ui locis, punitionem denotat. Quamob-  
rem cogimur Angelos malos intellige-  
re, quos illo die postremo puniendostradit Esaias dicens, Visitabit Dominus mi-  
litiam cœli. Quos Paulus Apostolus prin-  
cipes, & rectores, tenebrarum harum, &  
spiritualia nequitia in cœlestibus, vocat.

Obscurus  
locus His-  
torymai.

Ad Eph. 6. Non quia maligni spiritus cœlesti habi-  
taculo fruantur, à quo explosi sunt, sed  
quia aerem, quem cœlum scripture sœpè  
vocat versant. Ideo in cœlestibus affir-  
mat Paulus esse malignos spiritus: qui cū  
sint spiritus nequissimi, & illorum iniqui-  
tas non à carnis imbecillitate, sed ab spi-

ritus nequitia prodeat, idcirco spiritualia  
nequitia illos Paulus nominat. Neque te-  
stie in cœle turbet Esaiæ verbum hoc, In excelsis. Et  
stibus à Pau-  
le dicatur. enim per, excelsum, non alias locus ha-  
bendus est, quam aer iste suapte natura ca-

liginosus, quem ut diximus, dæmones ver-  
sant, & regunt: ut Paulus insinuarat dices,  
Dæmones esse principes, & rectores te-  
nebrarum harum. Totam enim suam po-  
testatem administrant in aere isto, à quo

militiam cœli<sup>c)</sup> in excelsis, &  
super reges<sup>d)</sup> ter-  
ræ, qui sunt su-  
per terram.

in die iudicij de  
turbādi sunt, &  
fundit<sup>e)</sup> submer-  
gēdi in profun-  
da tenebrarum  
loca. Visitabit  
igitur tunc Do-  
minus hanc mi-

litiam cœli: quia à principatu, quem mo-  
do gerunt spoliandi sunt dæmones illo  
die. Etenim Paulus Apostolus. 1. ad Cori.  
15. euacuandum (inquit) omnem princi-  
patum, & abolendam omnem potesta-  
tem, & virtutem. Deus enim tantisperdū  
dies ille illuxerit orbis, dæmones principa-  
tu hoc pessimo gaudere permittit: ut illo

vtrantur apud filios dissidentiæ. Vnde Pau-  
lus propterea dæmones non lucis, sed Coloss.,  
& 5.

tenebrarum principes, & rectores vocat:  
vt Dominus in Euangeliō principē mun-  
di Satanam. Eò tamen huius principa-  
tus diabolici administrationem non pro-  
hibet, quo tota in sanctorum profectum

cedit, dispensante Deo, qui facit cum  
tentatione prouentum. Origenista, idest 1. Cor. 11.

qui Origenis sectantur placita hunc lo-  
cum ad impium fouendum dogma tor-  
serunt. Credunt enim Diabolum, & An-

gelos eius soluendos tādem à pœnis, qui-  
bus torquentur, colligentes peruersum  
hoc dogma ex verbo Esaiæ. Visitabit Do-  
minus militiam cœli. c) At vero, ut diximus  
Locus qui  
fomité pre-  
stitit Orige-  
nisti expli-  
catur.

visitatio hæc afflictionis est, & non conso-  
lationis. Nam si consolationis esset, ut in-  
telligendum verbum Christi Matth. 2 5.

Ite maledicti in ignem æternum, qui pa-  
ratus est diabolo & Angelis eius? Si diabo-  
lus, & Angeli eius & maledicti omnes

æternos deturbantur ad ignes, ut consola-  
buntur, qui perpetuò torquebuntur? Sed  
de hac re alibi. b) Et super reges. d) Hierony-  
mus hūc quoq; locū ad dæmones retulit,

quos

quos s̄ep̄ cū Paulo diximus rectores esse & principes tenebrarum harum. Sed nihil vetat omnes reges etiam subaudire, & terrenos principes, terrenasq; potestates. Quos omnes puniendos (inquit) & à potestatib; & principatibus depo-nendos. Et subdit. ¶ Congregabuntur in congre-gatione, vnius fascis<sup>a</sup> in lacum,

(scis.) Ad fascem

autem colliguntur sarmenta ignibus tradenda. Significat ergo sermo hic, impios quantacūq; dignitate fullerint siue regia, siue imperatoria, siue dictatoria, siue consulari, siue tribunitia, siue prætoria &c. cū dæmonibus detrudēdos ad ēternos ignes fore. Matthæ. 13. legimus, Colligit primū zizania, & congregat eā in fascicu-los ad comburendum: zizaniorum nomi-ne omnem peccatorum turbam accipe. Etenim inutiles se reddiderunt, qui in hor-reum ēternæ vitæ congregarentur. Sed fortassis quærat aliquis, cur Esaias in fascē vnum congregādos inquit: at Matthæus ait, Alligate ea in fasciculos? Aut hoc est, quia per fascem scripturæ tropo qui fille-psis est, fasces subaudire oportet: aut quia in fascem vnum & in fasciculos varios alligantur peccatores. In fascem quidem vnum, quia omnes auertunt se ab incom-mutabili bono Deo: in fasciculos vero diuersos, quia ad varia, & diuersa se conuer-tunt. Est enim peccatum auersio ab incom-mutabili bono, & conuersio ad commu-tabilia bona, qualia sunt creaturæ. Quia ergo quoquot sunt peccatores in vias pecca-torum varias diuertunt, atq; declināt, propterea in fasciculos varios alligandos inquit. Et præter hæc alligabūtur in fascem vnum: quia vna (quam essentiale vocat pœnam, quæ est diuinæ visionis priuatio) torquebuntur. Et alligabūtur in fasciculos varios, quippe varijs pœnis sensus affligē-tur. At verò si essentialis pœna gradus ha-beat (vt quidam putant) non est huius in-

stituti in præsentia differere. Congrega-buntur igitur in cōgregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Per fascē, lacum, & carcerem, congregādos impios in inferno insi-nuat: vbitanquā oues in inferno ponentur, & mors depascet eos, testātē psal-mo. Habet em Psalm. 48.

Christus oues suas, & diabolus suas. Et quanquā diabolici spiritus quandiu iudex Christus iudicaturus non venerit orbem, per orbem vagantur, & infernali carcere non sunt detenti, Iob enim. 2. Satan in- Diaboli pœ-quit) circui terram, & perambula eiā, nā quæ. cæterum hæc aera versantes, carceris æter-ni mala sentiunt: cui se certissimè manci-pandos aduertunt, & vincula sua dolent. Quippe impotentes se ad diuinitatis con-sortium assequendum cernunt. Vnde Iu-das Apostolus, Angelos (inquit) qui non seruauerunt suum principatū, sed dereli-querunt suum domicilium, (subaudi cœ-leste) in iudicium magni Dei, vinculis æternis sub caligine referuauit. Reserua-ti igitur sunt Dæmones sub caligine, & vinculis, in iudicium finale: sub quo vi-sitabit dixit Esaias Dominus militiam cœ-li. Quanquam præter hos dæmones, qui aerea hæc incolunt, alios quoque Tar-tareis addictos esse sedibus non ine-ptè ex verbis Iudæ intelligimus. Quales sunt Lucifer, & qui ex eminentiori-bus hierarchijs de cœlo deturbati sunt: qui acerbius delinquentes, maiori etiam pœnæ acerbitate erant afficiendi. Quapropter ad ima inferni loca depulsi fuerunt. Est autem acerbissima omnium spirituum pœna, corporeis astringi lo-cis. Etenim spiritibus nativa est libertas. Detinera-creatura corporali spiritib; ma-ligñis summa pœna.

immortalem. Quapropter cum spiritus sint liberimi, duressimis supplicij est illis, locis detineri corporeis. Plurimum enim aduersatur illorum germanissimae libertati. Vnde quod vilior & deterior est, cui mancipantur, locus, eò magis increvit dæmonum dolor, quod indignissimis creaturis nobilissima illorum natura illis inuitis, & coactis, velut iloris, & repagulis eternis constricta, & impedita sit. Quamobrem operæ pretium erat, ut qui diuinum vehementius lessissent numerū ad tertiora, & fœdiora, detruderentur loca. Vnde in Apocalypsi. 20. Angelum quendam Ioā. vidit habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua: qui apprehendit draconem, serpentem antiquum, (qui est dia bolus & Satanás) & ligavit eū, per annos mille: & missit eum in abyssum: & clausit, & signauit super illum, ut non seducat ampli' gētes. Qui locus Luciferū in abyssum esse detrusum, & clausum, facile indicat. Iuxta quem modum & cæteros, (qui Angelorum erant præstantissimi) itidem credendum est ima tenereloca. Quia quod præstantiores erant natura, eò grauius de liquerunt: eoq; demum grauius erant puniendi. Quanquam diuinæ dispensationis est, hos pestilentissimos cacodæmones ad usum & profectum suæ Ecclesiæ à carcere hoc inferni modico aliquando solui tempore, ut capitul. iam indicato Ioannes inquit. Verum locus ille apud Matthæū, Venisti ante tempus torquere nos (quæ immundorum spirituum sunt verba) hos spiritus non omnes coniectos esse ante diem iudicij in Tartarea loca, planè docet: qui omnes post multos dies visitabuntur. Quippe transactis mundi ætatibus in seculi nempe clausula, cū lucifero ab Angelo, qui habet Abyssi clavē (qui Christus est) in abyssō infernali cōcludētur semipi-

ternō, nū quā postea recludēdi. ¶ Et erubescet.<sup>a)</sup> Perspicuū est hæc expēdēti, superiora de Iudeis nō esse intelligēda. Sunt enim quibus collubitu fuit cœli militiā vocare Synagogā, quæ hucusq; infidelitatis, & te nebrarū carcerē obstringitur: à quibus tñ propediē iudicij soluenda est iuxta Oseæ vaticiniū. c.3. Et post hæc reuertentur filii Israel. Et hoc est qđ ait Esai. post multos dies visitabūtur. Porro nō cōcinnē hęc cohaerēt cū verbis istis, Et erubescet luna & cōfundetur Sol. Luminariū enim magnorū mutationē nō introducitur in scripturis, nisi propter vniuersi orbis mutationē: qualis diei supremi creditur vētura. Vnde Dñs, Erūt signa in Sole, & Luna, & stellis. Matthæi. 24. Quæ tāquā portētosa, & insolita signa, horribilem diē iudicij præuenient. Et in Ioele legim<sup>c.</sup> 2. Sol cōuerterēt in te nebras, & Luna in sanguinē, anteq; veniat dies dñi magnus, & horribilis. Est aut̄ trā-  
slatius sermo pphetę, Erubescet luna, & confundetur Sol. Etem inanimata, ut Sol, & Luna, nō erubescūt. Est em̄ erubescētia humanus affectus. Atverò tāta erit pectorū foeditas, ut ob illā dicant̄ luminaria erubescere. Aut quia adueniēt Chrō in potestate, & maiestate magna in tāta tāq; diuinæ lucis splēdore splēdidissimo, lumina omnia erubescēt: & cōfundent̄. ¶ Cū regnauerit Dñs in monte Sion.<sup>b)</sup> Tūc enim verē regnabit Chrūs, cū tradiderit regnū deo & patri: cū euacuauerit omnē principiū, & potestatē, & virtutē. Tūc regnabit in Siō & in Hierusalē illa quæ sursum est, quæ libera est, quæ est mater deniq; nostra, ad Galat. 4. Tūc glorificabit̄ demū Chrūs in cōspectus enī. i. patriarcharū, pphetarū & apostolorū, q; sunt in circuitu diuinæ sedis. Seseq; deiiciūt incōspectu throni, & agnisi suasq; deponūt coronas. Quia sc̄trū mērita, diuina sunt munera, testāte Augusti.

Lucifer dia  
bolici agni  
nis vexilla  
rius pessim⁹  
in barathro  
infernali īā  
conclusus  
est.

Capit. 8.

ampli' gētes. Qui locus Luciferū in abyssum esse detrusum, & clausum, facile indicat. Iuxta quem modum & cæteros, (qui Angelorum erant præstantissimi) itidem credendum est ima tenereloca. Quia quod præstantiores erant natura, eò grauius de liquerunt: eoq; demum grauius erant puniendi. Quanquam diuinæ dispensationis est, hos pestilentissimos cacodæmones ad usum & profectum suæ Ecclesiæ à carcere hoc inferni modico aliquando solui tempore, ut capitul. iam indicato Ioannes inquit. Verum locus ille apud Matthæū, Venisti ante tempus torquere nos (quæ immundorum spirituum sunt verba) hos spiritus non omnes coniectos esse ante diem iudicij in Tartarea loca, planè docet: qui omnes post multos dies visitabuntur. Quippe transactis mundi ætatibus in seculi nempe clausula, cū lucifero ab Angelo, qui habet Abyssi clavē (qui Christus est) in abyssō infernali cōcludētur semipi-

In solita  
ratio lumi  
narium in  
celo vni  
uersi muta  
tionē tempor

<sup>1. ad Cor. 15</sup>

D E

# DE SENSIBVS TRO.

## pologicis ad Caput vigesimum-

### quartum Appendix.

**T R O P O L O G I C A** declamatio vnicā. De tremendo diuino finalique iudicio, cuius prothema est. Ecce Dominus disipabit terram. Esaiæ. 24.



VANQVAM multa de die illo calamitoso in dilucidatione diximus (quippe totius capitatis scopus dies ille erat) tñ quæ cōponēdis moribus magis ex re nostra putamus esse ex diuini iudicij tractatu, nō tetigimus, vt q; tropologiæ huic, quæ aptissima erāt, reseruantes. In scripturis autem sanctis de die illo postremo multa, & magnifica quidem illa sunt, quæ differi possunt. Dies nanque ille horrendissimus, occultissimus, iustissimusque futurus expectatur. Horrendissimum sanè scripturæ sacræ illum venturum clamant, vt Sophonias. capitulo. 1. & Amos. capitulo. 5. & Ioel. capitulo. 2. & Hieremias. capitu. 30. Quæ omnia terribilem illum diem, prodigiosum, & portentosum tenebrarum opacitate, & caliginosa obscuritate tetricum futurum indicant. Portentosus autem atq; prodigosus erit, quippè non solum mortales extremis concutiet terroribus, sed etiam cœlestem immutabit faciem. Luna enim erubescet, & Sol confundetur, lucisque natuæ patientur deliquia, testante Domino, Lucæ. 21. Erunt (inquit) signa in Sole & in Luna. Quæ autem signa hæc sint futura expressit dicens. Matthæ. 24. Statim post tribulationem dierum illorum, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, & tunc parabit signum filij hominis. Atqui Solem, & Lunam tenebras induituros non est quod superet humanam fidem, si qui-

dem nonnunquam illos eclipsim pati sensu percipimus. Etiā si luminarium obscuritas, cuius Matthæus meminit, ordinis Obscuritas luminariū præuenturæ diem iudicij erit contra naturæ ordinem. siquidem Sol totus obscurari non potest ex Lunæ coitu. Luna namq; multis partibus Sole minor est. Quapropter illius cum Sole coitus, Solis radios omnes subripere non poterit. Et quamquam in climate vno, vel altero terræ, solaris vultus totus caligine obtectus spectantium oculis obiiciatur, cæterum alijs omni caligine detersa in eodem temporis momento coruscus obiicitur. Quam obrem astrologi doctè decreuerunt Sollem prorsus lucis suæ deliquio affici non posse. Verum obscuritas illa postrema Solis non ex Lunæ commercio, aut coniunctione erit, sed diuinæ erit virtutis lucem solarem, ne se in vniuersum diffundat suspendentis. Vnde & caligine & tenebris immensis suffundentur vniuersa, non solum inferiora hæc, sed & suprema cœlestia corpora. Etenim obturato lucis vniuersæ fonte (qui Sol est) necessarium est, & Lunam, & stellas, lumine orbari: imò & cœlestia corpora tenebricosa reddentur. Istud ergo est quod ex Matthæo protulimus, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Hæc sunt signa in Sole, & Luna, & stellis: quæ Lucas denarravit. At verò neque in corporalibus istis signis Matthæus gradum fixit. Denarrat em̄ primo luminariū eclipses, & stellarum cœlestium casum, quanquā nō de stellis fixis casum intellexit, neq; de erraticis, (quales sunt planetæ) sed de quibus

Locis ex Matthæo exponitur de casu stellæ rum.

quibusdam alijs in suprema regione aeris inflammationibus, quæ vrente cœlesti canicula oberrare, & instar stellarum cœlestium agi à nobis nō raro videntur. Has ergo stellas casuras de cœlo, idest de suprema & sublimi aeris parte Matthæus docuit. Post quæ adiecit, virtutes cœlorum commouebuntur, vt non solum huic diei terrorem incutiedum doceat sensibus, sed etiam mentibus. Virtutes, ait,

*Virtutes cœlestes quæ.* cœli commouebuntur. Sunt autem virtutes cœli Angelici spiritus, qui cœlestes motitant globos: qui commouebuntur illo die. Nam veluti contremiscunt, ex diei magnitudine & formidine deterriti, turbabuntur. De dæmonibus enim scripsit Iacobus, Dæmones credunt, & contremiscunt. Tanta enim est fidei autoritas, vt ad contremiscentiam cogat dæmones. Tanta quoque erit diei supremi formidabilitas, vt non solum malignos, sed & beatissimos spiritus suo terrore commoueat.

*Iacob. 1.* Et quanquam Angeli tremere non possint, (quippe qui spiritus sunt, & tremor corporalis motus est) ceterū vehementissimam illam admirationem qua Angeli afficientur in vniuersi euersione, immutataq; omnium subito rerum facie, commotionem appellat scriptura: vt iam hinc quantus sit diuini iudicij horror, atque tremor, nos commonefaciat diuinus sermo. Siquidem non solum humanis sensibus, & mentibus, sed & acerrimis Angelorum intellectibus, horribilem futurum indicat. Neque solū cœli virtutes eo, quo diximus nomine commouebuntur, quia mutatam aspicient omnium rerum faciem: quin etiam & alio, & illo quidem iustissimo nomine, commouebūtur. Quippe humanæ naturæ (quæ ad consortia diuinitatis fruenda condita erat) minima portio eiusdem diuinitatis consortio gaudebit. Etenim oculata cernent fide innumerabiles homines formidanda illa incorrupti iudicis sententia, Ite maledicti in ignem æternum inuolui videbunt.

¶ A sanctis præter hæc signa propheti-

ca & Euangelica quædam & alia adiecta sunt, illius diei horrida signa: quæ quindecim diebus ante iudicium absoluuntur. Mare enim (inquiunt) intumeschet, & supra vertices montium æstuabit secunda verodie ad ima & terræ centrum adeò se contrahet mare, vt videntium aspectum diffugiat. Rursum bestiarum omnium clamor, mugitus, atque rugitus, deinde maris feruor, & omnium aquarum, rursum sanguis ex arboribus stillans & herbis, sub hæc quoque terræmotus ingens, vnde ædificia omnia collapsura sunt, præter hæc lapidum fissura, & montium collisio. Quibus adde volatilium omnium congregatio erit, & ferarum conuentus, citra hominum nocentum: nam cicures tunc erunt. Et terræ ex omni parte æqualitas, vt nulla sit montium, aut vallium, aut ædium prominètia, vt planè testetur terræ æqualitas, illo die, terrigenas omnes ad æqualitatem esse redactos. Et iuxta Esaiæ vaticinium, *Oseas. 4.* sicut populus, sic sacerdos, & sicut seruus, sic Dominus eius, sicut ancilla sic domina eius, sicut emens sic ille, qui vendit capitulo. 24. Nam seculi figura (quam Paulus dicit præterire) tunc demum prorsus abolebitur & dissipabitur. Ut prothema proloquebatur. Ecce Dominus dissipabit terram. En tibi quantis, quotque tremidis signis, illustrabitur dies ille. Quot rursum & quantis portentis, atque prodigijs, adornabit Dominus diem illum suum. *Quod si scisciteris, Et quid est quod Dominus tam horrendum & formidabilem illum diem instituerit fore?* dixerim maximas clades, maximis quoque signis atque portentis, quæ sunt venturæ cladis prognostica, præueniri. Deo ita clementissimè disponente, vt humanæ incolmitati sedulo & opportunè prouideat: vt vēturi mali mortales ex prognosticis præmoniti, sibi ipsis prospiciat, & aduersus ingrētia mala, vt ut potuerint se obmuniāt. Legimus em in Flauio Iosepho, Hierosolymorum postremā deuastationē, mōstri *Li. 7. de belo Iud. c. 12.* fūcis

*Cōmotio Angelorum qualis erit in die nouis firmo.*

*Alia causa cur Angeli beati tū dicuntur com mouendi.*

*Dēus grādia ventura prognostīcē p̄rōstīcē dit.*

*Li. 7. de belo Iud. c. 12.*

hicis quibusdam signis praesudicata exti  
1. Mad. 5. tisse: & in libro Machabiorum. 2. durissi-  
ma bella gentium, armatorum militum  
concussione in coelo premostrata sunt.  
Quamobrem vniuersi orbis postrema clades,  
premonstrabitur a Deo, ut homines  
ex signorum terribilium tremore concus-  
si, ad lamenta pro peccatis suis peractis se  
inclinent, & instantissime hortentur: si-  
quidem ad manum peccatorum supplicia  
parata esse aduentent.

**P** Neque solum horrendus dies Domini,  
est, quin etiam & occultissimus. Voluit  
enim Deus diem illum latere, non solum  
homines sed etiam Angelos, adeo, ut in  
Euangelio legamus de die autem illo ne-  
mo scit, neque Angeli in coelo neque filius,  
sed solus pater. Quem locum multi indi-  
gnè tractantes huius diei scientiam a Chri-  
sto petulanter, ne dicam blasphemè subsi-  
puerunt, oblii Apostolici sermonis in  
Christo testantis plenitudinem habitare  
diuinitatis, in illoq; conditos esse diuinæ  
sapientiae omnes atq; scientiae thesauros.  
Vbi ergo est diuinorum omnium arcano-  
rum notitia, atq; scientiae plenitudo: cur  
postremi diei notitia ab illo neganda est?

**A**lij verò minus impudenter christi myste-  
ria obseruant(ex quorum numero est Iosi-  
dorus Clarius quidam, qui scholia quedam  
cōmentus est ad vtrung; testamentū) qui  
Christo, quatenus homo est, diei illius no-  
titiam subtrahunt. Quasi verò homo ille  
Christus non esset Deus: & quatenus ho-  
mo non sit venturus iudex, viuorum atq;  
mortuorum. **Q**uod si quatenus homo iu-  
dex est a Deo cōstitutus, cur inficiabimur  
eundem ipsum, quatenus homo est, diē,  
quo suum celebraturus est finale iudicium,  
promptum habere? Nec me fugit huma-  
nam naturam Christi, huius scientiae cau-  
sam non esse: sed hypostaticam cum diui-  
no verbo eiusdem naturae coniunctionē  
ineffabilem, atque diuīpam copulationē.  
**F**ilium igitur diem finalem nescire, inter-  
pretantur alii, quia Ecclesiæ suæ non pate-  
fecit. **Q**ui, alioqui, præclara alia & profun-

dissima Ecclesiæ suæ reseravuit mysteria.  
Iam (inquit) non dicā vos seruos, sed ami-  
cos: quia omnia quæcunq; auditū a patre  
meo, nota feci vobis. Aut fortassis latere se  
diem hunc Christus tradit, quia secundum  
Augustini documentum in lib. 3. de doct.  
Christianæ capitol. 3 r. quod ex præceptis  
Ticonij hausit, tribuit sibi nonnulla Chri-  
stus, quæ Ecclesiæ suæ propria sunt. Iuxta  
illud Psalmi. 2. longè a salute mea verba  
delictorum meorum. Atqui delicta non  
Christi sunt, Sed Ecclesiæ. Ignorantia iti-  
dem diei postremi Ecclesiæ vniuersalis  
est: ideo filius inquit se illum nescire. Cur  
autem Deo placuerit diem hunc ita recō-  
ditissimum esse, ut omnes lateat, cuius ta-  
men scientia videbatur hominibus neces-  
saria, ne dies ille securos nos, atq; improvi-  
uidos arriperet difficile est. Eterni si dixe-  
rit quispiam eo nos latere, ut solertiores si-  
Cur dies po-  
mus, & ne otio torpeamus, si diē & horā  
stremus in  
arcans est  
sciuerimus, hoc quidē recipio ex Euāge-  
lico illo præcepto. Vigilate ergo (inquit)  
quia nescitis qua hora Dñs vester vēturus  
sit: & rursum, Ideo & vos estote parati, Luce. 1. 18  
quia qua nescitis hora filius hominis vētu-  
rus est. Matth. 24. At ex Euāgelica verbo-  
rum serie, de die particularis iudicij (quod  
sabit homo qā diē extremū claudit) ver-  
ba intelligēda videtur. Qui dies incertus  
est homini. Siquidē si certū illum habere-  
mus, nos intrepide vitijs indulgeremus.  
Idcirco dies mortis absconditus est, ut quo-  
tidie illū trepidates, animos iugiter para-  
tos Deo præsterius. Ceterum diei illi po-  
stremo hoc si quis aptauerit, nō erit admo-  
dū cōgrua quadrataq; aptatio: qñquidem  
etiā si in numerato haberemus diē illū, &  
horā, non propterea socordiæ esset indul-  
gendū: siquidē adhuc cuiuslibet hominis  
finalis dies latet. Quāobrem paratos nos es-  
se Euāgelica iussio monet. Quare dixerī  
diē illū, & horā, in arcans dei esse: ut sicut  
exordia mudi nascōtis latuerūt cūctos, ita  
& consummatio seculorum omnes lateat  
epōter. Ut iam iuste hæreticos quosdā ri-  
deas, qui temeraria dogmata intruserunt  
certum

Ridendi sunt quipro  
fitetur se te  
p' scire diei  
postremi.  
certum præscribentes quingentorum annorum tempus, quo elapsi diem iudicij in manibus esse assertebant, aut peractis duobus Christianæ religionis annorum millibus, diem iudicij futurum. Quæ omnia ridenda esse Euangelicum oraculum commonstrauit. Cæterum monstrata signa diem illum sunt præuentura, & præmonstratura: qualia in orbe ab exordio præfuerunt nunquam. Quæ signa (vt diximus) eo anticipabunt diem postremū ut in indiculo sint hominibus diem aduentus domini, ut de erratis suis semetipsoſ cōmoneſiant. Propterea factō nihil opus fuit, diem reuelare illum: ſiquidem eundē portentis docere erit ſatis. Cui accedat eā tunc futuram hominum insolentiam, ut etiam ſi diem, & horam comperta habuifent, à facinoribus tamē ſuis non deterrentur, neq; arcerentur. Quapropter diē illum equum fuit abſcōdere, ne homines contemptum ſuum augerēt.

Etenim ſi Iudei habētes notū Christi natalis tēpus, qđ ex diuinis oraculis quotidie diſcebat, Daniele docente ex hebdomadibus ſuis, & ex historia Genfeos. ca. 49. nihilominus aduentum Christi neglexerūt, & negligunt, quid mirum, ſi etiam homines diem postremum, & horā, explorata habuiffent, ſi illa quoq; contempſiſſent? Et ut obiter hoc dicamus ex annotationibus Bedæ ad Esdram. c. 1. ſecundi libri, hebd

Hebdomas. mades Danielis conflāt. 475. annos: quippe. 70. hebdomas annorum ſolarium. Igitur ex Be. 49 o. annos ſolares conſtituant Hebræi dā de quare verò lunares annos, & non ſolares, in ſuā computationem annalem ducunt. Luna riſverò annus. 11. diebus ſolari minor est. Quapropter lunares reduci ad ſolares prædictam annorū ſummam conficiunt. 475. Et fortassis ob hāc causam abbreviata hebdomas Daniel tradidit futuras. Cœpit autem istarum hebdomadarum labi numerus, quando. 20. Artaxerxis regnus agebatur annus: & imperante Neemia templi restauratione edicta est. Primum ergo Domini Iesu aduentus quan-

do præſtandus, atque celebrandus erat, certissimum atque diuinū ex hebdomadi bus habuit indicē: postremus vero occul- tissimus (vt diximus) est. Namque ut mū di primordia nulli niſi rerum conditori Deo patuerunt, qui ſolus quodice erat cōditurus orbem nouit: ita & mundi finem, ſolus ipſe nouit, qui ſolus euertere totum potens est. Et ut prædicebamus clemētiæ est diuinæ, illum tegere diem. Tunc enim abūdabit iniquitas & refrigerescet charitas multorum. Quare & auxiſſent ſuū con- temptum, ſecundum Domini aduentum ſpernentes. Ut in diebus Noe, qui fabricā illam celeberrimam arcā, homines id ſeculi monebat, de venturo aquarum di- luicio, nihilominus Matthæo docente co medentes erant, & bibentes, nubentes & nuptui tradentes: & ſalubria Noe monita respuebant, ut Petrus inſinuat. 2. cath. 2.

¶ Postremo dies ille & iuſtiſſimus eſt. Tunc enim reddet Deus vnicuique ſecundum opera ſua. Stabimus enim ante tribunal Christi, ut referat vnuſquifq; propria corporis, prout gessit, ſiue bonū, ſiue malum. Ad Roman. 14. &. 2. ad Corinth. 5. Ecclesi. 4. Tunc ceſſabūt calumniæ, quæ ſub sole ge runtur, & lachrimæ innocentum, & qui neminem habebant conſolatorem, tunc habebunt & conſolatorem, & vltorem Christum. Tunc iuſti leuabūt capita ſua ſapient. aduersus impios. Hoc enim eſt quod psalmus. 1. aiebat, Ideo non resurgunt impij in iudicio. Quia cauſa iniutorum tūc ca det, alioqui resurgent omnes, & pij, & impij cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt defactis proprijs rationem. Tunc ſtabunt iuſti in magna constantia aduersos eos, qui ſe anguſtiauerūt. Tunc iuſti in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum. Iniusti vero viuendo, in perpetuum, morientur: & à Domino illorū vltio ſine fine egredietur. Tūc iuſti accipiēt regnū decoris, & diadema ſpeciei de manu dñi: iniusti vero cōfusionem accipiēt, turpitudinis ſuæ: & à diademate, & principatu quæ iniuste & indignè (tātisperdum viuerent)

Dies iudicij  
iuſtiſſimus  
eſt.

Ecclesi. 4.

Sapient. 5.

Sapien. 3.

viventer) gesserunt ignominiosè deijsentur. Tūc iusti bonorum laborum suorum gloriosum reportabunt fructum iniustive rō pessimorum laborum non fructum gloriosum, sed acerbissimas dabunt poēnas. Dominus enim irridebit illos, & in

Sapien. 4.

Prouer. 1. poēnis eorum subsanabit eos. Et erunt si- ne honore, & in contumelia inter mor- tuos in perpetuum: & vsq; ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & me- moria illorum peribit. Tunc armabit crea- turam omnem ad vltionem peccatorum

Deus: & pugnabit cum illo orbis terra- rum, contra insensatos. Sapient. 5. Etenim omnis visibilis creatura ad hominis mi- nisterium condita est. Quare qui ad pecca- ta & facinora admittenda creaturis vtis-

Creaturæ omnes pro- babunt Dei iniustissimum iudicium.

tur, planè illis abutitur: quippe eo homini seruiunt, vt homo Deo obsequatur. Et qui hunc infringit, & violat naturalem or- dinem, non solum creatori, sed etiam & creaturis iniurius est. Etenim illas à pro-

Apoc. 1. prijs limitibus eliminat & à proprijs ter- minis exterminat, & à proprio scopo om-

nium rerum (qui Deus est) abducit. Tunc denique fulgebunt iusti, & tanquam scin- tillæ in arundinetto discurrent. Sapient. 3. Etenim fulgebunt fulgore spirituali. Quia diuinitatis claritate (qua lumē gloriæ est)

sanctorum animæ perfundentur. Fulge- bunt quoque fulgore corporali, quia cor- pora sanctorum micantissima claritatis dote sicut Sol resplendent, Matthæi. 13.

Tunc iusti fulgebunt, sicut Sol in regno patris eorum: & rursum sicut scintillæ di-

Corpora sa- torū vt scin- tillæ ex aru- dineto con- flagrante- runt.

scurrent. Scintillarum enim discursus agil- limus, & oxyssimus est. Id quod videre est si arundinetum flammis deuratur: arundini- bus deustis scintillæ micantes superna vo- lando petunt. Ita quoque cum ignis ille conflagratorius diuini iudicij nuntius, to- tum orbem quasi arundinetum incende- rit: impijs, & peccatoribus, deustis & ad

imam Barathrorum deiectis, sancti tāquām

scintillæ splendentes, laureisque præfulgi-

dis insigniti ad æthereas volabunt sedes, &

cum angelis cœlestibus latet potentur

premijs. Verè ergo iustissimus dies ille cognominandus est, quando vindicabit dominus sanguinem sanctorum suorum,

Et laubunt iusti manus suas in sanguine peccatorum. Etenim in illum vsq; diem

Psal. 57.

sigillum sextum, quod Ioannes in Apo- calyp. cap. 6. vidit, obiectum erit. Et cum

In die iudi- cij reclude tur sigillum sextum.

aperiūset sigillum quintum (ait) vidi sub tus altare animas imperfectorum: & pau-

cis interiectis, Clamabunt voce magna di- centes, Vsquequo Domine Sanctus & ve-

rus non vindicas sanguinem nostrum.

At qui animabus clamantibus singulis istis, datæ sunt singulæ stolæ albæ: quæ premia diuinæ visionis sunt. Et harum stolarum

donatio sigilli quinti est referatio.

Porrò et si stolis istis dignissimis fulgeant, cor-

poribus tamen proprijs re assumendis in-

hiant sancti, quæ tamen resumere non pos-

sunt, donec mundi periodus accedat.

Ideoque & dictum est illis, vt requiesce-

rēt adhuc tempus modicum, donec com-

pleantur conserui eorum. Id quod erit in

seculi compleemento, quando electorum

numerus consummabitur. Tūc sancti gau- debunt animæ & corporis stola bina: quia

vtinque beabuntur, &amp; aperietur sigillum

sextum. Siquidem mundus (qui sex die- bus conditus est) cum pompis, & concu-

piscentijs suis, æterno peribit. Et vidi (ait)

cum aperiūset sigillum sextum, & ecce

terremotus, &amp; Sol factus est niger, &amp; cæ-

tera alia persequitur signa, quæ finale iu- dicium in ianuis iam esse tum premostra-

bunt: de quibus superior sermo habitus

est. Aperietur igitur sigillum sextum:

quia proximè post hæc signa iudex Chri-

stus iudicaturus descendet in orbē, & san-

Apoc. 14.

cti & iusti requiescent à laboribus suis,

et

qui per numerum senarium in scriptura insinuantur. Perfectissima nanque tam se-

cundum animam, quam secundum cor-

pus pace perfruentur. Et, vt hoc transcur-

sim dicamus, satis Ioānes demonstrat ani-

mas sanctorum (quas vidit subtus altare)

beatas iam esse, non acceptis etiam num-

corporibus suis. Ait enim, Et datæ sunt il-

lis

Tom. 2. B. lis

lis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis,  
vt requiescerent adhuc tempus modi-  
cum, donec compleantur conferui eo-

Extravagā-  
tis huius ver-  
ba lege a-  
pud Mar-  
lium. 4. Sen-  
ten. vt infra  
in margine  
cōtra Ioan.  
Pon. 22.

rum. Et scitè Benedictus. 12. in extravagā-  
ti quandam dampnauit afferentes animas  
non prius, sed simul cum corporibus in  
die iudicij beandas fore. Sanctorū autem  
de hac re controuersias in prologo poste-

riore ad Esaiam retulimus. Neque ta-  
men quia legis animas sanctorum cla-  
mantes voce magna usquequo domine  
non iudicas & non vindicas sanguinem  
nostrum de ijs, qui habitant in terra? pro-

4 Sentēt. q. pterea in mentem tibi veniat, quod Mar-  
13. artic. 3. silius Inguem. 4. Sententiarum libro de-  
conclu. 4.

cretum habuit hoc, sanctorum recipien-  
di corpora desiderium, gloriam essentia-  
lem ipsorum minuere: quæ corporibus

Desideria a receptis augebitur. Etenim si essentialis  
nimarū sanctorū ad regnum mundi cor  
est illis, Ut requiescant adhuc tempus  
pora nihil modicum? Quæ nanque quies esset ma-  
fentiali beatitudini cōtra Marsiliū  
ad huc adeptam non habent? Et demum  
animæ separatae, & à corporibus exu-  
tae, in re nulla ab ipsis pendent. Quam  
ob rem & animorum fœlicitas illa (quæ  
ex diuina visione progreditur) corpo-  
re non eget: quia prorsus spiritualis est.  
Alia ergo est animorum stola, quæ est  
illorum fœlicissima beatitudo, qua iam  
perfectè fruuntur. Alia verò est corpo-  
rum stola, qua in die illo gaudebunt quan-  
do assument pennasicut aquilæ, & immu-  
tabunt fortitudinem.

Esa. 40.

cc. p. Rūntum  
quod huc illa-  
crit horren-  
dum esse traditur. Legimus etenim di-

Sub hæc autem istis accedat quod plæ-  
raque diuina & illa sanè admiranda satis  
iudicia in scripturis diuinis fuisse legi-  
mus, at nullum ita ut finale horren-  
dum esse traditur. Legimus etenim di-

Varia & stu-  
luij vastissimos gurgites mundum in-  
pēda Dei iu-  
dicia quod uoluisse vniuersum Genesis. 7. & 2. Pe-  
vero omnia tri. 2. Originali ( inquit ) mundo Deus  
superat fina-  
le est.

Red. ambi-  
tus 22. 22.

non pepercit: sed octauum Noe iusti-  
tiae præconem, custodiuit diluuium  
mundo impiorum inducens. Grauissi-  
mum quidem iudicium hoc, sed iustis-

simum sanè. Grauissimum quidem, mun-  
dus enim adhunc recens conditus, &  
in suis principijs florens erat: eoque ori-  
ginalis mundus est à Petro appellatus,  
Locus Petri explicatur.  
huic tamen non pepercit Deus. Iustis-  
simum vero, quia mundus impiorum e-  
rat, omnis enim caro corruperat viam  
suam: humanique mores id temporis  
corruptissimi erant. Rursum & iudi-  
cium illud aduersus Sodomæos & Go-  
morrhæos vniuersamque Pentapolim,  
quem non sua deterrebit formidine? si  
exactè considerauerit, quantus fuerit  
Dei in homines furor, ut ignem de cœ-  
lo plueret, & vniuersam illam regio-  
nem, quæ instar paradisi erat, in cine-  
rem & faulam redigeret, Genesis. 19.  
Et ciuitates, inquit, Petrus Sodomorum  
& Gomorrhæorum in cinerem redigens,  
euersione damnauit. Et aduersus præ-  
ter hæc Babylonios, Moabitas, Arabes,  
AEgyptios, Tyrios, Hierosolymitas, Is-  
raelitas, iudicia Dei alia prosequutus est  
Esaias, à capitulo. 15. ad capitulum. 23.  
usque. Quæ nos, ut potuimus dilucida-  
uimus. Quorum seueritatem, & asperita-  
tem, apud eundem tu legere poteris. Ne-  
qué solum aduersus gentes, vrbes, varia-  
que prouincias, quin etiam contra subli-  
mes personas, diuina formidabiliaque la-  
titudinia fuisse scripture docet. Nonne su-  
blimes personæ Angeli sunt, in quos sic  
Iudicium dei  
exarsit diuina ira, ut à cœlo illos deturba-  
uerit, & præcipites eos in Tartara dederit,  
et in iudicium magni Dei aut diei ( ut  
Hieronymus legit in epistola cōtra Ioan-  
nem Hierolymitanum episcopum ) vin-  
culis æternis sub caligine reseruauerit, vt  
Iudas docuit? Cui quoque consonus  
Petrus, Angelis, inquit, peccantibus  
Deus non pepercit, sed rudentibus in-  
fernī detractos, in Tartarum tradidit,  
cruciandos, in iudicium reseruari. 2. ca-  
tholica. 2. Quantisque sub hæc poenis  
primum peccantem affecerit hominem  
quis ignorat? Et longum esset persequi  
iudicia alia, que legentibus non vulgarem  
terro-

terrorem incutiunt, ut aduersum Nabuchodonosorem Danielis. 4. aduersus Balatharem eiusdem filium Danielis. 5. contra Senacherib. 4. Regum. 18. 2. Paralypomenon. 32. Aduersus Antiochum. 2. Machabaeorum. 9. aduersus Herodem Astorum. 12. Quem Angelus Domini percussit, eò quod non dedit honorem Deo: & cōsumptus à vermis expirauit. Horum autem iudiciorum nulla altera substituit causa, nisi propria autorum peccata: quæ diuinam iram ad ultionem, & vindictam concitant, vt Oseas capitulo testatur. 4. Audite (ait) verbum domini filij Israel: quia iudicium domino cum habitoribus terræ. Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & sanguis sanguinem terigit. Et denarratis facinoribus istis, vindictam subiiciens, ait, Propter hoc lugabit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. Neque aliud legimus in scripturis, quam exorbitantia hominum delicta Deum irritare, & prouocare, ut peccatas ab autoribus sumat. Nam quid est aliud illud Ceneseos. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra? & illud quoque, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est: & peccatum eorum aggrauatum est nimis: Genesis. 18. Et demum quid aliud est illud Iacobi. 5. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini. Nihil aliud ego arbitrator clamores hos esse, quam quod peccatorum grauitas diuinam proritat iustitiam. Quod si peccata, quæ diximus digna retributione à Deo fuerunt repensa, qualia arbitraris obsecro quæ vniuersum demolientur orhem futura? Vitæ luxus, in gloriæ, salacitas, superbia, iniuria, hæc sunt, quæ aquarum immensam vim ignis que voracissimas flamas ex cœlo in eversionem autorum coegerunt. Qualia

igitur putabis peccata futura, quæ non diluuium aquarum, sed igneam vim multo nocentiorem Sodomæ illo incendio, promerebuntur? diluuium enim Noeticum hominibus quibusdam pepercit, vt Patriarchæ Noe, & liberis, & uxoris: quinimo aperte & piscibus læsisse non legimus, Genesis. 7. At homines vniuersos obuoluit & cuncta, in quibus spiraculum vitæ erat in terra, strangulauit. Pisces autem & si spiraculo potiantur vita, non tamen in terra: sed in aquis degunt. Sed vis scire qualia id temporis futura sunt peccata, Matthæus & Paulus tecum debunt. Ille enim. Et quoniam abundauit iniquitas, dixit, refrigerescet charitas mulitorum. Hic vero. 2. ad Timotheum. 3. In nouissimis diebus (ait) instabunt tempora periculosa: erunt homines seipso amantes, veritati resistentes, speciem pietatis habentes, & virtutem eius abnegantes. Periculosa equidem tempora. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nos fuit ab initio mundi. Antichristus enim vniuersi orbis futurus pestis, & truculentissima bestia, ecclesiam Christi conturbabit. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Se autem ipsos homines amare, vitæ luxum, carnisque delicias, sensibilisque superfluaque voluptates, significat. Et quia à fide catholica non solum multi deciscunt, quin etiam in illam inuehentur, ideo ait, Veritati resistent. Et quia vniuersa hæc omnia vitia, quibusdam pijs inuolucris obuolent, vt insipientibus imponant, propterea postremò adiecit, Speciem pietatis habentes, & virtutem eius abnegantes. Et hoc idem erat, quod Oseas dixerat dudum, Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Erunt ergo homines illi, quos nouissimi habebunt dies omnium pestilentissimi, qui ab orbe condito vixerunt. Quos puniturus dominus, in maiestate magna in nubibus splendifissimis, velut in throno quodam tanto iudici digno, sedens veniet, vt iudicet or-

Aqua diluuij pisces ilæsos dimiserunt.

Cap. 24.

Peccata quæ diem iudicij exgent & illius Dei tanquam praæbula.

Oseas cum Paulo concors & vter que exponitur.

Matth. 25.  
Psal. 9.

# Dilucida & decla.in Esai.Prophetam. 24

bem in æquitate: & populos in iustitia. Et  
 Sapient. 11. qui siluerat dissimulās peccata hominum  
 propter penitentiam, tunc temporis ir-  
 rugiet tanquam leo clamore magno: & ip-  
 so rugiente quis non timebit? Tunc ergo  
 Ossez. 11. Abacuc. 2. 1. Reg. 2.  
 filebit omnis terra à facie domini, quia  
 impij in tenebris conticescent. Et iustitia  
 Dei quæ nunc quasi à diuina clementia de-  
 tinetur, quominus in peccatores seuiat,  
 tunc non detinebitur: sed liberè de pec-  
 cato. Egregia col catoribus poenas sumet, instar aqua-  
 rum, quarum impetum si represseris se-  
 mel, solutæ tamen vehementius inunda-  
 bunt. Ita quoque & finali iudicio, diu-  
 na seueritas in sceleratos homines acer-  
 bius incandescet. Vt Psalmus. 77. testa-  
 tur, Excitabitur die illo tanquam dormiens dominus, tanquam potens crapu-  
 latus à vino, & percutiet inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dabit illis. Vtique excitabitur Dominus tanquam dormiens, & excitabitur sanè clamoribus sceleratorum hominum pul-  
 fatus, & excitatus. Et qui videbatur hominibus veluti somno oppressus, nostra non considerare, depulso somno ad vindictam supremam excitabitur, vt potens crapulatus à vino. Potentes nanque viri & fortes si crapula grauantur, vehe-  
 mentius furiunt. Quare hac usus meta-  
 phora vates, immensam illius diei iram denotat. Et percutiet inimicos in pos-  
 teriora. Animæ nanque impiorum iam diu erit, quod torquebuntur illo die: cor-  
 pora autem, quæ posterior pars sunt ho-  
 minis, vtricibus tradentur crucienda flâ-  
 mis.

Iustissimus dies postre-  
 mus. Matth. 3. Matih. 13.

¶ Quare non ab re à me dictum est, il-  
 lum diem futurum iustissimum. An non iustum dices diem illum, quando supre-  
 mus ille agricola purgabit aream suam (quæ mundus est) & congregabit triti-  
 cum, idest, viros iustos in horreum cœ-  
 lestis patriæ, & Paleas, idest, iniustos com-  
 buret igne inextinguibili? An non iu-  
 stum dices diem illum, quando à seculi sa-  
 gena ad littus collocata, idest, ad seculi fi-

nem, ministerio angelico secernentur pi-  
 sces boni, idest, sancti Dei in vasa, videlicet  
 in sanctorum receptacula, mali autem fo-  
 ras mittentur, in tenebras exteriores, vbi  
 erit fletus, & stridor dentium: vbi nullus  
 ordo, sed sempiternus horror inhabitat?  
 An non dicendus iustissimus dies, quan-  
 do separabuntur agni, qui homines imma-  
 culati, & innoxiae vitæ sunt, ab hædis, qui  
 homines cruenti, & noxii, & corrupti fue-  
 re? An non iustissimus denique dies quan-  
 do aurum, quod in mundi venis Christi  
 gratia concipitur, tūc demum refodietur  
 & ad abacum sempiternæ gloriæ deporta-  
 bitur à sanctis angelis. Sunt autem hoc  
 aurum iusti viri diuina sapientes, & diu-  
 na amantes. Hanc enim diuinorum sapien-  
 tiæ, sapientissimus ille commendans aie-  
 bat, Omne aurum in comparatione illius  
 arena est exigua. Cæterū vt aurum metal-  
 lis cunctis præstat: ita sapientia hæc uni-  
 versis mundi opibus fauoribus, & honorib-  
 us ante stat. Etiam si modo delitescant sa-  
 pientes isti & ceu invenis abditis, & inter  
 mundanas varietates occulti iaceant: at tūc  
 à venis extrahentur, quibus immixti non  
 dum prorsus repurgati latebant: quia hu-  
 mana peccatorum conuersatio non nihil  
 rubiginis hominibus pijs conciliat. Iam  
 ergo vt ex mineralibus auri argenteive fo-  
 dinis, defodiunt sibi homines aurum, & ar-  
 gentum, quibus repurgatis à terrenis sco-  
 rijs vasa præclarissima fabrefaciunt. Ita quo-  
 que & iusti qui in forte filiorum Dei vo-  
 candi sunt, in mundo hoc, tanquam in fo-  
 dinis & mineralibus quibusdam immix-  
 ti, cum metallis impuris, vt plumbo, ferro,  
 idest, cum hominibus impijs vitam de-  
 gunt. At die illo repurgati ab omni terre-  
 na fæculentia, vt vasa aurea, & argentea,  
 pretiosissima, in abaco cœlestis patriæ col-  
 locata, sempiterno micabunt.

¶ Huius horrendissimi occultissimi, & iu-  
 stissimi diei, præcones erunt homines, &  
 angeli, & denique ignis, tanquam præcur-  
 sor tanti diei erit. Homines quidem præ-  
 cones erunt. Nam Elias ille diuinæ legis  
 feruen-

Locus ex  
Matth. ex-  
ponitur.

Matth. 13.

Dies iudicij  
expurgabit  
aurum ab sco-  
ria.

Præcones  
diei nouis-  
simi.

feruentissimus zelator, & Enoch ab Adam septimus, qui primus omnium diem hunc terribilem prophetauit dicens, Ecce venit Dominus in sanctis milibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt: & de omnibus duris, qui locutis sunt contra Deum, ut Iudas Apostolus commemo- rat, isti duo erunt ultimi diuinæ iustitiae praecones. Ut enim Noe diluuium mundo expurgando impiorum induxit. 2. Petri. 2. ita & isti mundo impiorum ignis diluuium imminere testabuntur. Isti sunt de quibus Ioannes in Apocalypsi meminit capitul. 11. dicens, Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu domini, terræ stantes: oliuæ sane quia diuinam misericordiam pœnitentibus pronuntia-

Elias & Enoch præcones diuini iudicij.  
Cur Elias & Enoch oliuæ & candelabra vero quia homines Antichristi seducti doctrinis, illustratione euangelicæ veritatis, illustrabunt. De qui bus Ioannes subdit, Et cum finierint testimonium suum bestia, quæ ascendit de abyssu (quæ Antichristus est) faciet aduersus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Qui post dies tres, & dimidium à morte reuocabuntur in vitam. De Elia

Locus Malachia 3. vñ ostendit in modis diversis aperte etiam ut mense ad regnū nullum habat. annos  
porrò extat apud Malachiam celebre oraculum, Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Nam Eliæ prædicatione patres, id est, Iudei à perfidia sua resipiscentes ad cor filiorum, id est, ad fidem Iesu Christi, quam gentes profitentur, reducendi erunt: ut una sit fides, & gentium, & Iudeorum. Vocat autem gentes filios, & Iudeos patres, quippe gentes in Iudeorum fide, & spe inserti sunt, ad Romanos 11. Namque diebus illis nouissimis, Iudei superstites, fidem Iesu Christi amplexbuntur, iuxta Oseæ vaticinium, Et post hæc reuertentur filii Israel, & quærent dominum Deum suum, & Dauid regem suum, nempè Christum. Etiam si

Theodoretus Græcus autor Comment. eiusdem loci de relaxanda captiuitate Ba bylonica verba hæc intellecta voluit, & non commode: siquidem subdit Oseas, Et pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius nouissimo dierum. Est autem dies nouissimus, dies iudicij finalis. Angeli etiam diem illum protestabuntur Matthe.

Angelini nuntiū. 25. & mittet angelos suos cum tuba, & diei nouissimi voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis coelorum usque ad terminos eorum. Etenim ab omni mundi plaga congregabuntur sanctorum corpora. Vilibet enim terrarum & ubique gentium, corpora sanctorum in pace sunt sepulta. Quos angelica tuba, id est, diuinum imperium excitabit ad vi-

Eccle. 44. m. tiam. 2. 1. In momento, ait, in ictu oculi in nouissima tuba.

Canet enim & mortui resurgent incorrupti, (id est, integri) quippe tam boni, quam malorum integritate membrorum suorum do-

nabuntur. Cæterum boni, non solum in corruptione sed ad æternam immutabuntur beatitudinem. Propterea adiecit, &

nos immutabimur. Et demum conflagratorius ignis cum cæteris quæ diximus, sua quoque testimonia iunget. Ignis (ait regius ille Psalmidicus) ante ipsum præce-

Psalm. 96. det, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Solent enim principes antequam ad

ignis etiam vñ ostendit in modis diversis aperte etiam ut mense ad regnū nullum habat. annos

vrbes vel oppida se se conferant, præcursores præmittere, qui illis hospitia adornent

tantis principibus digna. Et omnium item princeps Christus iam venturus in orbem, ignem quasi præcursorum suū præmittet, qui mundum ab omnibus fo-

culentijs, & immunditijs excoquens, tanti principis præsentia receptaculum idoneum reddat. Et sanctorum nonnullis placuit ignem ad immensas exundaturum flamas. Quemadmodum & aquarum torrentes, sub Noe tanta inundarunt mole, ut etiam supremorum iuga montium omnium superarent, Genes. 7. Hoc enim loco commemoratur diluuij aquarum tramites superasse montes cubitis. 15.

Omnis mortui resurgent integris membris.

At vero addit quos operuerat idcirco de omnibus montibus editissimis nihil doce tur. Verum verisimile videtur. Si querat fortassis quispiam, quid ergo est, quod dominus orbis postremum excidium igne voluit celebrare? Vtiq[ue] in aperto ratiō est. Quia elementorum nullum ita ve hementi & cito actione pollet, vt ignis.

Vt ergo citissimē deuastet vniuersa mi sta, tam homines quam plantas quam vi uentia omnia & cetera vniuersa quæ cœ li complectuntur complexu, ideo ignis ante dominum præcedet. Præter hæc ignis lustratorius est, & purificatorius, Mala chia. 3. Ipse quasi ignis conflans, & qua si herba fulonum, quæ saponaria dicitur, ex qua saponem conficiunt saponarij, abstergēdis vestibus aptissimum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & pur gabit filios Leui. Quæ verba etiam si & germanè quidem Theologi quidam cum Theodoreto ad spiritus sancti descensum sub linguis igneis referant: ad diem tamen iudicij si referas quoque, quid oppediatur non video. Ignis enim iste cuius mentio nem feci, deuret omnes homines, ita pios, vt impios. Ceterum impios comburet, vt ignis æterni iam periculum face re incipient: pios vero deuret, tanquam lu strados & purgandos ad excolandum vi delicit & excoqnēdū illos à pœnis ex pec catis commeritis, si quas id téporis iusti viri, ex donatis culpis, contractas & non donatas habuerint. Erit autem ignis ille

acerbissimus, & acutissimē torquens: vt tempore vrgens modico pios, purgatorijs ignis (qui nunc est) in purgando, quas habet moras, tormenti sui vehementia breuiter imo oxyssimē transiens iustissimē recompenseret. Vt ita colati, & absterti si p[ro]p[ri]etatem ipsos offerant Deo, sacrificium in iustitia. Porrò priusquam conflagratio sit vniuersorum, postremi illi iustitia diuinæ præcones Elias, & Enoch, quos re tulimus supra, Antichristum de mēdacio simul, & affecias suos redarguent. Post hæc verò ignis succendet omnia, vt dictu

cit. Et quanquam David ignem hunc inflammatum dixerit solum inimicos Dei: Et inflammabit(ait) inimicos eius: nō propterea falsum puta quod dudum tradebamus, amicos scilicet & inimicos Dei inflammatum. Ceterum inimicos inflammat temporaliter primò, vt postremò inflammet æternò. At amicos inflammat, vt à flammis eripiat æternis. Iстis autē duobus absolutis, id est, sanctorum præconijs, & ignea deustione, angelorum conse quetur ministerium, cantus clangentis lugubrisque tubæ, admodum iam prædictum. Quæ omnia ciuissimo peragentur tempore. Nonnullis placuit post h[oc], quæ diximus Solem, & Lunam summa obte gendos caligine: & signum hominis, id est crucem micantisimam Iesu Christi conspicuam toti orbi medio aere futurā, sub ipso Christi descensu. Et fortassis ita duxerunt, quia iudicium celebrandum media nocte credunt. Quia in euangelicis legū literis media nocte clamor factus est, Eccl. sponsus venit: exite obuiam ei, & Augustinum huius placiti fuisse autumant. Quod si ita decernendum est, nihil opus est, vt Sol obscuretur tunc. Quia sub nocturnis tenebris, Solis præsentia in hoc nostro hemispherio desideratur: vbi tamen finale iudicium agendum est. Alij vero sub ipsa aurora sub ipsisque matutinis diluculis iudicium domini peragendum cœsent. Quippe Dominus sub id téporis de morte triumphauit, euangelistis testantibus. Vtrum horum certius habendum sit, ignoro. Quippe scripture non tam perspicue docent hoc, vt fide cogamur, siue hoc, siue illo tempore homines nouissimē iudicandos fore. Scimus sanè Hebræos AEgyptiorum intempesta nocte captiuitatis durissimæ fregisse vincula, diuina docete Sapientia. c. 18. Cum quietum (inquit) silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in medium exterminij terram prosiliuit: gladius acutus

Cur ignis consummationem facit vniuersi

Herba fulo num quæ.

Ignis cofla gratorijs erit purgatorijs sanctorum.

Ordo in die iudicij secundus,

Matth. 15.

Judicium finale in nocte hemispherio celebatur nō altero quā

quam qui sunt homines in altera road nostrā venient.

Exod. 13.

Aegyptiorum postrema plaga fuit nocturna.

tus

tus insimulatum imperium tuum portās,  
& stans repleuit omnia morte, & vsq; ad  
cōclūm attingebat stans in terra. Hēc nan  
quē verba ad literam AEgyptiacam po  
stremam cladem quā AEgyptij passi sunt  
sub egressu filiorum Israel ab AEgypto, si  
gnificant. Non tamen conseſtarium est fi  
nale iudicium quoque nocte celebrandū  
esse, etiam si finale iudicium illius similitu  
dinem gerat. Vt enim tunc equites & cur  
rus Pharaonis sub nocturnis tenebris Exo.  
14. dominus submersit in mare rubrum,  
ita & inimicos suos percutiet illo die po  
strema plaga: & ad Tartareas profundita  
tes præcipitabit. At verò primum gestum  
fuisse nocte scripture docet: postremum  
verò noctu esse gerendum scripture silet.

*Judiciū fina  
ne si nocte  
andie sit ce  
lebrandum  
differitur.*

Qđ verò Matth. refert, Media nocte cla  
mor factus est, hominum incuriam & se  
curitatem, quam id temporis homines ha  
bebunt potius denotat, quam in tempestē  
silentia noctis. Quanta vero sit futura se  
curitas, dieique postremi inaduententia  
Matthæ. 24. docet. Erunt (inquit) comedē  
tes, & bibentes, &c. & Paulus. 1. ad Tessa  
lonicen. capitu. 5. aperto demonstrat ser  
mone, Cum dixerint pax & securitas, &c.  
Neque aliter Augustinus intellexit Mat  
thæi locū, Media nocte clamor factus est,  
in libro de gratia noui & veteris Testamē  
ti. Cui quoque interpretationi Magister  
Sententiarum. 4. lib. distin. 43. hæsit. Ta  
met si Cassiodorus super octonarium, no  
cturnum tempus dixerit finali iudicio di  
candum: vt olim primogenitis AEgyptio  
rum percutiendis dicatum est. Ego tamē  
mallem sub diurna luce iudiciū finale ce  
lebratumiri opinari, quā sub nocturnis  
tenebris. Primus enim Christi aduentus  
in carne, sub medijs tenebris fuit noctis,  
docente Luca. At postremus domini ad  
iudicandum aduentus, nō talis erit. Prior  
enim occultus, postremus verò manife  
stissimus erit, teste psalmographo, Deus  
manifestè veniet, & non silebit. Primum  
nanque aduentum paucissimis manifesta  
uit in principio, vt Magis, & pastoribus:

postremum autem vniuerso patefaciet or  
bi. Primo nanq; venerat nonvt Iudex, sed  
vt Saluator, ipso apud Ioannem testante.  
Non enim misit Deus filium suum in mū  
dum, vt iudicet mundum sed vt saluetur  
mundus per ipsum capitulo. 3. Postremo  
autem veniet, vt dissipet terram, iuxta pro  
thema nostrum, & vt tandem nouissimo  
iudicio iudicet orbem. Ipse ergo Iudex  
Christus sua præsentia totum illustrabit  
orbem. Et signum vexillare eius (quod est  
beata Crux) vnde suum in pretium redē  
ptionis nostræ appensum est corpus, to  
tū coruscans rutilabit. Et fortassis non ip  
sum lignum, quod cum cæteris mixtis iā  
deustum erit, sed ipsum crucis signum di  
uina arte fabricatum, tanquam supremi re  
gis vexillum in aere sublimi conspicuum  
fulgebit vniuersis. Cuius aspectu sancti  
incredibili exultabunt gaudio, vt in trium  
phali trophæo victorialique Christi &  
suorum vexillari signo. Impij vero contrà  
horribili concutientur terrore, suam dam  
nationem in crucis exaltatione, cuius ini  
mici extitere cernentes: quos Paulus com  
memorans non sine lachrymis Philipen  
sis scribens aiebat, Multi ambulant,  
quos ego sæpè dicebam, & nunc flens  
dico, inimicos crucis Christi: quorum fi  
nis interitus, & gloria in confusione ipso  
ram, qui terrena sapiunt. Isti crucis hostes  
sunt, qui crucis fidem nunquam recepe  
runt, quippe qui infideles sunt. Crucis rur  
sum hostes sunt, qui à crucis recepta fide  
desciuerunt: quales hæretici omnes: qui  
spiritu sanè cœperunt, quia loti sunt lau  
cro Spiritus sancti, at carne consumman  
tur, & consumuntur, à Romanæ ecclesiæ Galath. 3.  
magisterio desciscentes. Denique crucis  
aduersarij sunt, fideles, qui crucis mysteria  
pia venerantes fide, affectu tamen corru  
pto illa calcarunt. Quales sunt qui in pec  
catis suis diem clauerunt extremum. Isti  
sunt quos notans dominus dicebat, Plan  
gent se omnes tribus terræ. Matthæi. 24.  
& dubio procul verissimis, & equissimis  
se plagent crucis hostes nominibus. Quip  
*Qui sunt  
crucis ho  
stes.*

Ad Phil. 3.

*Qui se plan  
gent in die  
nouissimo.*

Galath. 3.

*Qui se plan  
gent in die  
nouissimo.*

pe sub vmbra arboris vitalis (quæ crux dñi est requiescere noluerunt: neq; de fructu illius dulcissimo gustare libuit. Cuius vmbra Canti. 2. sponsa amatissememinit. Sub vmbra (ait) illius, quem desiderabat re quieui: & fructus eius dulcis gutturi meo. Dignissimus dubio procul planctus, quia cū signo triūphali Christi inimicitias gesserūisti. Et demum se plangēt, quia cruci sunt aduersarij: cui tamē Deus vniuersa appetit cœlestia bona: imò, & filiū vnigenitū suum: quidquod & thesauros cœlestes super illam appéderit. Et sicut in publicis auctionibus super palos supellestiles impoñuntur vēdēdæ, ita super crucē domini, cœlestia publicè vendenda à Deo, & à nobis emēda imponuntur: verū etiam & pretiū, quo diuina à nobis emēda sunt, super hoc Deus vitali locauit ligno. Quamobrē dolebūt crucis hostes quia bona cœlestia defperabūt habituros: q̄ppe ex cruce sibi ini mica omnia speranda erant bona. Que ut apertiora habeas sciro Deum ab ineunte mundo, sua cœlestia auctionari bona, homines enim præconio monet interno, & non solum hoc, quin etiam extero, nam

**De** ab inēte modo au &tiōatur bo na cœlestia per prophetas suos, ut illa sibi comparent identidem prouocat, vt in vsu est præconibus in publicis auctionibus. At verò auctionante Deo, sub naturæ lege nullus hæc cœlestia emebat. Quia cœlestibus bonis sibi comparandis pretium non suppeditabat hominum paupercula natura.

**Sub naturæ** legē nō poterāt homi nescœlestia sibi parare bona. Gestiebat homo cœlestia emere, sed unde emeret, non extabat. Ideo sancti illius seculi patres cœlestibus non emptis bonis obierunt. Non acceptis, ait Paulus, ad Hebræos. 11. promissionibus defuncti sunt. Rursum sub lege Mosaica auctionatur eadem Deus cœlestia bona, illa que auebant rursum homines, at quod pretiū offerebant, non sat erat tantæ emendæ supellestili. Offerebant enim quæ legitima erant, vitulorū & hircorū sacrificia & libamina, & alia, quæ p̄ peccato lex illa sanciuerat. At Deus hoc sp̄reuit pretium, quia sanguinē hircorū, auttaurorū, ad expiāda mē

tis piacula, inutilem esse decreuit. Iā vero in lege gratiæ auctionatur nouissimè dominus cœlestia sua munera, & illa omnia super cracis ligno suspendit. Quia nullus hominū labētibus seculis pretiū soluendo erat, q̄a quid oremus nescimus, quidquod cœlestia nobis pretio nō emam? Nostræ quapropter paupertatis miseriæ clemētissimus dominus sanguinē fudit largissimè, lignūq; crucis sanguine suo veluti diuina Christ⁹ mo riēs dedit nobis premium emēdi cœlestibus bonis.

De cœlestiis inuitauit largitas, at non eratis soluendo: sed neq; modo soluendo estis. Cæterū ne excusetis deinceps pretij soluēdi importētiā, accipite nō parcē, imò magnificentissimè sanguinē meū, ad pretiū exhibendū & hunc ipsum mihi offerte. Quod mihi erit vtiq; venerabile & lōge charissimum pretiū: modo tñ non otio torpeatis. Nō enim animus mihi est, vos tāto ditare pretio, vt tra Lutherū somnolētia pressi bonis deinceps nō vaceatis operibus, vt heretici sanguinē meū pol luētes his blasphemātē poribus. Imò si iā locupletes estis, & nō auro, & argēto, sed sanguine vos ditaui meo, equū est vt vitæ luxū, libidinisq; salacitatē vitetis, & cetera omnia que vobis oberūt, & emptionē cœlestiū irritā reddēt valere iubeatis. Imò facite iā fructus dignosp̄entientiæ: vt q̄ se mel in sacro baptiſmate emistis meo sanguine, integrū vobis ad periodū vsq; vitæ perseueret. Vt vobis angeli sancti, & cœlici ciues gaudibūdi acclamēt, Proficit vobis ò fratres nostri cœlestis hæc emptio, vt emptoribus in vsu acclamare est, & Esaias acclamat, Dicite iusto, qm̄ benē. i. profitiūtis primo, secundo, atq; tertio æterna supēlex. Hæc ergo est venerāda prorsus dñi crux, signumq; illud & Christi vexillum, quod in cœlo parebit: quādo domin' ad iudicandum venerit, & sua luce micantissima vniuersum perfundet orbem. Et non solum prædictis, idest, domini cruce, atque præsentia, dies ille magnus claresceret quin.

quietiam corpora sanctorum, quæ fulgebunt, tanquam Sol diem illum illuminabunt. Quæ omnia luminaribus iunge & q̄s illius diei immensam expendere claritatē poterit? Imò tanta erit claritas Christi crucis, & sanctorum, quæ luminarium offuscabit claritatē, & splendorem. Quā ob rem dies ille clarissimus futurus est: & claritate sua vniuersos seculorum dies superabit. In illo enim illuminabuntur tenebrarum abscondita, & manifestabuntur consilia cordium. Et tunc erit laus vnicuique à Deo. 1. ad Corinth. 4. Proptereaq; Paulus diem illum appellat reuelationis iusti iudicij Dei ad Romanos. 2. Thesaurizastib⁹ iram in diem, ait iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. Operum nanque maxima habenda erit tunc ratio, Matth. 25. Esuriui & deditis mihi manducare: sicutiui, & deditismihi bibere, & reliqua, quæ sequuntur opera. Quorum nomine iustis dicet Dominus venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum.

*In die iudicij maxima operum habenda ratio cōtra nouellos hæreticos qui ope ribus bonis insidiantur.* Quos vero nudos operibus istis inuenient, à regno patris expellent Christus, vt desinant obgannire hæretici, qui nos tanquam operarios increpant. Sed tu mecum interim confidera quantus terror iniustos homines de repente inuadet, quando horribilem iudicem CHRISTVM iudicem, & potentissimum, & sibi infestissimum inspexerint, quando peccata & facinora sua, in prospectu habebunt, & quæ interim dum vitam gerebant mortalem, obliuioni profundissimæ tradiderāt, præsentissima tamē die illo cernent. Deo tamen illorum memoriam refricante, vt in conclavi proprij cordis, & in penetralibus pectoris sui, propriæ damnationis iudicium perspicue animaduertant. Habant prætereas sanctorum cateruam contrariam sibi: nam sancti iudicabunt nationes, & apostoli IESV CHRISTI se debunt super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, id est, vniuersitatem gentium. Et ad suæ miseriae cumu-

lum accedet feruentissima diaboli accusatio aduersus illos. Nam qui impudens Apoca. 12. est, vt accuset sanctos Dei testante Ioanne. Projectus est accusator fratum nostrorum impudentior multo erit ad accusandos inimicos Dei. Quietiam creaturæ omnes hos accusabunt, sicut serui boni pessimum accusant dominum. Creaturæ nanque omnes visibles, ad ministrum humanum conditæ sunt. Quid ergo suffugij tunc habebitis ô peccatores? Si sursum leuatis oculos formidabilem vi debitum CHRISTVM iudicem: in cuius ore gladium ex vtraque parte acutum cernetis, quia animas, & corpora vestra æternis mancipabit flammis. Si ad ima deprimitis oculorum acies stagnum ardentiissimi ignis in prospectu vestro habebitis, iam iam vos absorpturum. Si ad dextram, & læuam vos conuertitis, sanctorum myriades ad dextrum iudicis supremivos grauiter deferentes & verissima accusatio ne increpantes, & damnationem iustissimam Christi contra vos ferendā probantes videbitis. A læua autē tetricorū spiritu, qbus vos p̄fida amicitia iunxitis accusatorios clamores & acerbissimos horrebitis. Si intra vos ipsos solatia queritis, grauissimo cruciatu vos v̄a interna conscientia torquabit. Vnde vñ igit̄ vos spectatis, & despiciatis illud lugubre psalmi vobis aptate, Circūdederūt me dolores mortis, & pericula inferni inuenierūt me. Quod diuertent tunc obsecro Iudæi, qui videbunt, transfixiōis suæ iudicem Christum quē ipsi transfixerunt? Quo Saraceni, quādo suum Mahometum pseudopropetam fuisse, & illos & semetipsum in æternum exitium viderint præcipitasse? Quo christiani discoli, qui alioqui filij? quod si filij & hæredes quidem Dei, cohæredes autem CHRISTI, at verò à filiatione & hæreditate exciderunt? Tanta fuit illorum socordia, & dementissima inertia. Quibus omnibus incorruptus dicet iudex discedite à me, qui operamini iniquitatem, ite festini ad manes, quos amastis,

*Impijs ī die iudicij nihil erit solatij.*

*Apocal. 1.*

*Apocal. 19.*

*Psalm. 17.*

*Roma. 8.*

Matth. 25. & vmbreas. Nulla enim conuentio mihi  
cum Belial, quem vos amastis: nulla mihi  
pax (qui lux sum vera mundi) cum tene-  
bris, quibus vos temerè inuolui dignum  
duxistis. Ad teterimas ergo properate  
quas me in uito elegistis tenebras: ad imas  
& fuliginosas in æternum diuertite sedes.  
Vt in eq; hoc otij vobis erit, vt vel in mi-  
serijs vestris subsistatis. Vt vel sic genera  
tormentorū non mutantes, solamine quo  
dam donemini, non hoc sanè vobis erit so-  
latio, quippe varia tormenta experiemini.  
Cadēt enim supervos carbones. Tenebris  
enim offusi sempiternis eritis, & in mis-  
erijs non subsistetis. Non enim vno miseria  
rum torquebimini genere, sed varijs sup-

Damnato-  
rum varia  
erunt sup-  
plicia.

Psalm. 139. plicijs afficiemini, & igne videlicet in ex-  
tinguibili, & verme conscientiæ, & fletu  
miserabili omni solatijs spe sublata, & tene-  
bris & caligine densissimis, & fœtore fœ-  
tidissimo, dentium stridore vehementissi-  
mo, dæmonū aspectu formidabilissimo,  
& flagellis denique æternis vos verberabi-  
mini: nā plagis serui iniqui vapulabūt mul-  
tis. Hactenus iudicis supremi aduersus im-

Lucæ. 12. pios horrenda & iustissima verba. Tunc  
enim consolabitur de hostibus suis Chri-  
stus, vt olim per prophetam dixerat, Heu  
consolabor de hostibus meis. Nam de vin-  
dicta dolēdo, vindictā amat Deus: cui pro  
priū est misereri semper, & parcere magis  
quā vlcisci. Tunc peccatores qui loquun-  
tur, & effantur aduersus Deū (vt Psalmus

Psalm. 73. prædixerat) vsquequo peccatores domi-  
ne effabuntur & loquentur iniquitatem:  
cessabūt ab effatu, & loquela iniqui. Quip-  
pe etiam si illorum superbia ascendat sem-  
per, cæterū non voluptati, sed summis  
tormentis illis erit. Tunc reuelabit Deus

Peccatorū  
pudēda ma-  
nifestabunt  
in die iudi-  
cij.

Psalm. 93. pudenda mani-  
festabunt  
in die iudi-  
cij.

1.5.10.8.

Ecce ego ad te, dicit Do-  
minus, exercituum, & reuelabo pud. nda  
tua in facie tua: & ostendam gentibus nu-  
ditatem tuam, & regnis ignominiam tuā:  
& projiciam super te abominationes, &  
contumelijs te afficiam. Non ergo effa-

buntur & loquentur in arrogantia, & su-  
perbia cordis sui, impij: sed silendum illis  
erit, cogente domini præcepto, per So-  
phoniam euulgato, Silete à facie domini  
Dei: quia iuxta est dies Domini, quia præ  
parauit hostiā, sanctificauit vocatos suos.  
Et erit, in die hostiæ domini, visitabo su-  
per principes, & super filios regis, & super  
omnes qui induiti sunt veste peregrina: &  
visitabo super omnem, qui arroganter in-  
greditur super limen in die illa. Quæ ver-  
ba etsi de captiuitate Babylonica ad lite-  
ram intelligentur, & Iudæos interficien-  
dos à Babylonij, hostiam vocat, vt & vo-  
catus, quos sanctificauit babylonios. At  
verò tropologicè peccatores omnes, qui  
in die iudicij morti æternæ sunt adigendi  
hostiam, quam præparauit Dominus in  
diem illum intelligere oportet. Visitabit  
igitur in die illo visitatione, non miseri-  
cordiæ sed vindictæ, super omnes pecca-  
tores terræ, tam supremos quam infimos:  
qui tunc reperientur induiti vestibus, non  
nuptialibus, sed peregrinis. Propterea que  
omnes illos à conuiuijs cœlestibus arce-  
bit diuina iustitia. Peccata autem vniuer-  
sa peregrinæ sunt vestes humanæ mentis.

¶ Iam verò quanquam superiori demon-  
strauimus sermone, quantus sit illius diei  
horror, atque paucor, illud sanè de pecca-  
toribus habendum erit. Etenim sanctis  
& iustis, dies ille exoptatissimus est, & iu-  
cundissimus, quem non solum, illi sed vni-  
uersa creatura in votis habet. Id quod Pau-  
linis testimonij persuadere non est ope-  
rosum. De cætero enim, aiebat. 2. ad Ti-  
mothæum. 2. Paulus, reposita est mihi co-  
rona iustitiae, quam retribuet mihi Do-  
minus. Et non solum sibi repositam hanc  
testatur esse coronam, sed omnibus, addit  
diligentibus aduentum Domini. Quod  
quidem desiderium sanctorum est: quip-  
pe iniusti nō amant Dñi aduentū: sed hor-  
rent. Et ad Roma. 8. expectatio creaturæ  
reuelationem filiorū Dei expectat. Dies  
autem ille nouissimus reuelationis est, &  
manifestationis filiorum Dei. Tunc enim

Séfus gemi  
nus verborū  
Sophoniz.

Matth. 25.

Peccata sūt  
vestes nōnu-  
ptiales, sed  
luridæ & me-  
pçuptijs.

Dies iudicij  
latissimus  
erit sanctis,  
& omni crea-  
ture exce-  
ptis impijs.

supre-

Matth. 25. suprēmus pastor Christus, segregabit oves suas ab hædis: illas quidem in apricū æternæ reponendas vitæ: hos verò sempiterno mactandos in inferno collocabit. Proptereaq; egregiè Paulus docuit, creaturam omnē expectare diem hunc. Quādo tandem tantum tamq; sacerrimum secretum, qui videlicet sint filij Dei, qui denique oues Christi, referandum erit: tunc quoque & ipsa creatura, qualis est hic sub lunaris mūdus, liberabitur à seruitute corruptionis. Quippe à generationibus, & corruptionibus, & varijs alterationum vicissitudinibus, quibus modo premiū mundus hic, tunc quietem habebit, & in libertatem transferetur à corruptione omni: vt filij quoque Dei, optata iam olim immortalitate gaudēbunt. Et non nihil gloriæ, & claritatis sanctorum post finale iudicium mundus hic adipiscetur. Quia totus claritate micabit, & tenebris nocturnis non offuscabitur, vt modo, neque nubium opacitate obducetur. Et verè dignissimus dies ille, qui eximio diligatur affectu. Quippe in illo oues Christi, quæ nunc charitate & side illi iunguntur, tunc beata visione æterno illi sociabuntur. Et Christi membra, quæ modo seruenter inhiant, vt capit isu Christo indissolubiliter copulentur, desideria explebunt sua. Et palmites, qui à vite vera (quæ Christus est) vitalem humorem charitatis modo suggunt, tūc verè suggest: et si nunc non tantum exuggunt quantum in votis (infirmitate carnis oppidente) desiderio flagrant, vt summa charitate Christo in cœlesti iungantur patria. Et demum filiorum est desiderium & domicilia, & parentum affectare contubernia. Quare filij Dei patris cœlestis æternum domicilium, atque consortium beatissimum summopere desiderant, & tunc demum sancta hæc desideria explebuntur. Vides ne si dignissimus dies ille est, qui à sanctis diligatur maximè, & in summis habeatur votis? Est enim dies regenerationis ipsorum, & dies consummatissime redēptionis, Luc. 21.

Dies iudicij ostendit filios Dei.

A die iudicij mūdus semper clarita ter utiliterit.

Ioh. 10.

3. Corin. 6.

Ioh. 15.

Roma. 8.

Matth. 19.

1. Cor. 15.

Esa. 25.

Apoca. 12.

Quippe mors corporum tunc absorbetur in victoria, dies hic est sanctis, dies æterni conuiuij, dies vindemiæ defæcatæ, dies quando introducetur, Cantic. 2. sponsa in vinariam cœlam sponsi sui, quando habebit lunam sub pœdibus suis. Quia mortalitatem, & mutabilitatem ecclesia Christi tunc calcabit omnem, & amicitur sole æternitatis, & diuinæ claritatis lucet fulgore. Et demum levabitur ad æthereum thalamum, & sponsi sui Christi amplexibus sempiternis perfruetur. At rogabit aliquis, Quid opus est vniuersos homines in iudicium deducere finale? siquidem qui non credit, iam iudicatus est testante Ioanne capit. 3. qui verò credunt, si germanis ornant operibus fidem premijs depositis gaudent: si verò synceris operibus non fulgent, depositas quoque habent pœnas, quas ante finalem illum diem patientur? Porro ex fidei præscripto cum Salomone profitendum est, cuncta, quæ fiunt adducet Deus in iudicium. Etenim hactenus animi iudicantur, non corpora. Ecclesia autem I E S V C H R I S T I non est inuisibilis, vt hæretici diabolico furore perciti impudenter affirmant. Quoniam quantum assequor si inuisibilis esset ecclesia, dies ille iudicij superflius esset. Animi nanque nostri, qui inuisibiles sunt, inuisibili etiam iudicio, quale est diuinum, quod modo geritur contenti sunt. Quare si ecclesia inuisibilis est inuisibili quoq; iudicio contenta est. Cæterum postremum iudicium visibile erit. Cuius iudicij necessitas præcipua diuina ordinatio est, qui statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidē præbens omnibus &c. Acto. 17. Tu interim nota Origenem verbū Pauli adnotasse, in viro, in quo statuit. Aduertit eñ Origenes Paulū Christū vocasse virū, ne Athenienses nouitate sermo nis primo euāgelicæ prædicatiōis limine offenderet, aut abauditū p̄dicatiōis abigeret. Idcirco non Deū, aut Iesum Ch̄rmvocat, sed virum, etiā si Christi mortē, & resurre-

Obseruāda quæstio de die iudicij.

Ecclesia 12.

Ecclesia Ie- su Christi non est inui- sibilis vthæ retici oblo quantur pef simē.

Diuina ordī- natio estcau sa necessita- tis diuini iu- dīcīj.

Notandus Origenes.

Notandus Origenes.

**Declamato** surrectionem non siluit. Lege Origenem  
ribus diuini verbi incū. Homilia. i. in Matthæ. Vnde declamato-  
bit ratioēm habere audi-  
torum.

ribus diuini verbi habenda non minima  
ratio est auditorum: vt pro qualitate au-  
rium, sermonem temperent, fidelibus tan  
quam fidelibus, infidelibus tanquam infi-  
delibus. Sed his missis diuina ordinatio,  
quæ diem statuit, quo iudicaturus est orbē  
æquissima est, vt totus homo iudicetur, si  
quidem totus operatur siue bonum, siue  
malum. Et qui hominibus vita defunctis

**Cur Deus in**  
**stituit diem**  
**iudicij vni-**  
**versalem.**

**Dani. 7.**  
**Apocal. 10.** Et, vt dixi-  
mus, vniuersis in propatulo erit, qui filij  
Dei, & qui filij gehennæ. Et amicis suis  
(quos interim mundus, atq; Satanas deie-  
cerat) dicet dñs, Amici ascendite superius:  
& erit illis clarissima gloria, coram simul  
discubentibus, idest, coram angelorum  
omniū frequentia. Et inimicis opprobriū  
sempiternū, dabit dicens, Ligatis eorum  
manibus, & pedibus, mittite eos in tene-  
bras exteriores. Vnde erunt id temporis  
multi, quos Salomon vidisse se cōmemo-  
rat impios sepultos: qui etiam cum adhuc  
vixerent, in loco sancto erant: & laudaban-  
tur in ciuitate, quasi iustorū operum. Sed

**Psalm. 7.**  
**Hierem. 17** & hoc vanitas est Ecclesi. ca. 8. Vtique va-  
nitas: quippe diuinum iudicium illos tunc  
temporis vanissimos fuisse demonstra-  
bit, neque ita iudicare Deum, vt homines  
iudicant, qui & fallere & falli possunt. Nā  
quæ foris sunt & externa, iudicare valent  
hoīes: cordis vero intima & arcana Deus  
solus scrutatur. Tunc igitur diuina scruti-  
nia illa erunt, quæ Sophonias commemo-  
rat ca. 1. Erit inquit, in tempore illo: scruta-  
bor Hierusalem in lucernis: & visitabo su-  
per viros defixos in fæcibus suis. Scrutabi-  
tur, nempe, Deus omnes homines ex suæ  
diuinitatis lucerna: quia illustrabit abscon-  
ditæ tenebrarum, & manifestabit consilia  
cordium. Et impiorum corpora, quæ im-

pijs in pessimis studijs socia fuere, digna  
ignis animaduersione puniet: vt cap. indi-  
cato idem testatur vates. Et tribulabo ho-  
mines, & ambulabunt, vt cæci: quia Domi  
no peccauerunt. Et effundetur sanguis eo  
rum sicut humus, & corpora eorum sicut  
stercora. Et paulò infrà, In igne zeli eius  
deuorabitur omnis terra: quia consumma-  
tionem cum festinatione faciet cūctis ha-  
bitantibus terram. Deuorauerat sanè iam  
illo die ignis zeli Dñi animas impias: sed

tunc animas & corpora, vt consummatū  
sit iudicium, & omnis terra deuoretur, ita  
anima, quæ terrena sapiebat, vt corpus, qđ  
terrenæ qualitatis erat. Vt iamverè cū pro  
themate dixeris, Ecce dominus dissipabit  
terrā. Contrà verò rationi quoq; consen-  
taneum est: vt sanctorum corpora, quæ il-  
lis in tribulationibus socia fuere, illorum  
quoque gloriæ socientur, Paulo testante  
2. ad Corint. 1. Scientes, inquit, quod sicut  
socij passionum estis, sic eritis & consola-  
tionis. Quam ob rem illum statuit Deus  
diem. Et demum homo neq; sola anima  
est, neq; corpus solum, sed ex vtroq; com-  
pingitur. Quare & geminum subit iudi-  
cium, aliud equidem simul atq; anima ex  
corporis discesserit ergastulo, aliud verò  
in die postremo, qñ corpus, quod deposue-  
rat resumpserit anima. Et anima est, quasi  
homo quidā occultus, & internus: ita quo  
q; iudiciū, quod subit occultū est. At cor-  
pus, quod est velut exterior quidā homo,  
& manifestus, iudiciū quoq; manifestum  
sensibus consequet. Et rursum anima iudi-  
ciū primo subit, quā subeat corpus. Etem  
illa dignitate est prior, vnde & beanda, aut  
cruciatibus flectenda, priusquam corpus  
suum est. At verò, vt Ioannem absolu-  
mus, consideremus oportet iudicij vocē  
in scripturis nō vna usurpari ratione. Iam  
enim in bonum, iam verò in malum usur-  
patur, vt damnationem, inquam, & vltio  
nem frequenter denotet. Iuxta Paulinum  
illud, iudicium sibi manducat, & bibit: &  
id genus in scripturis innumera reperi-  
licet. Quādo ergo ait, Qui credit in eum

Cur anima  
iudicat pri-  
quā corpus  
& iudicium  
de ea est oc-  
cultum.

non  
Locus Ioā.  
exponitur.  
1. Cori. 11.

non iudicatur, qui autem non credit iam iudicatus est, perspicue docet, credentem in Christum nihil damnatiois passurum. Contra vero non credens suam gerit damnationem. Primum horum Paulus Romanis scribens cap. 8. docuit. Nihil, ait, damnatiois est his, qui sunt in Christo Iesu. Hoc namque est credere in Christum (ut Ioannes dicebat) esse in Christo. Qui autem ex sola fide se non iudicandos, vel damnandos gloriantur (ut heretici gloriantur) vni que non sunt isti in Christo: quandoquidem Christum, quem ex fide credunt ex charitate non amant. Quem ideo non amant,

Quoniam ha  
bent fidem in  
Christum  
scilicet in  
nationem  
sua gerunt.

quia Christi praecipua non obseruant. Possumus vero, quod Ioannes dixit, Qui non credit iam iudicatus est. Itidem Paul. ad Heb. ca. 1. clarissime testatus est. Sine fide, ait, impossibile est placere Deo. Tunc ergo quando dies ille domini illuxerit orbis, hanc, quae modo occulta sunt, referabuntur. Palam enim constabit, Christi amatores ab omni damnatione immunes esse, at Christi contemptores adhuc in carne viventes suam secum damnationem gessisse. Ideo inquit Ioannes iam illos iudicatos, quanquam nunc occulto, tunc tamen manifestando Dei iudicio. Quod si te agitat quaestio, si dies ille iucunditatis est, & exultationis iustis, iniustis vero ea epitheta tribuit, quae Sophonias & ceteri denarraverunt prophete: ut in exordio huius tropologii. declamationis commemoratum est

Obliterata  
quaestio cur  
dies iudicij  
acerbis no  
minibus.

(est enim dies irae dies tribulationis, & angustie, calamitatis, & misericordiae, & demum dies tenebrarum, & caliginis. Id quod extremam calamitatem in scriptura significat) cur ergo tam acerbis nominibus & tanta austeritate praesignatur dies ille, qui alioqui est misericordiae, & clementiae supremae, sanctis & iustis? Ceterum si consideras electorum & multitudini reproborum conferas numerum, exiguum esse reperias, ut praediximus sermone priore. Quapropter a maiori damnatorum turba, in quos sicut diuina ira. Dies irae & dies vindictae ab Spiritu sancto per Prophetas suos

nominatur. Et ut creans hominem Deus potentiam suam omnem demonstrauit, & eundem reparans a lapsu hominem visceris misericordiae hominibus patefecit, in quibus nos visitauit oriens exalto (tunc enim apparuit benignitas, & huminitas saluatoris nostri Dei) ita demum impiorum hominum facinora & peccata, studiosaque operapiorum in suum iudicium finaliter deducens, suam severitatis ostendet aequitatem, & rectitudinem. Non enim tunc placabitur muneribus: quippe argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die irae domini. Sophonias. 1.

¶ Nam vero, quia hoc solum diu est, quod Epilogus propositus, aequum erit vela plicare sermo dictorum, & filum, quod prudimus hactenus, in summam conducere. Erit autem summa haec, ut terribilem illum diem nunquam non recolamus, & in thesauris memoriarum nostrarum recondamus: ut in igitur diei illius nouissima tuba clangorque horrendus inter nis auribus nostris insonet. Quae, ut mala preterita, plangamus nos acriter stimulent, & ut futura caueamus efficaciter moneant. Pudeatque nos ea facere, quae fecisse coram supremo iudice Christo, & angelis, & sanctis eius, pudebit in maximis. Quod si coram homuncione, etiam criminoso, patrare scelus erubescimus, quidquid coram Deo & Christo eius erubescamus? At vero si dignemus resipiscimus ab erratis vitae admissionis, & electorum praestiterimus opera, ipsa resipiscientia hunc praeueniemus, nostris abstergendo delictis lachrymis, pudore. Sanctos namque nihil pudebit de peccatis commissis. Pudoris namque confusio, beatitudini non consentit: neque in una sede morantur peccati erubescientia molesta, & beatitudinis pacatissimus status, iucundissimaque possessio. Imo iuxta Esaiam oraculum 45. Israel saluatus est in domino salute eterna: non confundemini, & non erubescetis, in seculum seculi. Vita igitur eternalibera est ab omni confusione & erubescientia, quam ipse Christus nobis elargiri dignetur.

DIL V-

Vide. M. Soto. Super Paulum sup  
illa verba tu autem shewitzas tibi

## D I L V C I D A T I O I N

## Esaiæ Cap.vigesimumquintum.



Laudatur  
eximia lau-  
de Deo à va-  
te propter  
diē iudicij.

**O M I N E D E V S M E V S  
e s t u .** a) Hebræi capit. huius  
prophética verba laudes ef-  
se Dei, quas Esaias promis-  
t in Iudaicum fauorem cre-  
dunt. Putant enim vaticinium esse aduer-  
sus Romanum  
imperium: quo  
deuastato à pro-  
lixa captiuitate,  
qua etiam nunc  
premuntur se af-  
serendos Iudæi  
esse credunt. At  
verò ( tametsi  
horum placitū  
indicit Hieronymus.) Hebræis non est  
acquiescendum in expositione hac. Falso  
nanque rentur Iudei Romani imperij sub  
limitatem illorum gratia esse euertēdam,  
quanquam illius lapsum ex illo Pauli ser-  
mone. 2. ad Thessa. 2. Hieronymus colle-  
ctum putet. Sed nunc quid detineat, ait,  
scitis, vt reueletur in suo tempore. Quem  
locum diuus August. 19. de ciuitate Dei  
capit. 20. se non assequi fatetur. Hierony-  
mus verò de euersione Romani imperij,  
quæ erit ante finalem iudicij diem (quan-  
do Antichristus venerit) verba Pauli in-  
telligit, quæ diximus, & quæ subsequun-  
tur. Nam mysterium iam operatur iniqui-  
tatis, vt qui tenet nunc, teneat: donec de  
medio fiat, id est de medio auferatur Ro-  
manum imperium. Et tunc reuelabitur il-  
le iniquus, id est, Antichristus. Lege Hie-  
ronymi. quæst. 11. ad Algasiam. Quanquam  
igitur cum Hebræis conueniamus Roma-  
num imperium collapsurum tādem: non  
tamen, vt Iudæi stabiliantur collapsurum  
credimus: sed in signum vniuersalis mun-  
di ruinæ, quæ iam sub Antichristi tempori  
bus imminebit. Id ergo istius cæ. institutu-

est (vt arbitror) actionem gratiarū & lau-  
dum præconia Deo celebrare, propter il-  
la quæ in cap. proximo à Deo gerenda de-  
narravit. Proposuerat enim iustorum pre-  
mia & iniustorum poenas in die nouissi-  
mo futuras. Quæ duo Dei sunt magnifi-  
centissima ope-  
ra. Proptereaq;  
tanquam austar-  
ium capit. prio-  
ris hoc loco lau-  
dibus prosequi-  
tur mirabilia o-  
pera Dei, qui e-  
uersurus est vni-  
uersum orbem:  
& sanctos suos, ad æternam pacem dedu-  
cturus. Idcirco ait, Domine Deus meus  
es tu, exaltabo te, & confitebor nomini  
tuo, subaudi, laudatoria confessione. Cau-  
sam tantæ laudis addit. Quoniam fecisti  
mirabilia (præterita pro futuris accipe)  
Cogitationes antiquas fideles amen. Co-  
gitationes enim diuinæ antiquæ sunt: quip-  
pe quæ æternæ. Fideles autem: Deus e-  
nim non mutatur, sed quicquid decrevit,  
æterno decrevit, & infallibiliter erit. Id  
quod vt notaret propheta, adiecit, Amen,  
quod Septuaginta interpretati sunt, fiat.  
Cogitationes ergo diuinæ & verba, fide-  
lissima sunt, id quod Ioanni iubetur scri-  
bendum. Scribe verba hæc fidelissima,  
& vera sunt. Quia ergo sanctorum glo-  
riam, & iniquorum supplicia, ante mun-  
di constitutionem, apud semetipsum sta-  
bilivit, & disposuit Deus, suo tamen tem-  
pore operi mandanda, ob eam rem Dei  
decreta æterna cogitationes antiquas &  
fideles vocat. Quas ipse diuino spiritu in-  
structus cernens hactenus commédauit.  
**T**Quia posuisti b.) Quæ sub genere dixerat  
specialius prosequitur, quasi dixisset, Me-  
ritissimæ

Mundi rul-  
na sub Anti-  
christo.

Phrasis scri-  
pturæ præ-  
terita p. fu-  
turis.

Apocal. 13.

ritissimæ & dignissimæ sunt tuæ domine laudes: quia posuisti, id est, pones ciuitatem, id est vniuersum orbem in tumulum, id est subuersiōnē, vrbem fortē in ruinā. Quia quaslibet etiam fortissimas vrbes terræmotus & ignis, comminuent, & demolientur, quādo dies Domini institerit. Et domus alienorum, qui mundus hic est, qui propterea alienorum appellatur, quia alieni à religione & cultu vero Dei, hoc mundo fruūtūr, illique præsunt, & dominantur, tūc autem fiet, vt nō sit ciuitas: qā mūdanus ordo peribit. Deuastabuntur enim vniuersa in sempiternū, & deuastata non restaurabunt. ¶ Super<sup>2.</sup>) Id est, ppter hoc te laudabit populus fortis. Est autē hic populus fortis, is ipse, qui est ciuitas gentium robustarum. Est autē ciuitas hæc ecclesia Iesu Christi, contra quam non præualebunt inferi portæ: cuius fortitudo vt Rhinocerotis est, Nume.

Matth. 16.  
24. Ego (ait Dominus) dabo vobis os, & sapientiam cui non poterunt resistere. Et id genus alia passim in scripturis respersa sunt, quæ ecclesiæ Christianæ vires demōstrant. Quæ vberi stylo persecuti sumus in Tropologica declamatione ad capit. 5. Laudat autem & laudabit ecclesia Christum: quippe factus est fortitudo pauperi. Sunt autem pauperes isti, qui non alta sapientia, sed humilibus consentiunt: horūq; dominus fortitudo est. Et istis vires suppeditat. Et tanquam vmbraculum multo calore exstuantes reficit (vt de Iona le-

gitimus capit. 4.) ita quoque & diuina miseratione pios suos à tribulationis æstu protegit. ¶ Spiritus<sup>b.</sup>) Tribulationis vehementiam turbinem appellat: & spiritus robustorum, id est, spiritus violentorū

tyrannorū, illorūq; furor, cōcitatiōnūq; cōtra seruos Dei dementia turbinibus, aut nimbi cōfert à propheta. Ut enim pcellosi spiritus irruūt in parientes, ita & tyranica tempestas agitat nonnunquam, & concutit fideles. Cæterū quanquā illos impellat, & agitet, ex diuina gratia tamen non deiiciuntur: imo virtus in infirmitate perficitur. 2.ad Cor. 12. Et egregia collatione inanem conatum aduersariorum ecclesiæ ostēdit esse. ¶ Sicut æstus in siti, sic tumultum alienorum humiliabis<sup>c.</sup>)

Id est, vt homines exstuantes in loco siticulo & arido proculdubio prosternuntur, & viribus destituuntur: quia siti marcescunt: ita quoque tumultus, & strepitus impiorum viribus & fauore destituerit. Id quod cernere erit, maximè in die iudicij. Et rursum alia collatione evidentiorem rem facit. Ut enim propagines sub torridis nubibus maximè exstuantibus solari ardore, arefactæ marcescunt: ita quoque ab igne iudicij æterni arrogantes homines sive iactantiae cristas deponent. ¶ Et faciet Dominus<sup>d.</sup>) Verba ista aptissimè congruunt diei nouissimo, quando C H R I S T V S faciet sanctis suis conuiuum sui ipsius. Illis nanque se exhibebit & clarissimè videntur,

Beata sanctorum vita conuiuum est.

Esaie. 55.  
Exodi. 3.  
Deuter. 6.  
Numeri. 13.  
Psalm. 35.

dum, & uberrime fruendum, quando latabitur in crassitudine anima sanctorum, & introducentur veri Israelitae (qui sancti Dei sunt) in terram manatem lac, & mel, cuius indigenae sunt veluti gigantes robustissimi. Etenim

coelestis patria tota fluitat late, quod est morum puritas, & melle, quod est diuina dulcedo: cuius torrente sancti Dei potatur. Quia ergo hæc sempiterna

erit illis satietas, ideo sanctorum visione, & fruitionem conuiuum vocat pinguium, conuiuum medullatum. Medulla namque intimus, vitalissimus, & crassissimus, & suauissimus cibus est: instar cuius beatitudo sanctorum illis intimus cibus erit. Quia

Divinitas il labitur beatis metibus. Qui illapsus vitalissimus erit: quippe illis vita æterna est. Et crassissimus: quippe beatitudo est status omnium bonorum cumulo absolutus. Euangelicæ quoque literæ itidem beatitudinem sanctorum conuiuum vocat, & coenam. Homo, inquit, qui

dam fecit coenam magnam. Nanque coena (quæ finalis refectio diei est) egregie conquadrat beatitudini sanctorum, quæ finali iudicio consummatissima erit. Et rursum, Ego disponovobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam. Est autem conuiuum hoc vindemiæ defæcatæ: vel vinorum defæcatorum. Nihil enim faculenti hoc conuiuum immixtum habet.

Apoc. 21. Etenim Ioan. teste huius conuiuij omnes coinquinati a symboli erunt. Et ille, qui veste se ingessit lacera, & indignata tanto conuiuio à conuiuio hoc extrudit. Quia neque fornicarij, neque adulteri, &c. regnum Dei posse debunt. Faciet igitur dominus conuiuum hoc nuptiale, atque celeberrimum in monte hoc, id est in monte Sion, aut Oliueti

monte, ut Hierony. fert Sententia, celebrabit iudicium. Vbi dicet in uitatis, qui digni habitu erunt Palatia summa beatitudinis penetrare pingues & medullatas Dei delicias, gustaturi, Venite benedicti patris Matth. 25.

mei: percipite regnum, quod vobis paratum est. Quos vero huic conuiuio ineptos inuenierit, supremus in uitator Christus, illos à se decutiet dices, Ite maledicti in igne

æternum. ¶ *Et precipitabit*<sup>a)</sup>) Glossa inter De Antichri

linealis ad Antichristum retulit, quæ Christus interficiet spiritu oris sui. 2. ad Thes-

falo. 2. Quem vocat vinculum colligatum, & telam quam orditus est super omnes na-

tiones. Quia nisi breuiarentur Antichristi dies, non salua fuisset omnis caro. Itēq;

per telam peccatum originale intelligūr. tametsi telam hanc Deus orditus non est: sed inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Hebraicum verbum, Balah destruxit, & dissipavit, & præcipitauit significat: Ut lectio hæc sit, Dissipabit dominus in morte isto faciem vinculi. Alia transla-

tio non vinculum, sed inuolucrum habet, quod inuolutum est super omnes populos. Et satis congruit diei nouissimo, translatio hæc, in quo manifestabuntur consilia cordium: quæ sunt tanquam quædam

mentis humanæ inuolucra, adeò inuoluta, ut Deo soli illorum inuolutionem extricare liceat. Ego vero hunc locum eundem arbitror esse cum sequente, & præcipitabit mortem in sempiternum. Et est repetitio eiusdem per varia verba. Et quod obscurè docuerat. Præcipitabit, dicens fa-

cem vinculi colligati, clarus reserās, Præcipitabit, adiecit, mortem in sempiternū.

Mors nanque vinculu sanè est, quod mortales vniuersos ligat, quippe quibus statu-

tu est semel mori. Et diuino iudicio huic

vinculo

De Antichri  
sto vatici-  
nium.

Matth. 24.  
Marcii. 13.  
Lucæ. 17.  
Sapien. 2.

Balah.

Hebr. 9.

Mors vinculum est vniuersitatis carnis. vinculo obstringimur propter primitiuū hoīs peccatū. Mors quoq; est tela hæc, cuius meminit Esai. Et hæc orditus est Deus super oēs nationes. In quocūq; em̄ die comederas ex eo, morte morieris, dixit Dñs Adæ Gen. 2. Est

autē tela hæc cōtexta, aut hominibus, vt verius dixerim, attexta, hocq; vinculum adeò firmiter, & tenaciter humanū genus obligat, vt diuinis sit tūm operis, hanc telā, & vinculū hoc soluere. Id qđ fiet die illo postremo, vt latè denarratum est in tropologica declamatiōe ad ca. 24. Idcirco perfunctoriè hæc trāscurrimus, & lachrymas tūc auferet à facie sanctorū suorū, Apoc. 7. Absterget, inquit, omnē lachrymā ab oculis eorū: quia surgēt ad vitā immortalē, & ab omni nō solū malo sed mali vestigio prorsus abhorrebūt. Quod si hæc libraueris & æqua lāce pēderis, videbis germanissima esse hæc, quæ Esaias denarrat diei nouissimo. Nanq; hæc, & alia, nescio vt apte congruāt alijs p̄posito. Nā sunt qui populi Iudaici vastationi hæc aptent, cuius tñ excidium, non semel superius vates hic docuerat. Quinimo diuus Ioan. Esaiæ verba, Auferet Deus lachrymā ab omni facie, ad diē illū quoque refert, vt dudū aiebā. Vt certū iā habeamus literalē esse sensum, quē persequor. Est autē in verbo aduertendū hoc,

Tropus scriptr. Ab omni facie, eū esse tropū, quē Ioan. 1. legimus, Illuminat omnē hominē venientem in hunc mundum. Et nihilominus dixerat prius, Lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non cōprehenderūt. Si tenebræ non cōprehenderunt, vt ergo illuminat omnē hoīem, nisi quod quantum est ex luce huius natura, aut verius munificentissima dispositione, oēs illuminat. Sed ea est hominū superba arrogantia, vt nolint illu-

minari, & amēt potius diligere tenebras, q̄ lucem. Ita propemodum. ¶ Auferet dñs Deus lachrymam ab omni facie<sup>a</sup>. ) Nō quōd beatitudo cœlestis omnibus sit impariēda hominibus: sed quod (quæ est diuina liberalitas) oībus locutus est. Et dicet in die illa, Ecce De<sup>b</sup> noster iste, expectabim⁹ eum & saluabit nos: iste dñs, sustinuim⁹ eū, & exultabimus, & lætabim⁹ se omnes tribus terræ. At verò lachrymarum harū, & fletus humana culpa in causa extitit, non Deus, qui cogitat super hoīes cogitationes pacis, & nō afflictionis. ¶ Ecce Deus<sup>b</sup>. ) Hier. 29.

Verba hæc sanctorū verba sunt, qui Deū vniuersorū Deum suum vocant, tanq; bonum proprium illis plenissimè cōmunicādum. Et quia omnē spem suam in Deo firmissimè collocarunt, propterea certò per suā sunt de sua salute. Vnde Paulus, Expectamus, inquit, saluatorem Dñm nostrum Iesum Christū: qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cōfiguratum corpori claritatis suæ, ad Philip. 3. Id est corpus nřm vile (hoc enim sibi vult corpus humilitatis nostræ) trāsfigurabit in similitudinem corporis sui clarissimi: quia fulgebūt iusti tanq; Sol, Matth. 24. Et ad Titum. 2. Expectantes, inquit, beatā spem & aduentū gloriæ magni Dei, & Saluatoris nři Iesu Christi. Aduētus em̄ ille finalis, quippe qui gloriosus est futurus, Matth. 25. Propterea aduentū gloriæ magni Dei Paulus illū appellat. Quippe prior ī humilitate carnis fuit, postremus verò in potentia diuinitatis erit. Et rursus diuus Petrus hanc expectationē de Deo (quam iusti habent) cōmedās. Propter q̄, inquit, Charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & inuolati ei inueniri in pace. Et dñi nři Iesu Christi

Locus Pauli  
ad Philippenses exponit.

sti longanimitatem salutē arbitremini. Et demum ex scripturis expectationē hanc necessariā esse imprimis soluti consequē dū erudimur. Vnde & illud Pauli. 1. ad Corin. 13. Charitas omnia suffert, omnia credit, oīa sperat, omnia sustinet. Quare Esaias, ait, expectauimus eū, & salvabit nos, & idē alijs repetit cōti nuo verbis. Iste dñs & sustinui mus eū, & exultauimus: & lēta bimur in salutari eius, subaudi i cœlesti patria.

**¶ Quia requie-**  
**scet<sup>a</sup>.**) Diuina iu

stitia postremas sumet tunc de impijs pœnas: & sanctorum tunc postrema quoque erit premiorum retributio. Ideoq; ait requieturā esse manum Dñi in die iudicij. **¶ Et triturabitur Moab illo die sub eo<sup>b</sup>.**) Id est mundana superbia, fastus, conuersatio deliciæ & demū iniusti omnes triturabuntur sub Christo, Qui ponet inimicos oēs suos sub scabello pedū suorum. Et sicut te runt palez sub plaustro, ita terendos impios Esaias docet die illo. Qđ verò impij

paleis cōferantur, diuina scriptura nos admonet. Paleas, inq̄t, cōburet igni inextin guibili Matth. 3. & Luc. 3. & apud Hier. 23. Quid paleis ad triticū, quasi dicat, Nul la erit collatio iustorū, & iniustorū. Et hāc

Paleas, inq̄t, cōburet igni inextin  
guibili Matth. 3. & Luc. 3. & apud Hier. 23. Quid paleis ad triticū, quasi dicat, Nul la erit collatio iustorū, & iniustorū. Et hāc  
scriptura, pios Metaphoricos si gniificant in

triturationē alio sermone inculcat. **¶ Et exten-**  
**det<sup>c</sup> manus suas**  
**sub eo.**) Id est, Moab extendet manus suas sub eo. i. sub diuina potētia, & vindicta, vt moris est natatoribus manus, & corpus su per vndas porrigere, & toti allu unū aquarū inundatiōe. Ita & im

pij aduersum quos inūdabūt diuina flagella, in die nouissimo nihil habebūt neq; in tuis, neq; extra, qđ expers sit diuini supplicij. **Et humiliabit gloriam eius** (hoc est siue impiorū) cū allisioē manū eius d). Quia tā gloria qđ potentia peccatorū funditus illo die peribit. Eodē spectat finali averba capit. **¶ Et munimēta sublimiū murorū tuorum cōcidēt<sup>e</sup>.**) Et reliqua quæ sequuntur. Itaque sub Moabitā persona totius orbis excidiū rursum inculcauit hoc loco ppheta.

## D E S E N S I B V S T R O.

### pologicis ad Caput vigesimum-

#### quintum Appendix.

**T R O P O L O G I C A** declamatio vnicā. De venerabili Sacramento altaris, cuius prothema est. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis conuiuum pin-  
guum, conuiuum vindemicie. *Esiae. 25.*



Genuinū est  
diuinum cō  
nium.

**A C T E N V S D E**  
conuiuio illo æterno, quod  
celebraturus est Christus die  
nouissimo, differuimus: nūc  
verò de conuiuio altero differendum est,

quod non alterum est, si conuiuij substantiam spectes. Nā ipsem Christus Deus verus & homo, qui tunc se in premium sanctorum suorum exhibebit: se quoque in conuiuio hoc (de quo habendus est ser  
mo)

mo) in cibum fidelibus suis se exhibet modo. Est autem secundum qualitatem alterum, quippe tunc submotis velaminibus sacris panis, & vini, nudè contemplandum, & videndum etiam carnalibus oculis se offeret Christus. Nunc verò se eisdé velaminibus panis, & vini, obiectum fide solum perspiciendum ecclesiæ suæ obiicit. Hoc rursum conuiuum temporaliter in ecclesia gerit: illud vero æterno in cœlo paratur, ubi sancti egrediēt, & ingredientur, & pascua inuenient. Nam diuinitatis gloria, & humanitatis Christivisione perfruuntur. Interim tamen, quod illo æterno conuiuo frui non datur, hoc temporali conuiuo (quod illius æterni speciem gerit) Christus fideles suos cibat, & fouet. Iam iam enim moriturus, & pro humano genere sanguinem fusurus conuiuiū hoc paravit, & instituit. Apostolis nāque suis agni typici peracto ritu, atq; conuiuio, agni veri (qui ipse Christus est) conuiuum nouum adornat, & celebrat. Accepto nanque pane & fracto gratijsque Deo patri actis, verbo illo omnipotenti, quo vniuersa hæc visibilia ex non extantibus effecit, similiter quoque panem & vinum in corpus, & sanguinem suum transmutat, & cōuertit, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, & Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine. Nouum equidem conuiuij genus, quod neque naturæ consuetudo tenet, neq; in humanis extat moribus. Quis enim vnquam ad carnem & sanguinem suū inuitauit? Nusquam hæc fercula mensas horum ornauerunt: nusquam rursum pocula hæc humani sanguinis ppinata sunt in conuiuiū. At verò Christus Dei sapientia fercula, & pocula, quæ natura non paruit, neq; humana industria coquorū condere poterat, ipse recumbens cum fratribus in nocte supremæ cœnæ, & paravit & condidit. Non enim hoc conuiuum est, qualia humana sunt cōuiua: quibus aquæfliculi distenti ingluiiei præstatur fomentum, & crapulæ & ebrietati præstatur cau-

fa, & libidini incitamētum. Non tale hoc est, cuius panis, electorum est frumētum: Cuius vinū, est creans virgines. Est enim <sup>Zacha. 9.</sup> <sub>Ioan. 6.</sub> panis conuiuij huius Christi caro, quā qui manducat habet vitam æternam. Est autē vinum eiusdem, Christi sanguis, quem qui hauserit in Christo manet, & Christus in eo. Non enim huius conuiuij panis cibarius hic est, quem agricolarum cultura nobis subministrat: neq; vinum hoc illud est quod visibiles istæ vites, nobis suppeditat (etiam si panem & vinum spectanda nobis obiiciat) sed est panis alter de cœlo descendens. Est vtiq; panis ille, cuius sapiensissimus Hebræus ille in libro Proverbiorum meminit. Facta inquit est sicut nauis institoris de longè portans panem suum. Nanque Christi ecclesia, quæ super huius seculi varias fertur vndas (vt nauis) de longè nobis panem hunc defert. Sacra nanque peragentes sacerdotes, panem cibarium, & vinum vsuale, verbo Christi dum consecrant de cœlestibus regnis, hūc nobis conuehunt panem atq; vinum. Ecclesia nāq; Christi (quippe quæ spiritualis quædam ciuitas est) arma quibus inuisibilium hostium iniurias propellat habet. Habet itidem cibum, & potum sibi reficiendæ in ternè aptissima alimenta. Nanq; hoc genus alimentis ipsa oppidò indigebat, vt ad consortas cum Satana pugnas vegetior existeret. Quæ sanè alimenta, quia natura ministrare nequibat (quippe quæ spiritui nostro alendo impotens est) ipse huius ciuitatis spiritualis princeps Christus, de longè prouidit cibum, & potum, spiritibus humanis alendis aptissimum. Neque alia quam carnem, & sanguinem suū, in cibaria mentis nostræ prouidit. Quæ sola animum vegetare valēt: & animum ita vegetum & firmum reddunt, vt carnis ingluiem arceant, libidinemq; depellant, & demum carnis desideria mitigent. Minuisse autem oportebit, cum ætatis suæ initia mundus agebat, diabolus homines mortiferas prouocauit ad escas. In qua cunque, ait, die comederitis eritis sicut dij

scientes bonum, & malum. Quo poti-  
ti homines conuiuio, dignam diabolici  
conuiuij reportauerunt mercedem. Nu-  
dos nanque continuo se se senserunt ho-  
mines primi, infasti primi conuiuij con-  
uiuæ: & à paradiso exules, mortalitatis  
denique detimenta experti sunt. Mundus quoque, & caro diabolici huius con-  
uiuij vestigia sectantes, quotidie ad suas  
dapes ad suasque, quas cōdiunt escas, inui-  
tant. Ut iam tibi misera mortifera tria con-  
uiuia numerare liceat diaboli, mundi, de-  
nique carnis. Diabolus enim ad vanas  
quidem prouocat escas, id est, ad fallen-  
tias, & picturatas nugas. Mundus demum  
ad momentaneos seculi fastus, honores,  
turgidasque (instar bullarum aquæ) inui-  
tat pōpas: caro vero ad immundas volu-  
ptates. Porrò hæc cōuiuia tria immēso di-  
stant tramite à Christi conuiuio. Hoc em̄  
est conuiuum pinguium, conuiuum me-  
dullatorum, conuiuum demum lætissi-  
mæ vindemiae, seu vini defæcatissimi. Illa  
verò tria conuiuia conuiuum sunt arido  
ruin, & exuccorum. Fraudulenta enim o-  
mnia sunt & fugacissima isthæc conuiuia.  
Fugunt enim omnia velut umbra, quæ  
hæc propinat conuiuia. Proptereaq; Ch̄s  
longè lateq; diuersum ab istis, in die cœne  
conuiuiū instituit. Nāq; pinguis res Ch̄s  
est & medullatorum purissima sunt hæc  
Christi conuiuia, & procul ab omni fæce  
terrena distant. An non pingua, & me-  
dullata, prorsusque defæcata sunt, caro &  
sanguis Christi? Pingua quidem & me-  
dullata, quia tota diuinitatis vberitas & pin-  
guedo, in corpore & sanguine Christi te-  
ste Paulο habitant, ad Colossenses. 1. & 2.  
In ipso, inquit, habitat omnis plenitudo  
diuinitatis corporaliter. Et haud dubium

**Conuiuum**  
**Christi con-**  
**uiuum pin-**  
**guc & me-**  
**dullatum &**  
**defæcatum**  
est.

**2. Corin. 5.** quin habiter corporaliter, nō solum, quia  
verissimè erat Deus in Christo reconcilians mundum sibi, sed etiam quia habita-  
tio diuinitatis in Christo est per hyposta-  
ticam vunionem. Secundum quem modū  
in nulla creatura siue corporali, siue spiri-  
tuali, habitat, quapropter ex idiomatum

Tria recen-  
sentur ifau-  
ra cōuiuia,

**Maliz. 25.**

**Psalm. 143.**

**Iob. 8.**

**Diuinitas**  
**habitat in**  
**Christo, lon-**  
**ge aliter q̄ i**  
**omni crea-**  
**tis rebus.**

cōmunicatione, & nomina corporis Deo  
tribuuntur: ut quod corpus habeat, sangu-  
inem fundat, & id genus alia. Quam ob-  
rē Paulus dixit habitare plenitudinem di-  
uinitatis corporaliter in Christo. Conui-  
uum igitur pinguium est, ob hanc cau-  
sam, & medullatorum. Nihil enim pinguius, nihil vberius, nihil medullatus, di-  
uinitate: Ad cuius consortium, & parti-  
pium, carnem Iesu Christi comedentes,  
& sanguinem eiusdem potantes, promo-  
uemur. Præter hæc quoque conuiuum  
pinguium est, quia anima nostra tantis sa-  
ginata fereulis, spiritualibus pinguescit do-  
nis. Tantisque potata poculis, ab vberitate  
domus inebriatur domini: mel nanq; sug-  
git de petra: & oleum de saxo durissimo. Psalm. 35. 10.  
Est enim petra Christus, saxumq; durif-  
sum, super quod qui ceciderit confrin-  
getur: super quem vero ceciderit contere Deuter. 32. 10.  
tur. Fideles enim offendentes, super lapi-  
dem hunc labuntur: quippe synceritate fi-  
dei salua, peccata admittunt. Quare etsi la-  
bentes confringantur, non tamen lapsus il-  
lorum, & confractio, conclamanda sunt  
prorsus: quippe spem veniae repositam ha-  
bent, si legitimè resipuerint. Infidelium  
verò lapsus, conclamatus est penitus: quia Hebr. 11. 5.  
sine fide impossibile est placere Deo. Id  
circò non fractos, sed cōminutos illos tra-  
didit esse scriptura. Fracta enim adsolidita-  
tem reparari possunt, cōminuta vero neu-  
tiquam. Ab hac igitur petra, ab hoc saxo  
durissimo, qui Christus est, fideles mel si-  
bi suggunt, & oleum salutare sibi conciliant. Legimus in lib. Regum. 1. cap. 14. Io  
natham summitate virgæ ( quam manu te-  
nebat ) protensa fauum mellis tetigisse:  
quo virga intincta, fauique portiunctula  
degustata, oculorum illuminationem af-  
sequutum fuisse. Quid quod qui terigerit  
virga fidei, & mentis puritate, fauum mel  
lis, sub panis specie delitescentem, longè  
præstantiore non corporis, sed mentis  
illustrationem assequatur? Ionathas au-  
tem filius interpretatur columbę. Etenim  
qui studuerint mel suggere à petra Chri-  
sto,

Velecētar  
ne domi-  
ni diuinita-  
tis sunt con-  
sortes.

Psalm. 35. 10.  
Deuter. 32. 10.  
i. Cor. 10. 10.  
Math. 21. 12.

Typus exli-  
br. Regum  
exponitur:

<sup>1. Corint. 11.</sup> sto, columbinis nitere moribus necessarium est. Nam qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Quibus accedit quoque id, quod me dicorum decreto accepimus, mel ocularibus medicamentis aptum esse. Expurgat enim, & abstergit viscosos hærentes oculorum tunicis humores. Quam ob rem & rectè & mel spirituale suggimus ab hoc sacramento: quippe oculare in illo est medicamentum. Mentis nanque nostræ tenebras fugat & abstergit, ut nobis denarrat egregius Lucas euangelista capitu. 24. Huius enim cœlestis conuiuij memoriam faciens. Et factum est, inquit, dum recumberet cum eis accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis: & aperte sunt oculi eorum. Quæ panis benedictio, atque fractio Augustino auctore corporis, & sanguinis Domini consecratio erat, ut porrectio eorundem erat communio. En tibi quale mel hoc est, quod in hoc diuino gustas conuiuio, vtique quod mentis tuæ oculos aperit: & arcana cœlestia tibi referat. Neque solum mel gustabis istud, quinetiam & oleo cœlesti saxum hoc, quod C H R I S T V S est (quo vngaris) tibi subministrat. Quod si miraris, ut ex petra funditur mel, & ex saxo durissimo oleum stillatur? Videbitur namq; fortassis durissima qualia sunt petra, & saxum liquores melis, & olei stillare non posse. Sed si pterā hanc & saxum hoc, C H R I S T V M esse consideras, omnis hæsitatio cessabit. Qui quidem propter suam omnipotentiam durissimis confertur, ut propter eius ineffabilem clementiam mollissimis atque blandissimis.

¶ Non ab re igitur conuiuio hoc cum prothematice dicamus conuiuio esse pinguium: pinguisima enim sunt mel, & oleum. Quibus in liquoribus pinguius nihil est, & in diuinis muneribus nihil vberius, quam mentem nostram diuino illustratam habere splendore, & à terrenis defæcatam obtinere affectibus. Quæ (ut di-

ximus) duo huius cœlestis conuiuij munia sunt. Quia intellectum nostrum illuminat, tanquam mellis cuiusdam cœlestis collyrium, & affectum ad Deum possidendum inflamat, ut spirituale oleum: quod in animos nostros infundit. ¶ Olim Sanson ille ex leone mortuo cibum cepit, quo pastus, ænigma propo- Typus ex li- br. Iudicum exponitur. sit intricatum illud, De comedente exi- uit cibus: & de forti egressa est dulcedo. Quod sanè ænigma, hoc facerrimum soluit conuiuio. Vbi & de comedente exit cibus: & de forti egreditur dulcedo. De comedente sane C H R I S T O (qui virtute sua diuina panem transfert in corpus suum, & vinum in sanguinem suum, quod in nostri spiritus profertur edulium, atque salutare poculum) exit cibus hic vitalis, qui ecclesiæ Christianæ confertur. Et ab eodem (qui virtus Dei est) egreditur mellis dulcedo. Quippe conuiuio hoc dulcedine incomparabili spirituali- mentes fidelium afficit. Nihil enim in ecclesia C H R I S T I est, quod ita affectuose tractetur, atque reuereatur, ut est hoc cœleste conuiuio. Est enim nuptiale conuiuio. Est enim principibus & magnatibus in celebri vsu, liberorum Eucharistia nuptias, splendidissimis ornare conuiuijs. Sic quoque pater cœlestis nuptias filij sui vnigeniti, hoc beatissimo ornauit conuiuio, ut tanti conuiuij homines allecti sua- uitate, & diaboli, & mundi, & carnis conuiuia fastidirent. Carnis etenim conuiuio spiritum nostrum inficit, & infirmit: at C H R I S T I conuiuio, mun- dat, & reficit. Rursum mundi conuiuio, labitur atque deficit, præterit nanque fi- 1. Corin. 7, gura huius mundi: at C H R I S T I conuiuio, proficit & perficit. Postremo diaboli conuiuio, sua vafricie & frau- delentia nobis officit: C H R I S T I vero conuiuio, sua luce & veritate diabolicas vires conficit, atque dissoluit. Ni- hil enim perinde Satanicas eneruat vires, atque hoc cœleste conuiuio. Chryso- stomo nanque autore tanquam leones,

Expositus  
Chrysostomus.

inquit, flamas spirantes, ab illa mensa descendimus, terribiles facti diabolo. Vtique leones descendimus ab illa cœlesti mensa. A Equum nanque est, vt qui leonis carne vescitur leonem induat, in leonemque se se transferat. At verò in hoc præstantissimo conuiuio, carne IESV CHRISTI vescimur: & sanguine potamur, quileo est ille, cuius Ioannes meminit.

*Apocal. 5.* Vicit, inquit, leo de tribu Iuda. Et rursum CHRISTVS catulus est ille leonis, quem Jacob Patriarcha ille celeberrimus longè procul præsentiens dixit. Catulus leonis Iuda, ad prædam filii ascendiisti: requiescens accubuisti, vt leo. Vtique de tribu, & familia Iuda Dominus secundum carnem originem duxit: & ascendens in crucem prædam tulit Tartari: & requiescens in sepulchro ac cubuit, vt leo fortissimus.

*Gcae. 49.* Quippe diuinatatis suæ fortitudine, mortis vincula disrupti, & mortis triumphator de sepulchro surrexit. Qui ergo tanti leonis carne, & sanguine vescitur, mirum nè putandum erit, si leonem cœlestem induat, leoninisque viribus præstans, leonem alterum truculentum, & tetricum (qui diabolus est, qui testante Petro tanquam leo rugit, & circuit & querit quem deuoret) prosterat, atque deiijciat? Ad hanc igitur huius cœlestis conuiuij mensam, accedere nos oportet, quotiescumque nos infestat tentationum turba.

*Roma. 1.* Quando rursum nos ad viam Dei absoluendam enerues sentimus, ab hac mensa cœlesti vires nobis sunt comparandæ: armaque sunt de sumenda, quibus armati sine hostili læsione ingrediamur. Et vt Esaias hortatur, capit. 21. Pone mensam, inquit, contem-

*Locus Esai. 21. exponit.* plare in specula: comedentes & bibentes surgite principes: arripite clypeum, vel vt ad veritatem Hebraicam legimus, Vngite clypeum. Admonemur ergo fideles qui sacramenti Eucharistiae augustissima celebramus mysteria, vt ad mensam hanc, in qua panis, & vinum, in corpus & sanguinem CHRISTI consecrantur,

concito properemus incessu. Pone ait, mensam: instrue (quasi dicat) conuiuum pinguium, & medullatorum. Neque nudè dixit, Pone mensam, sed adiecit contemplare in specula. Qui enim huius cœlestis conuiuij suavitate potiri desiderant, ut contemplentur in specula oportet. Et quam sit specula hæc si scire cupis, accipe.

Est enim specula hæc tui ipsius propria conscientia: quæ sanè probanda est, & discutienda in primis, vt huius conuiuij diuinæ dapes, in tuum cedant profectum. Etenim si speculam hanc non contempleris exactè, cœlestis cibus toxicus tibi erit. Iudicium enim tuum, id est, damnationem tuam manducabis, & bibes. Panisque virtus in utero tuo vertetur in felaspidum intrinsecus, Iob vigesimo. Et quamquam in hoc venerabili Sacramento, tanquam à flumine, riuuli diuinorum gratiarum riuantur, torrentemq; continet melis, & butyri (illius nanque edulio, & dulcescit mens humana, tanquam melle delibuta, & impinguatur tanquam butyro enutrita) cæterum si præfata specula exactè non contempletur, maledictio illa, quæ capite vigesimo Iob profertur, manibus illotis versantem hæc sacramenta torquebit. Sic nanque illi Iob imprecatur, Non videat riuulos fluminis, torrentis melis, & butyri. At verò diligenter contemplata specula hac, studioseque cordis nostri penetralibus dispectis. Si munda illa extiterint, & si non indiligerent sacerdoti fuerint patefacta, ture diuina huius conuiuij cibaria edere poterimus. Unde subdit, Comedentes, & bibentes, surgite principes. Diuinis nanque istis pastis alimonij surgendum sanè est. Bellum nanque diaboli semper illis imminet: ideoque non est desidiæ vacandum. Non enim cibus iste atque potus cœlestis, torpedini, & inertiarum indulget, sed ad bella gerenda cum vitijs armat, & instigat. Principum enim est bella cum aduersariis gerere. Hoc autem conuiuum principes habet conuiuas, quinimò, &

*Diepri*

con-

Eucharistia sumenda post discus-  
sionem cōscientiam tiam.

Cœlestis cibus nostro virtuo fit te-

xicus.

Eucharistica ad bella spī ritualia et mar-

conuiuas principes reddit. Etenim qui ad mensam regum conuiuæ accedunt, regia quoque dignitate fulgent. Qui ergo ad mensam regis summi CHRISTI tanquam conuiuæ conueniunt, vereberis nè illos quoque principum donare nomine? Neque enim solum CHRISTI sunt commensales, quinetiam ipso cibantur Christo principe. O verè stupendum, & summè reuerendum CHRISTI conuiuium, quo is ipse, qui invitator est, conuiuium quoque est, is ipse, qui escas, & pocula porrigit, esca conuiuj & poculum est. Ipse demum, qui se cibat, verus cibus est, ipse qui se potat verus potus est. Huius ergo conuiuj dapes, & viena, si queris, Caro diuini verbi est, sanguis IESV CHRISTI est. Quæ in cruce oblata sunt in pretium redemptio- nis nostræ captiuitatis, & in hoc conuiuio consecrantur in cibum nostræ infirmitatis. Comedentes igitur, & biben- tes, surgite principes, arripite clypeum, seu arripite clypeos. Vitulo nanque saginato refecti (qui est huius conuiuj cœlestis ve symposij ferculum) quid superest nisi, vt ad bella, & pugnas, cum vi- tij & concupiscentijs vestris, vos succin- gatis? Indignum nanque est, vt qui vituli saginati (qui Christus est) participa- stis cœlesti symposio, iam deinceps car- nis desiderijs non faciatis satis. Vtique CHRISTVS saginatus est ille vitulus, cuius Lucas meminit, capit. decimoquin- to: quem restituto sibi filio perditio, pater occidi iussit: vt ex festiuo conuiuio, filij prodigi in paternam domum regressum, festiuè celebraret. At quis cœlestium do- norum prodigalior homine, quem Deus pater suo adoptauit munere in filium? Aut quæ prodigalitas vituperabilior quæ

Christo pri- carne & sanguine opulētissimè erat prædictus) prodigere, & guinem suū prostituere diabolo munera? At CHRISTVS hunc restituturus saluum & inco- menta, quæ lumen prodigum filium Deo patri, con- in redemptio nis pretium, uiuuum instruxit, non aliud quam corpo-

ris, & sanguinis sui: quæ prius porrexit in edulium, & poculum, quam in pretium offerret. At verò ipse saginatus vitulus, qui paulò antè conuiuj fuerat ferculum crucis mox dulce, fit pondus, & seculi pendulum in cruce pretium. Saginatus sanè vitulus, quia conuiuium hoc pinguium est, medullatorum. Quid enim saginatus, quid pinguius, quid medulla refertius, corpore & sanguine IESV CHRISTI, quæ humanam mentem pascunt, saginant, & impinguant? Nisi manduaueritis, ait, carnem meam & bi- beritis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. Quia enim ho- mo diabolico illectus, & deceptus conui- uio, diuine pinguedinis, & societatis, parti- cipium misit: ex hoc diuino conuiuio ad eandem (quam miserat) pinguedinem re- stauratur. Et quia funestum conuiuium Diaboli cō- primum illud hominem à paradiso depu- uium exi- lit, hoc vitale conuiuium in paradisum in- troducit. Chri- sti vitale.

¶ Adhæc, diuini sermonis Paulus Apo- stolus energiam, & vires prosequens ser- monem, ait, Dei ad Hebræos quarto, vi- um esse, & efficacem, & omni gladio an- cipiti efficaciorem, pertingentem quo- que usque ad diuisionem animæ, & spiri- tus, compagum quoque, atque medulla- rum. Porrò hoc conuiuium Dei verbum in se continet caro factum. Conuiuium igitur viuentium, non mortuarum dapum est. Efficax conuiuium, quod animam ab animalium brutorum consortio, id est, brutalium affectuum commercio, ad spi- ritualium transfert sublimitatem: pene- tratiuum conuiuium, quia ipsas mentis compagines consolidat: mentalesque me- dullas viuificat. Est enim medullatorum conuiuium. Fercula nanque, & pocula, quo subtiliora sunt eò comedentem, & potantem, penetrant vehementius: vt contra quò crassiora, eò minus in vte- nis substantiam se se insinuant. At verò si huius conuiuj C HRISTI ferculorum Tom.2. C 4 subti-

Eucharistia  
conuiuum  
spirituale.

Ioan. 6.

subtilitatem scire amas, illa scito spiritualia esse: at spiritu subtilius nihil est. Huius nanque conuiuij ipse, qui erat conuiuum ipsissimum, maiestate denarrans, ait, Verba quæ ego loquor spiritus, & vita sunt. Corpus sanè IESV CHRISTI in hoc porrigitur conuiuio, & sanguis eius veracissimè propinatur. At vero non sub copulenta sui corporis, aut sanguinis specie, sed sub panis & vini offertur inuolucris. Corpus rursum Domini etiam si tantum in hoc conuiuio sit, quantum sideribus illatum est: verum non quantorum modum, sed spirituum modum obseruat. Est Corpus & autem spirituum in loco existendi modus, ex loco non circumscribi. Quia cum sanguis dominus sicut in loco toti sint, & in loci quavis parte eis specierū, tiam toti sunt. Id quod corporibus negatur, quæ sanè locis commensurantur, ita ut in toto tota sint loco, & pars eorum in loci parte. Corpus autem Domini, et si in totis speciebus sacramentariè existat, est quoque in quavis specierum portiuncula, et si illam minimam finxeris. Idcirco non circumscribitur ab specierum illarum quantitate; & sub illis latitans, ex specierum tamen quantitate non circumscribitur, aut illis commensuratur. Etenim non hoc instituit saginandis corporibus conuiuiū, sed mentibus reficiendis. Quam ob rem corpus suum non instar materialis cibi, sub panis collocat forma, sed instar spiritualis, atque mentalis cibi. Quoniam cibaturus venit pane vitae, & intellectus, non ut distendat ventrem, sed ut reficiat mentem. Opportunum igitur est, ut non quantitatis obstringatur repagulis, imò natuā sibi quantitatē alioqui corpus Domini obseruans, quantitatē tamen teneri terminis sub hoc sacramento noluit. Cedunt ergo & panis, & vinum corpori & sanguini Domini, in ipso consecrationis momento. Quippe non corporalem passionem, aut vitium vinum, cœlestis ille panis diuinumque merum (quod ex eximia vite vera dimanans quæ Christus est, calicem Domini implet) secum in venera-

Ecclesi. 15.

Panis substa-  
tia, atq; vini  
sub cosecra-  
tionis mo-  
mento cor-  
pori & san-  
guini domi-  
ni cedunt.

bili hoc Sacramento coexistere permit-  
tunt. Nam conuiuum hoc pinguium  
est, & medullatorum est, & vini longè  
defæcatissimi. Cæterū panis iste fru-  
mentarius, mentem non impinguat: sed  
famelicam esse sinit: & vinum istud quod  
vites donant fæculentum est, & non defæ-  
catum: quia longas sæpè dicit moras, vt à  
fæcibus emundetur. Et corpus rursum ine-  
brians, mentem frigidam efficit. Non tale  
vinum est cœlestis Christi conuiuij. Hoc  
enim à corporibus nostris ebrietatem, &  
crapulam arcet: & animos nostros, Spir-  
itu sancto inebriat. Non talis denique est  
huius conuiuij panis. Hic enim mentes a-  
deò corroborat nostras, vt ex fortitudine  
huius vegetati fideles panis, longam, & tæ-  
diosam satis ad terendum viam, quæ ad æ-  
thereas dicit sedes, absoluere queant. Ut  
Elias, qui sub iuniperi decumbens umbra  
Iezabelis funestam diffugiens tyrannidem,  
ab angelo Dei excitatus ex somni quiete  
pane sub cinericio reficitur: cuius opera vi-  
res resumens perambulauit usq; ad mon-  
tem Dei Oreb. Et fideles quoque Christi,  
qui sub umbra iuniperi, quæ crux Domini  
est (ut in tropologica declamatione de  
cruce denarrauimus) decubentes, vt  
vitiorum infestationes subterfugere va-  
leant, atque sic resumptis viribus alacres  
viam Dei arripere possint, hoc cibantur  
cibo pingui, qui caro Christi est. Qui sa-  
nè angelorum ministerio illis porrigitur  
edendus. Quippe sacerdotes Christi an-  
gelorum nomine, & munere insignes sunt,  
Mala. 3. Affer pingue panem esse scri-  
ptura docet, & exhibetur delicias regi-  
bus. Id quod Iacob Patriarcha insignis il-  
le filio suo Affer benedicens, Affer ait, pin-  
guis panis eius, & præbebit delicias regi-  
bus. At præclarè faciemus si ad huius bea-  
tissimi, quod versamus, conuiuij panem,  
vaticinium hoc referamus. Est enim pa-  
nis hic pinguis, præbetq; delicias regibus,  
neque regibus solum, imò vniuersis popu-  
lis, quod si hæfitas, verba repete pthema-  
tis, & fidē mihi dabis. Nam accipe quod  
ait, Faciet

conuiuij ca-  
lestis panis  
pinguis est.

Gene. 49.

ait. Faciet Dominus in monte hoc omnibus populis conuiuum pinguium, conuiuum medullatorum. Quos olim etiam hymnidicus ille presenserat cibando ex adipe frumenti, & de petra melle saturandos: Palm. 30. vt iam superius exposuimus. Qd si adhuc te sollicitat discere, vt panis pinguis hic populos saginet, memoria repeate misertum fuisse quondam dominum Iesum Christum turbarum, quae illius vestigia auidè sequebantur. Et Apostolis admonentibus Dominum, vt turbas dimitteret, ille contra ne longo itinere fractæ perirent turbæ, si famelicæ mitterentur, ait, Non necesse habent ire, date vos illis manducare, Matthæi. 14. Et panes paucos, atque pisciculos suo imperio Christus ita multiplicauit, vt maximam turbam ex opulento expleret conuiuo. Quod si tanta fuit Domino corporum cura quantaque in deserto conuiuum celebre illis alendis & satiandis parauit, dignum ne existimaremus, si animis nostris reficiendis, ne deficiant in via, quæ dicit ad astra, conuiuio quoque spirituali non prospiceret? Neutquam orbandus erat humanus spiritus conuiuio, tanto quoquis altero fœliciore, quanto veritas vmbrae præstat, & spiritus corpore excellentior est. Et vt prompta tibi sit huius beatissimi conuiuij maiestas, atque sublimitas, lustrasi placet vniuersa, quæ rerum vniuersitas tenet: & vniuersorum siue spiritualium siue corporalium, siue supremorum, siue mediiorum, siue inferiorum superare ordinem hoc conuiuum haud dubium videbis. Naturæ enim transmutare est, vnum in alterum celeberrimus ordo: id quod, tamen in viuentibus, quam in non viuentibus, experiri qui volet poterit, vt terra in ignem, & ignis in terram vertitur: & panis & vinum, cæteraque alimentorum genera in animalium substantiam transferuntur. At nihil cum nostro conuiuio, hæc naturæ opera conferenda sunt. In quo tametsi substantia panis, & substantia vini in substantiam corporis, & sanguinis

Christi conuertuntur, longe tamen aliter conuertuntur, quam natura conuertit. Hæc enim corrupto pane, aut quoquis alio alimento, in viuentis commutat substantiam: neq; totum, quod alimento erat, esse definit. Etenim alimentorum materia in viuentis substâiam transmigrat, ex qua viuentia, nutriuntur, & augentur. Christus vero etiæ in hoc sacro, atque venerabili conuiuio, panis substantiam, & vini, in propriam carnis & sanguinis transferat substantiam, sic totum in totum transfert, vt eius quod transfertur panis videbitur, & vini, nihil supersit, aut materialia aut formæ. Vestigia enim horum super sunt duntaxat. Quæ sunt figura horum, sapor, odor, color, & quantitas & gravitas, & cætera, quæ substâiae materialis natiui sunt affectus. Quæ eò supersunt, vt conuiuis sint certissimo indiculo, substantiam panis, atque vini inibi præextitis, at consecratione absoluta corpori Iesu Christi, subito cœsisse. Et quanquam immensa panis & vini moles quotidie in ecclesia catholica in corpus Iesu Christi transferatur, vel conuertatur, vt germanius dixerim & transsubstanietur, vt verbo sacerorum Conciliorum vt amur, non tamē proinde domini corpulenta excrescit substantia. Non enim sic transferuntur, aut transsubstaniatur, panis aut vini substâiae, vt dominico incorporentur corpori: sed eatenus transsubstantiatio hæc habenda est, quatenus Christi verbis illis potentissimis, hoc est corpus meum, &c. terrena panis atque vini substâia esse dñsinit. Vt tunc non panis substâia, aut vini subsistere: sed vere corpus Iesu Christi fides credat. Quibus tamen idem non afficitur corpus. Quippe etiæ corpori dominico terrena illa accidentia adstant, illi tamē non sunt infixa: sed diuina opera sine alicuius substâiae fulcimento pendula persistunt. Qui enim potens est humanam naturam (cuius alioqui est per se subsistere quippe quæ substâia est) facere, vt non per se, sed per verbum, & in verbo diuino subsistat, itidem

Conuersio  
nis in corp  
domini nō  
est naturæ  
conuersio.

Extra de  
summa Trif  
ni. & fide ca  
tho. ca. fir  
miter, & in  
Cœci. Floré  
ti. in decre  
Euge. Papæ  
4. & in Con  
ci. Trid. sef  
fione. 13. c.  
13. & 4.

Accidentia  
panis & vini  
corpus dñi  
nō afficitur.

& potens est, accidentibus ( quorum est non per se sed per alterum subsistere ) hoc præstare , vt per se subsistant. Id quod fides catholica in hoc tantum diuino conuiuio celebrari profitetur. In quo quantitates vini & panis, quæ aliqui à proprijs substantijs vehebantur, diuino tamen verbo operante substancialia vehicula cessant : Ideoque nativo vehiculo destituta , diuina solum opera

Accidentia  
panis & vini  
in eucharistiæ non in  
accidentia.

per se subsistentia in semetipsis subsistunt , atque vehuntur . Et quanquam narrauimus mirabile totius naturæ ordinem superans , de omnibus accidentibus huius venerabilis sacramenti profiteantur : ego tamen de sola quantitate profitendum verius crediderim , cui cæteris accidentibus , ceu substancialiæ infixis , eorundem accidentium diuina ope vehiculum se præstat . Quanquam huius mysterij , qui autor est , ipse conscientis est . Et sunt suasiunculæ quædam , quæ etiam si persuadere non possint , demulcere tamen possunt , humanæque rationi nostræ ad blandiri , vt hæc , quæ natura non habet , quinimo repudiare videtur mysteria , non prorsus repudiet . Etenim si

natura potens est elementum in elementum , & mixta inuicem conuertere , autor naturæ Deus , nonne potentior erit , vt saluis accidentibus , panis substantiam & vini , in corpus & sanguinem suum conuertat , materijs & formis horum non superstibis ? Et rursum si humana mens rerum similitudines apud se reponit , sine rebus tamen ipsis , vt similitudinem domus sine domo , & lapidis similitudinem sine lapide , apud se seruat , quid mirum erit , si mentis autor Deus veras panis & vini figuræ sine pane , & vino seruare possit ? Potentior enim est ad veras has seruandas sensibiles species Deus , quam mens nostra ad intelligibiles , apud se reponendas . Neque solum hæc , quæ diximus duo , in hoc sacerrimo conuiuio ( quod est velut Christianæ fi-

dei admirandum spectaculum ) tanquam inconsueta naturæ mirabilia sunt . Habet enim & alia , quæ non citra stuporem considerari queunt . Prioribus enim iam recensitis hæc quæ subiungemus iunge si libet . Ut huius magnificentissimi conuiuij maiestate vndeconque exequenter in

Adiectum  
alia admirā  
de eucharistiæ mysticæ.  
ria.

specta , Dei magnitudinem & potentiam eius indicibilem vim reuereamur , & venerabundi obseruemus . Accipe nanque quæ sequuntur miracula . Corpus nanque Domini totum illud pedibus , quod cœli supremos vertices calcat , totum suis dimensionibus quantitatius , idest , longitudine , latitudine , profunditate integrum huic se in sinuat conuiuio . Valeat enim illa commentitia doctrina , quæ non veretur tradere exutum propria quantitate Domini corpus , vini & panis subintrare tegumenta . Siquidem si natuam deponit quantitatem Domini corpus , itidemque sanguis , non ipsum dominii corpus , ipsumque dominicum sanguinem habet conuiuum , sed horum substantiam solum . At Dominus Iesus Christus , Accipite ( ait ) hoc est enim corpus meum : quod pro vobis tradetur . Num substantia sola & nudata quantitate Christi corporis pro nobis tradita est ? num illa cruci appensa ? clavisque confixa ? Num sanguinea sola substantia quantitate non affecta fundi valebat , in remissionem peccatorum ? Philosophorum placita consule , & hæc te docebunt illud fieri non posse . Substantiam enim si spectaueris nudam , neque mortalis est , neque viuens est , neque diuisibilis est . Iam ergo si corpus illud domini quod à Iudeis neci traditum est , & sanguis ille , qui fusus agni corpore , nostra detergit picala , huius fercula sunt conuiuij : qui fieri poterit , vt Domini corpus aut sanguis non quanta nobis in edulium , atque poculum sub panis & vini quantitate porrigan tur ? Quanta ergo nobis in hoc sacro conuiuio porrigitur , & organis suis atq; partibus inuicem distincta Christi membra , proprijsque

Secunda  
suadela.

Durando  
tacitè suggi  
latur. 4. Se  
ten. dist. 10.  
quest. 1.

Corporalis  
substantia  
nudata acci  
dētibus om  
nibus impas  
sibilis est.

proprijsque prædita sensibus. Sanguis-  
que Domini rubens potentiam rubricat  
ora. Id quod oculos latet nostros: quia  
fides meritum non habet, vbi humanæ  
ratiōni subseruit experimentum. Procul  
ergo sit Durandi in quarto libro Senten-  
tiarum, viri alioqui disertissimi, hoc,  
quod de hac re scripsit, figmentum, et si  
non asseratur ab autore. Et quanquam  
hoc tantum arcanum ratio non capiat hu-  
mana, sensusque atque imaginatio æquo  
non ferant animo, magnum corpus (qua-  
le domini est quod procerum scribitur  
extitisse) sub breuicula panis & vini quan-  
titate subesse (ut prædiximus) non sub-  
inde, vt rationi nostræ blandiamur, aut  
sensibus non detrahamus, huius conui-  
uij autoritati & maiestati detrahendum  
est. Quod vel hoc nomine admirabile  
est, quia supra sensum, imaginationem,  
& rationem, sedem habet. Quod si ar-  
duum putamus & difficile creditu, vt  
tantum corpus quantum C H R I S T I  
nē est. sicut est, sub tantula hostia non angustijs coar-  
ctatum, sed procul ab omni angustia  
ibi delitescens sit, meminisse oportet, vt  
nostra promptior & hilarior sit fides, e-  
ius quod iam pridem meminimus, cor-  
pus I E S V C H R I S T I etiam si  
quantum est, non tamen sub quantita-  
tivo sed spiritualis substanciæ modo in  
sacramento hoc subsistere. Etenim qui  
substancialis spirituales condidit, quæ to-  
tæ sunt in loco, & in qualibet loci par-  
te, quales non solum sunt angelicæ, quin  
etiam & rationales animæ, quæ in pro-  
prio corpore eodem potiuntur existendi  
modo Augustino ad Optatum scriben-  
te autore: quid quod corpus I E S V

Congruentia admodum substan-  
tia spiritus sanguis  
Corpus dñi  
& sanguis  
sunt i sacra  
mento vera  
eiter admo  
du substan-  
tia spiritua-  
lis

CHRISTI quod diuino verbo in uni-  
tate personali coaptatum est, eoque no-  
mine vniuersis spiritibus antefertur: mo-  
dum quoque subsistendi angelicum in  
hoc diuino sacramento obseruet? Quod  
si plausibiliora istis queritas, quæ men-  
tem tuam vtcunque absoluant, habes  
in speculorum imaginibus quod demul-

ceat fidem tuam & excitet. An non cer-  
nis, vt imago vna in speculo magno re-  
splendet? quæ & in particulis speculi ea-  
dem itidem resplendens est. Quid quod  
C H R I S T V S totus (qui imago  
Dei inuisibilis est) sub tota & parte qua-  
uis huius venerabilis sacramenti quan-  
tate subsistat? Si imagini enim rerum  
visibilium, hoc sensus tribuit, imagini  
inuisibili, quid putas à fide tribuen-  
dum? Vtique non quod repræsente-  
tur, vt imago in speculo: sed quod ve-  
raciter in sacramento subsistat. Id quod  
multò præstantius est, quam specularis  
repræsentatio. Cui accedit quoque, quo  
minores sunt speculi particulæ, imagi-  
nes quoque minores apparere. At ve-  
rò quantumlibet particulas sacramenti  
minuas, corpus Domini sub illis conten-  
tum, non minuetur. Et demum qui Deus aliquā  
creatuarum functiones suspendere po-  
test, imò & nonnunquam suspendit: vt  
sub passione sua solem non lucere ius-  
fit, vt tenebræ fierent super vniuersam  
terram, & fornacis Babylonici ignes,  
à puerili incendio retraxit, is ipse &  
quantitatis proprium munus, quod est  
distendere, & circumscribere corpo-  
ra, suspendere poterit. Id quod in hoc  
sacramento eucharistiæ mirabiliter præ-  
stat. In quo proprij corporis quanti-  
tas, neque distenta, neque circunscrip-  
taloco est.

Sed iam ad alia, quæ supersunt hu-  
ius splendidissimi conuiuij mirabilia  
persequenda manum admoueamus.  
Quia quantum Tropologicæ declama-  
tioni congruebat, tantum fecisse sa-  
tis tribus prioribus recensis mirabi-  
libus mihi videor. Quibus & quar-  
rum iungito hoc, quod cum reliquis  
hoc Domini conuiuium admodum ma-  
gnificat. In ora nanque nostra, atque  
stomachos nostros corpus & sanguis do-  
mini ingeruntur. Neque tamen exco-  
quuntur, aut digeruntur à nativo calore  
nostro, neque ab hoc alterari possunt: ta-  
metsi

Colof. 1.  
Heb. 1.

Matth. 27.  
Marc. 5.  
Dani. 3.

met si accidentia Deo supplente substanzia vicem, excoquuntur, & digeruntur. Nanque ex accidentibus sacramenti huius alijs cibis etiam non ingestis, nutritri potest homo. Vbi autem nutritio est, necessaria est concoctio cibi, atque digestio. Cæterum CHRISTI corpus, non eo ingeritur, quo corpus nostrum cibet, sed ut animam nostram alat: vt, mentem, inquam illustret, & animum suo amore vegetet, & impinguet. Non eo rursum inge-  
ritur, ut alimenta cætera, quæ in substantiam transformantur nostram: imò potius nos in hoc cœleste transformamur alimentum. Ut carbones ad ignem admoti in ignem transmutantur, & nubes Solis illustratæ radijs, Solis claritatem referunt: ita & fideles qui dignè hæc sacramenta versant, ad diuinitatis consor-tium, ad ignes diuinos, ad lucem CHRISTI æternam sese transmittunt. Est enim huius conuiuij cibus caro IESUS CHRISTI, quæ verè cibus est: & potus eiusdem Sanguis CHRISTI est, qui verè potus est. Ioannes. 6. Cibaria cætera, atque pocula, neque verè cibant, neque verè potum præstant: quia vitam transitoriam subministrant. At huius conuiuij fercula, quia vitam æternam clari-giuntur, propterea verè alimenta sunt. Ego (inquit) sum panis vitæ: patres vestri manduauerunt manna in deserto, & mortui sunt, hic est panis de cœlo de-scendens, ut si quis ex ipso manduauerit, non moriatur. Fuit enim olim cibus, quo filii Israel quondam deserta incole-tes, pascebantur. Qui saporem habebat gratissimum, quo vescentes alios cibos querere necesse non habebant. Etenim ille unus cæterorum ciborum omnium sa-porem, & suavitatem retinebat, iuxta illud libri Sapientiæ. 16. Panem de cœlo præstisti illis, sine labore omne delecta-mentum in se habente. Descendebat autem de cœlo cibus hic per modum niuis, aut grandinis, ut Hebrei putant. Appellabatur autem cibus iste Man He-

braica lingua: cuius interpretatio varia est. Quibusdam enim præparatum sonat: Chaldaicè verò non præparatum, Quid sibi velit Mana. sed quid. Et vtraque interpretatio nomini & rei germana est. Cibus enim, quem Deus de cœlo præparabat, non iniuste per antonomasiam præparatus dicendus est. Quia ex nouitate sua, colligen-tes in admirationem ducebat, præterea secunda interpretatio illi apta est, Exodi. 16. Quod cum vidissent (ait) filij Israel dixerunt ad inuicem, Manhu, quod significat, quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quod si cibus ille, qui alendis corporibus tantum erat, à domino duntaxat præparabatur, tantaque admiratione colligebatur, utique conuiuij cœlestis huius, & præparatio erit longè maior, & admiratio multò vehemen-tior. Fercula nanque huius conuiuij, ipse Deus homo parauit CHRISTVS. Postremò enim cum discipulis suis cœ-nans, gratiasque Deo patri agens, accep-tit panem & fregit, & dixit, Accipite & manducate: hoc est corpus meum: hoc facite in meam commemorationem. Si-militer & calicem postquam coenauit di-cens, Hic calix nouum Testamentum est, in meo sanguine, &c. En tibi diuini conuiuij præparationem. Verba sanè CHRISTI præparant conuiuum hoc. Nam ex pane terreno fit panis cœlestis, & ex cibo carnis, cibus fit spiri-tus, ex cibo corruptibili, demum cibus fit vitæ æternæ, non naturæ mutatione, sed diuini verbi operatione. Et quis tam stu-pidus, qui huius conuiuij tantam non mire-tur præparationem?

¶ Iam vero ad id, vnde digressi sumus nostra redeat oratio: & huius conuiuij mirabilia absoluamus. Est autem & aliud quintum, quod spectabile hoc conuiuum cunctis reddit, sensus scilicet no-stros sacramenta hæc cernentes non falli. Etenim quod visus videt, quod auris excipit, quod tactus tangit, quod gustus gustat, ficta non sunt, fallacia non

Nutrirī po-test homo  
ex eucharisti-a.

Egregia col-latio.

Eucharistia rapit mente ad se.

Num. ii.  
Psal. 77.

Matth. 16.  
Luce. 11.  
Marc. 14.  
1. ad Cor.

Quintum mi-rabile in eu-charistia,

Sébus nō fal-luntur in eu-charistia.

non sunt, sed veracissima sunt. Visus enim quod videt, album, rotundum, figuratum, verum est. Quod auris audit Christi verbum, Hoc est corpus meum, verum est. Sapidum est quod gustat gustus: & calidum aut frigidum, quod tactus tangit, verum est. Sensus namque exteriores isti panis substantiam non sentiunt, nisi per accidens Aristote. tradente. 2. de Anima. Id quod nos nostris dilucidauimus commentarijs. Quare sensuum exterorum est, erga sensibilia ista externa suas ad ministrare functiones. In Christi autem conuiuio verus sapor, verus color veraq; quantitas & accidentia cætera panis, & vini sunt, etiam si panis, & vini substantiae non subsistant. Quod sit cogitativa virtus, cuius est de sensibilibus iudicare, sensusve communis, panem iudicet, aut vinum ex saporibus cæterisque accidentibus, verum sanè iudicium: sunt enim illa accidentia panis, & vini, quæ ante consecrationem fuerunt. Fallax vero iudicium est si ex præsentibus accidentibus præsens-

Sensus inter  
ni iudicatis  
de eucharistiā  
fides  
corrigit fal-  
lentiam.

tes quoque substantias panis, & vini esse iudicant: corrigendaque iudicij huius fletitia est. Quia panis & vini cōsecratio noua, panis & vini mutauit substantias, vt quæ ante consecrationem erant, consecratione peracta non sint, vt Ambrosius libr. de sacramentis. 4. capitu. 5. testatur in hæc verba, Antequam consecretur panis est: vbi autem verba Christi accesserint corpus est Christi. Et capitul. 4. si tanta vis est in sermone Domini I E S V, vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Cuius verba referuntur de consecratione, distinctione. 2. capitulo, Panis. Quæ verba duriusculam faciem præferunt. Videbitur enim fortasse non aduententi, etiam post consecrationem panem, & vinum, cum corpore domini coassistere, id q̄ catholica fides respuit.

Verba Am-  
broſij duri-  
uscula expo-  
nuntur.

Quare Ambrosium intellige, dicēte, operatorium esse sermonem Christi, vt sint quæ erant, non in proprijs subaudiſubstan-

tijs. Panis namque & vinum in hoc sacramento postquam accesserunt Christi verba, non conuertuntur in nihil, iuxta decre tum ecclesiæ, sed conuertuntur in corpus & sanguinem Iesu Christi. Idcirco Ambrosius dixit, vt sint quæ erant, & in aliud commutetur. Quia non annihilantur, sed transsubstantiantur in corpus & sanguinem domini: panis quidem in corpus, vi- num vero in sanguinem, quantum est ex vi verborum. Verba namque illa, Hoc est enim corpus meum, panis in corpus operantur conuersionem, vt & alia, Hic est calix sanguinis mei vini in sanguinem. Cui operationi coniunctio, enim, necessaria non est: et si sacerdoti celebrati (vt pec-  
Cōiunctio. n.  
ria ex sacra  
mēto sed ex  
catum virer) necessariam puta. Cæterum præcepto.

sub panis figura non solum corpus, sed & sanguinē domini subesse intellige. Quippe corpus Christi quod inibi est, viuū est, quare humore sanguineo præditum est itidē, & sub specie vini cum sanguine, corpus domini subest. Quippe sanguis, et si seorsim consecretur, à Christi corpore se iungitur nunquam. Ob eandemque rationem, & anima, & diuinitas Iesu Christi per concomitantiam huic adsunt sacra mento. Nanque Christus sub illo delitescens, verè Deus & homo est.

¶ Est & alterum, quod in maximam me ducit admirationem. Huius enim conui- Sextum  
ab  
rabilis  
uij sacratissima fercula, atque pocula, tam sumuntur à bonis, quam à malis, quamquam dispari fructu. Mali enim huic se ingerentes conuiuio, conuiuij maiestatem non lardunt: vt neque boni illam augent. Dispari quidem fructu diximus, hæc sumi. Nam et si mali sacramenta sumant, & edant, & bibant, at spiritum non roborant, neque vegetant, vt boni vegetantur sacro edulio, atque potu. Vt Augustinus commemorat homilia. 27. in Ioannem. At quis non mirabitur tantam Christi dignationem, qui fætentia peccatis pectora penetrare non dedignetur, & manibus immundis sacerdotū se versari, & tractari permitat? Et demum citra discrimen Mali & bo-  
ni sumunt  
eucharistiā  
equalis sacra  
mento at dī  
sparisfructu.

<sup>Ioan. 13.</sup> iustis, & iniustis, se versandum conce-  
dit. Qui & olim proditori suo, quod ma-  
gis mireris, inter cœnādum corpus & san-  
guinem suum ministrauit. Et qui facit so-  
lem suum oriri super bonos, & malos, &  
pluit super iustos, & iniustos, ipse quoque  
(quæ est eius munificentissima benigni-  
tas) sacramenta sua permittit, & bonis, &  
malis tractanda: illis quidem ad emolumē-  
tum, istis verò ad detrimentum. Etenim

<sup>Eccle. 17.</sup> hominem condidit liberi arbitrij compo-  
tem, & coram illo statuit sacramētorum,  
ut aliarum rerum & rectum vsum, & abu-  
sum, quasi lucem, & tenebras, bonum, &  
malum: reteque vtenti mercedem polli-  
cetur æternam: abutenti autem, extrema  
minatur supplicia. Ut vel hinc de diuina  
in gerendis humanis dispositione vehe-  
mens te suspensum teneat consideratio.  
Etenim interim dū vita hæc labitur mor-  
talis, nullo discerniculo electos discernit à

<sup>Marth. 3.</sup> reprobis, iustos ab iniustis, triticum deni-  
qué à palea, quo usque dies ille accedat no-  
uissimus, quando exibunt angeli, & se-  
parabunt malosde medio iustorum. Qua-  
propter & Iudæ proditori, ne ipsum à cæ-  
teris discerneret Apostolis, sui corporis &  
sanguinis esum, & potum permisit. Quā-  
quam id quoque præstítit, ut tanti mune-

<sup>Matth. 13.</sup> ris donatus Iudas participio, hominis im-  
pialiquescerent viscera: ne tantum faci-  
nus auderet, illum videlicet neci tradere,  
cuius carne pastus, & diuino sanguine po-  
tatus dudum fuerat.

<sup>Duo aliam in-  
ribus addū-  
tur.</sup> ¶ Iam duo, quæ restant huius conuiuij ve-  
neranda & spectabilia mysteria, non infe-  
rioris notæ sunt, quam ea, quæ diximus  
haec tenus. Quorum alterum est, cuius di-  
uis Gregorius meminit in hæc verba,  
Quis fidelium habere dubium possit, vt  
ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vo-  
cem cœlos aperiri: & in illo Iesu Christi  
mysterio, summa & ima sociari, vnū quid  
ex inuisibilibus & visibilibus fieri? Dialogo-  
rum libro. 4. Quæ quidem omnia etsi  
fides catholica certò credat, & profitea-  
tur; at vero tantum est hoc fidei myste-

rium, ut mens humana non capiat: tātum  
abest ut sensus capere possit. Quis enim  
assequi poterit Christum, qui à dextris  
Dei super cœlorum culmina sedidit, ad vo-  
cem sacerdotis in momento altaribus ad  
sistere, cœlestibus globis elementarijsque  
intactis corporibus? Nam et si Gregorius  
dicat, cœlos aperiri, non ita habendus est  
sermo hic, ut putet quispiam cœlos disfri-  
pi descendente domino. Sed tropus est in  
sermone siquidem Christus, qui in cœlis  
adest, quando sua corporali præsentia in  
sacramento latens terras illustrat, descen-  
dere de cœlis, aut aperire cœlos dicitur. <sup>Gregorius  
exponitur.</sup>  
Quapropter sensus omnis deficit: huma-  
na ratio hoc cogitans languescit prorsus,  
& firmans gradum suum attonita, in fide  
decreuit conquiescere, non habens vltra,  
quo p̄grediatur. Per discursus enim natu-  
rales per tanta & tā immensa corporū spa-  
tia qualia sunt à cœlorum summis ad ter-  
ram v̄sque, sine mediorum contactu in  
temporis puncto, ut corpus Iesu Christi se  
se deferat & in altaribus Christianæ ecclie  
sæ se collocet, neque persequi, neque asse-  
qui mens humana potest. Quale quoque  
est, quod postremò huius conuiuij mirabi-  
le denarrandum est. Idem enim corpus Ie-  
su Christi in omnibus orbis partibus, tam  
supremis, quam infimis, tam dextris, quā  
sinistris, anterioribus aut posterioribus,  
consecratur, & sumitur. Vbi rursum ima-  
ginatio hæret, dū apud se voluit, ut ipsissi-  
mum Christi corpus non multiplicatum  
& in cœlo, & in innumerabilibus terre lo-  
cisconsistat. Porrò hæc est huius conuiuij  
maiestas, ut ea in semetipso comprehen-  
dat mirabilia, quæ intellectus noster com-  
prehendere nequit. Psalmographus enim <sup>Psl. 110.</sup>  
huius conuiuij magnitudinem denarrans,  
hoc versiculo celebrauit, Memoriam fe-  
cit mirabilium suorum, misericors & mi-  
serator dominus: escam dedit timenti-  
bus se. In hoc nanque nuptiali, & diuino  
conuiuio magnalia Dei continentur, vni-  
uersaque Dei, quæ diximus mirabilia ita  
epilogantur, ut diuinorum mirabilium  
tanquam

<sup>Christus se  
collocat in  
Eucharistia  
nō pertinet  
seundo per  
media,</sup>

<sup>Gregorius  
exponitur.</sup>

<sup>In eucha-  
ristia magna-  
lia Dei om-  
nia quasi in  
epilogoco-  
tinentes.</sup>

tanquam sacerrimus & mysterijs cœlesti  
bus refertissimus epilogus quidā, hoc cō-  
uiuum sit. Vt rectē cum prothematē di-  
xeris pinguium conuiuum hoc, conui-  
uumque medullatorum. Verum non va-  
cat à mysterio id quod olim dominus He-  
bræs iam iam ab AEgypto in promissam

terram iussit transmigraturis: vt agno ve-

Typus ex. scerentur asso igni, & cum azymis pani-  
Exodo ex. bus, lactucis que agrestibus, multisque a-  
plicatur.

lijs denarratis ritibus hūc quoque miscet,  
vt festinanter baculosque in manibus te-  
nentes agnisi vescerentur carnibus Exo.  
12. De longinquo enim in agno illo typi-  
co agni veri conuiuum, quo fideles fruun-  
tur adumbrabat Dominus. Etenim qui de  
ecclesiastico altari agno vero Christo ve-  
scimur festinanter vesci oportet, baculum  
que fidei manibus nostris premere. Is au-  
tem festinanter vescitur, qui non rationis  
naturalis magisterium aut sensualia, quæ  
plerunque falluntur, iudicia expectat, sed

Eucharistia  
festinanter  
est comedē  
da. ecclesiæ catholicae documenta amās, hoc  
credit, quod ipsa credit, hoc diligit quod  
ipsa diligit. Vnde diuinæ subesse potestati  
ea in hoc conuiuo præstare quæ diximus  
mirabilia, & multo maiora inconcussa fi-  
de tenet: huncque fidei baculum fortissi-  
mè premens ad mensam domini accedit,

9. ad Cor. 10. & corporis & sanguinis Christi commu-  
nicatione participat. Neq; alij ritus typici  
agni sunt præterudi. Aptissime enim huic  
agniveri conuiuo congruunt. An non cō-  
gruit lactuarum agrestium obsoniū? non  
ne renes præcincti? Nunquid non cōgruit  
quod caput simul cum intestinis voran-  
dum sit agni? Et demum nihil abhorret  
ab agno vero si carnes eius non crudas, ne  
que coctas, sed igni assas edamus, & singu-  
la experiamur si arridēt hæc tibi. Ille sanè  
mythicarum lactuarum miscet in Christi  
conuiuo obsonia, qui mente compunctus,  
trepidus, & amans, carne Iesu Christi ve-  
sci studet. Est autem autore Grego. Dia-  
go. libr. 4. cap. 34. compunctionis gemina, a-  
lia, quæ timoris est, alia quæ amoris. Illa la-

Duplex cō-  
Punctio. chyrmas fundit, quia peccati conscia sup-

plicia horret æterna: hæc vero de **venia**, iā  
securior, quia premia cernit æterna differ-  
ri. Vtraque ex bono proficitur princi-  
pio: quippe altera ex Dei timore, altera ex  
Dei amore, verum postrema longe prio-  
re fœcilio. Idcirco si dominicas vis attre-  
ctare mensas, has tibi lactucas para. Agre-  
stes sunt sanè, quippe quæ sunt amarulen-  
ta. Ceterum illas suauissimas putabat esse  
ille, qui aiebat. Fuerunt lachrymæ meæ pa-  
psal. 41.

ne die ac nocte, dum dicitur mihi quoti-  
die, vbi est Deus tuus. At si amas pane ve-  
getari cœlesti, vates regius alium panem  
tibi demonstrauit, quo visitatus es in  
primis: qui est lachrymarum panis, qui est  
compunctionis panis. Hoc enim conui-  
num timētum est, non lascivientiū esca.  
Escarum(air) dedit timentibus se. Escas do-  
nat Deus, etiam non timentibus, sed disco-  
lis, homicidis, adulteris, & periuris, &c. At  
hanc huius diuinij conuiuij cœlestem e-  
scam solum porrigit timentibus se Deus.  
Etenim si non timentes illam usurpat, iu-  
dicium sibi manducant, id quod tibi maxi-  
mè caendum. Horrendum est nanq; cœ-  
lestem cibum in cloacam projicere, ut tu  
projicis, si in pectus tuum peccatorum cō-  
scium, & sordibus & spurcijs maculatum,  
Christum ingerere audes. O impudentis-  
simam audaciam, ò audacem impudentiam  
cibum, quem Deus sanctificauit, commu-  
nem facere. Est enim Christus panis vitæ  
qui de cœlo descendit: & pater sanctifica-  
uit, & misit in mundum. Qui verò pollu-  
Eucharistia  
qui commu-  
nem cibum  
facit atrox  
tērat facin\*.

Ioan. 10.

ta mente hunc versat cibum, illum cōmu-  
nem facit. Perinde enim erga sanctificatum  
sese gerit cibum hunc, atque non san-  
tificatos, qui communia sunt hominum  
cibaria. Quibus ut vescaris contemplari  
nihil opusfacto, si immundus, aut mūdus  
sit animus. Id quod in primis à te præmit-  
tendum est si diuinashas epulas gustare af-  
fectas. Quamobrè conuiuum, quod deus  
sanctificauit, tu commune ne feceris. Pe-  
trus, alioqui mundus, horrebat immun-  
dis & cōmunibus, etiā dei oraculo admo-  
nitus vesci: & tu alioqui immundus mun-  
Communis  
cibus quis,  
Asto. 10.  
dissima

dissima Christi carne vesci non times? Mūdissima est Christi caro, at te non mū dabit, nisi mūdus tractaueris domini hæc mysteria. Nā maculas potius augebis: tan tum abest ut emundes. Est enim panis vi-

Ioan. 10.

At cibus qui uis viuentium cibus est: nō mortuorum. Eucharistia igitur cibus vi-

Sacramēta quædā sunt mortuorū eucharistia vero viuen- tium est Sa- cramentum eti aliquan- do etiam mortuos vi- uificat.

uentum est. Ego veni (ait dominus) ut vi-

tam habeant, & abundantius habeant. Sūt enim sacramenta quædam, quæ eò institu-

ta fuere, ut vitam habeamus. Quale est re-

generationis & renouationis lauacrum,

& clangularis confessionis sacramentum.

At hoc, quod synaxeos est sacramentum,

eò est quo abundantius vitam habeamus.

Est enim hoc sacramentum pinguiū con-

uiuum: conuiua autem viuentium sunt,

non mortuorum. Quod vero nōnunquā

etiam vitam donat, bona fide accedenti

ad cœlestem Christi mensam, illud non

est huius conuiuij institutum, sed diuinæ

miseratiōis est, quæ nostræ infirmitati sub-

venire diuina sua ope dignum ducit. Id

quod scholastici Theologi per accidens

tradunt huic accedere conuiuio. O dulcis-

simæ, tametsi agrestes, lactucæ, ò beatissi-

mum lachrymarum nostrarum ex com-

punctiōne defluxum, quod sua austerritate,

& amarulentia animi nostri sordes, abster-

git, & cœlesti Christi conuiuio dignum,

conuiuam, reddit. Quando opipara a-

apud homines conuiua parantur, conuiu-

æ ieunos deferre stomachos curant, ut

se ingurgitando optimis quibusque cibis si-

ne fastidio sit copia. Christus igitur op-

ima carnis, & sanguinis sui in hoc sacramē-

to conuiuia parat. Vt ergo tantis ferculis,

tantis tamq; defœcatissimis frui poculis

liceat, ieunandum tibi est, à vitijs, subau-

di, & peccatorum inquinamentis. Porrò

accuratè lactucarū eduliū, & renes præci-

gendos admonet dominus & euangelico

oraculo itidem admonemur. Sint (inquit)

Exo. 12.

lumbi vestri præcincti & lucernæ ardētes

in manibus vestris. Est autem adornantiū

iter succingere lumbos. Discinctis nanq;

laxæ vestes itineri arripiendo obstatculo

erunt. Quamobrem Hebræis, quibus ab

AEGypto exitus promptus erat, succingē

das renes dominus iubet. Quare memi-

nisse oportebit, hoc conuiuum viaticum

esse conuiuum. Vnde iam iam commi-

graturis gustandum Christi corpus porti-

gitur. Iter autem facturis panis & vini p̄c-

cipiuus est commeatus. Et nobis iter cum

Elia in montem Dei Oreb facturis, corpo-

ris & sanguinis domini diuinus necessaria-

rius est commeatus. Grandis enim restat

via, & mons Dei acclivis est, & nisi pasti

hac cœlesti alimonia fuerimus in via defi-

ciemus. Est enim mons hic monspinguis,

mons coagulatus, mons in quo benè placi-

tum est deo. Quapropter & pingui & me-

dullato egemus conuiuio: ut montem do-

mini pingue (qui vita æterna est) consce-

damus. An non mons pinguis, & coagula-

tus est ille mons, vbi dabit dominus in si-

num sanctorum suorum mensuram bo-

nam, & confertam, & coagitatam, & su-

pereffluentem? Lucæ. 6. Si igitur ad pre-

mia hæc pinguisima, & confertissima ra-

piendum est nobis iter, quali viatico nos

putas præparandos, nisi panis cœlestis via-

tico. Vnde Diuus Chrysostomus libro. 6. Notandus.

Dialog. de Sacerdotio. Oculatū quendā

Eucharistia  
cur viaticus  
est cibus.

Locus ex  
Psalm. 67:  
exponitur  
& obserua.

Chrysoto-  
mus.

Ad Ti. 6.

Paulus

ad Cor. 9:

lumbos

lumbos suos præcingebat, ut currans in studio seculi, durissimisq; agonibus cū virtijs agonizans, ad propositū vitæ æternæ bradium expeditissimè properaret. At verò diuina indicant oracula caput agni cū intestinis deuorandum. Est autē ecclesiæ Christianæ caput Christus. Fuerūt autem hæretici, qui sub velamento panis, & vini Christum latere noluerūt. Et isti neq; ca-

Hæretici rei  
jciuntur quia  
agnus sine  
capite, & pe-  
catis deuo-  
rant.

put neq; intestina vorant. Euacuati enim sunt à Christo, & à gratia eius exciderunt: ad Gal. 5. qui venerabile eucharistiæ sacra mētū à corpore & sanguine Domini euacuant. Et quia nudū esse signū corporis, & sanguinis Dñi fassi sunt, nudabuntur qui illis suffragātur cœlestis huius cōuiuij fructu, qui vita æterna est. Quasi verò Christus nō doceat, hoc est corpus meū. Panē sanè accepit, at nō panē vocat acceptū, sed

O Ecolam  
padius fugiē  
dus & Luthe-  
ras, atque rij  
Berengarius.

corpus suū. Phanatica igit̄ O Ecolāpadij sōnia fuge. Alij vero caput cōedūt myste- cha Lutherus cum suis familiaribus. Christum nanq; in sacramento hoc esse fassus est: vnde caput deuorat. At panis substancialiam, & vini, coadesse corpori & sanguini Domini cōtēdit, quare intestina Luthe- rius nō deuorat, vt neq; Berengarius deuo-

De cōsecre-  
dist. 2. Ego  
Berengarius.  
colao. 2. Ro-  
mano dam-  
natur conci-  
lio & etiam  
Turonenſi  
sub Grego.  
Septimo.

ravit. Quē sub Leone Papa. 5. Vercellēse damnauit conciliū. Et recte intima huius qui sub Ni sacramēti mysteria, intestina vocare animo est. Nā intestina, animalium intima sunt. Nos ergo diuina reuerentes iussa nō solū corpus, & sanguinē Domini fidelium verè esse eduliū, & poculū, cōfiteri cōstrī-

gimur, quin etiā & cætera suspicere omnia, quæ retulimus huius cōuiuij miranda mysteria reuereri, & obseruare & quam maxime in oculis habere oportebit, vt caput agni cū intestinis iuxta Domini iussa deuoremus. Neq; minus à mysterio grādi vacat quod de agno illo materiali memorāt, cuius assis igni carnibus cū azymis panibus vesci mādabat Deus. Affa em A-rist. 4. Meteorologicorū tradēte tex. cō. 24. superficie tenus, & incute arentia videtur: intrinsecus autē pinguiora sunt, & suc-

co vberiora, quā decocta, quæ magis exūca sunt. Huius autē cōuiuij Dominici ferula, et si superficiē arētē ostēdāt, quia pa- nē oculis nostris obiiciūt nudū, & vinū nu- dum: at verò fidei oculis penetra ferula, dispice pocula hæc sacratissima, corpus, & sanguinē Iesu Christi introspectabis: pin- guedinē cœli omnē, diuināsq; medullas inuenies. Est enim conuiuiū pinguīū, con- uiuiū medullatorū. Plus condit etenim in recessu, quā in fronte promittat. In fronte enim panem, & vinum intuētibus pollicetur: at in penitissimis recessibus corpus & sanguinē Dñi abdit. In cortice arescunt cō- uiuiā hæc: quippe vſualia sunt quæ offerūtur, quæ nimirum vētrem solum pascere possunt. Nā esca vētri, & vēter escis: hunc 1. ad Co. 6. & has destruet Deus. At verò si medulli- tus intima cōuiuij exquisieris huius, quæ mētē reficiunt, quæ intellectum illustrāt, quæ Christo Dño nos incorporāt, & copulant, vt Eugenius. 4. in suo decreuit de- creto haud dubiū inuenies. Comedēda er- go est Christi caro igne affa. Quia quan- Eucharistia  
comedenda  
est ignisfla.

quā exterius in sacramento cibum vētris præferat: interius tamen cibus mētis ve- racissimus est. Vescēdē quoq; sunt carnes igni affæ: quia ad altare Dñi ignem chari- tatis, qui non detulerit, frustra & temerē accedit. Quapropter & te ipsum proba, si inimicos odio habes: & multo fœdius si a micos infensos credis. Quod si talē te re- Eucharistia  
nō tractāda  
ab inuidis  
& odiosis.

perias à Dñi conuiuio gressum contine, gradum fige, abstine ab esu & potu panis cœlestis, & vini. At primū in memoriā re- ducito, quod apud Matth. c. 5. tibi Domi- nus obseruādū tradidit. Si ergo (inquit) of- fers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduer- sum te, relinque ibi munū tuū ante altare, & vade prius recōciliari fratri tuo: & tunc veniēs offeres munus tuū. Si ergo mune- ra, quæ quilibet fidelis Deo placādo est ob- blaturus Deo ingrata, & insipida sunt, non restituta primū fratris iniuria, & offerenti nō sunt p̄ficua: quid tu arbitraris desacra- tissimis muneribus, donis, atq; sacrificijs,

## Dilucida.& decla.in Esaï Prophetam. 25

Eucharistia  
munus & do-  
num est.

quæ in altari Christi offerūtur? Sic enim ecclesia in suo canone illa vocat: Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia. Vtique etsi Deo semper sint gratissima, quia corporis & sanguinis Iesu Christi sunt, ceterū offerēti profutura nō sunt, si iniurius accedit, si læso fratre pacis cōuiuio se ingredit. Quī enim fieri poterit vt amarulento palato fauus mellis huius cōuiuij sapidus sit? quī fiet, vt inimico animo huius cōuiuij cōmunio, atq; reconciliatio (quæ Chri-

Ante eucha-  
ristie conui-  
uum euo-  
mēdum est  
odium fra-  
tris.

stus est qui fecit vtraq; vnū) proficiat? Ecquid enim inimicitias geris cū fratre, & Christū, qui soluturus inimicitias Dei, & hominū in mūdū venit, sumere tēras? Nihil recolis: imò p̄funda te premit obliuio si inimico tuo nō parcis, & Ch̄rum D̄m (q̄ pte in cruce p̄dēs tibi & inimicis alijs pepercit) ī cibū tuū capere audes. Si ergo pectus tuū fratris amore friget, charitatis fraternæ ignē tibi cōcilia: q̄ frigus hoc àte depellat. Dilige inimicū tuū: & tūc demū offerre poteris mun⁹ hoc beatissimū corporis & sanguinis Iesu Ch̄ri, vt tibi ad salutē pficiat. Atdices, Sacerdotis est offerre mun⁹ hoc, nō aliorū fideliū: & verè dices.

Eucharistia  
a sacerdoti-  
bus offertur

Sacerdotalis nanq; functionis est munera hæc diuina deferre atq; offerre Dño. Nihil lominus tñ, & omniū fideliū est, vele ecclie totius simulofferre, vt ex canone sacro disces, in hæc verba. Pro q̄bus (ait) tibi offerimus, vel, Qui tibi offerūt. Ignis deniq; ad purū excoqt oīa. Ad purū ergo exco-

Canonis ver-  
ba exponū-  
tur.

Matth. 24.  
Luc. 17.

Sancti fug-  
gunt medul-  
lam echar-  
isti.

sunt vt pinguedinē & medullā huius cōuiuij suggāt, pernici huc se volatu conferat.

Conuiuiū nāq; hoc amicorū Dei non ini-

micorū est. Etenim semel Christus in arā crucis pro inimicis immolatus est, vt illorū piacula detergeret: semel quoq; hoc cōuiuiū cæna suprema amicis vegetādis suis instituit, eidēq; vegetationi quotidie ministrāde, idē celebrādū semper cōuiuim iussit. Hoc facite (inquit) in meā cōmemorationē. Quare & sponsa Christi ecclesia tāti conuiuij memoria exultās, celeberritis illud prosequitur laudibus dicens, O sacrum cōuiuiū, vbi Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pinguisdatur. Et meritò has decātat laudes: nā huius cōuiuij edulia, caro Christi sunt: huius conuiuij poculavino illo sunt infusa cuius Salomōlibro suo cāticorum memoriā fecit. Vinum sanè optimū, dignū dilectō meo ad potādū, labijsque & dentibus illius, ad ruminādū. Est enim vinū dilectōrū, quos inebriat solos. Cæterū ruminādū vinū: id quod in vino hoc singulare est, reliqua nāq; vina nō ruminātur. Ruminatio enim solidorū est ciborū: nō liquidorū vi norū. Porro vinū hoc sanguis Iesu Christi est. Qui priusquā potādus veniat, rumināda est potātis consciētia: discutienda sumentis mens. Nā vinū optimū, & dignum dilectō, optimos quoq; & sibi dignos mores amat. Hoc igitur iustissimo nomine sacrū appellatur conuiuiū: siquidē fidelium est sacra refectio. Sacrū rursum quia cōuiuas, quos exigit sacrat, atq; sanctificat, & sacratissimos angelorū choros, sibi tantisperdū celebratur coadūtentes, & venerātes habet, vt Chrysostomus lib. 6. de sacerdotio & Greg. 4. dialo. tradiderūt. Sacrū itidē cōuiuiū, qđ nō solū fideles vegetati viuos, à malo retrahit, cōfortat in bono & ad virtutum & gratiarum illos promovet incremēta: vt Vrba. 4. & Eug. 4. & Clē. 5. veraciter docuerūt. Lege decretū Eug. 4. & Clem. de reliquijs & venera. San. quā iā indicauimus. Non solū ergo fideles viuētes istis (quibus diximus) præclarissimis ornat munieribus, quin etiam subsidio est & fidelibus illis (quorū corpora in pace se-

In concilio  
Vienensi vt  
refertur in  
clementina  
si Dominū  
de reliquijs  
& venera  
sanctorum.

Cap. 7.

Eucharistia  
præsidio est  
viuis fidelī  
bus & defū  
ctis.

pulta

pulta sunt, quos purgatorius ille ignis ad  
huc expiat, & lustrat. Istis cōuiuiū hoc ma-  
nus auxiliares præbet. Illis enim suffraga-  
tur: vt qui per longa téporū interualla pœ-  
nas essent laturi huius diuini conuiuij ad-  
iuti suffragio, citius à pœnis absoluantur.  
Etem in ecclesiæ catholicæ altaribus quo-  
tidie pro viuis, atq; defunctis fidelib⁹ cor-  
pus, & sanguis Iesu Christi iugiter, & à pri-  
mordiali ecclesiæ exordio offertur, vt ve-  
nerabiles ecclesiæ prisci q; patres, aperte  
in suis codicibus testantur. Nō enim solū

Leg⁹ si li est conuiuiū hoc sacramētū, quod sumen-  
buerit Ire neū Lugdu tibus prodest: sed est sacrificiū quod & nō  
nensem lib. sumentibus prodeſſe poterit, quales fi-  
4.c.32. Cy deles defuncti sunt. Est ergo sacrum imō  
priani scri bementem Ce & sacratissimū cōuiuiū hoc, in quo Chri-  
stio fratri. Stus sumitur, in quo vitalis memoria mor-  
6. defacer tis Christi recolitur: mensq; impletur per  
dotio. Dio hoc cōuiuum gratia. Quapropter eucha-  
ny. lib. de ec tista. Hie ristiē nomē illi inditum est, quod interpre-  
tar.ca.6.&  
7.&8.&Di genus, huius conuiuij gratia numerū ha-  
borum.4.c.54. Nascens em de virginē Deus  
Quid sibive homini sociū se exhibuit, vt & moriēs hu-  
lit hoc no men eucha manæ redēptionis se pretiū præsttit: & in  
rista. hoc conuiuio se in cibum & potū benig-  
niſſime confert. Num gratiā hāc minimē  
faciēdā duces, quod vniuersorū conditor  
corpore suo, & sanguine suo, te homūcio  
nē, & pascat, & potet? num amoris vehe-  
mētiā, & feruorē, & dulcedinē tātā vñquā  
legisti, aut audiūsti, vt is, qui amat se in ci-  
bum vertat amati, quo amatus ipse, & ala-  
tur, & vegetetur? Neq; sat fuit Christos an-  
guinē fundere pro hominibus, sed adie-  
cit sui amoris ardētissimi inflāmatissimū  
& perpetuū indiciū: semetipsum in alimo-  
niā fidelibus præstans: ne fortassis (quæ est  
humana negligētia & diuinarū rerū obli-  
uio) si non quotidie conuiuio hoc cœlesti  
crucis & mortis suæ memoriā refricasset,  
redēptionis humānæ pretiū aboleretur.  
Idcirco se præsentē sub speciebus sacramē-  
talibus ecclesiæ suæ semper exhibit, vt  
mortis suæ viuificæ memoria nullatenus

frigescat, aut oblitteretur à fidelibus cordi-  
bus. Proptereaq; & hoc cōuiuiū instituēs  
Hoc facite (inquit) in meā cōmemoratio-  
nē. Quippe conuiuiū hoc dūtaxat viuacis  
simū, & expressissimū mortis Christi mo-  
numētum est. Vnde in cæterorū sacramē-  
torū institutionibus nusquām legimusver  
bū hoc Christum adieſſe. Hoc facite in  
meā commemorationē, vt de baptismo  
aduertere poteris &c. Vt vel hinc iam di-  
ſcas quāta sit huius conuiuij virtus, atque  
maiestas, quæ potēs est homūculos miſe-  
ros Deo copulare, atq; vnire. Quæ vno  
quanta sit ille solū nouit, qui illā intimē o-  
peratur in nobis. Quāquām mihi (idquod  
quibusdā placuit) persuasum nō est, corp⁹  
& sanguinē Dñi naturalē vñionē cū fide-  
libus edentibus & potātibus habere. Por-  
rò vñionē, atq; vnitatē ego fateor, quam  
veritatis magister docuit Ioan.6. Qui mā  
ducat meā carnē, & babit meū sanguinem  
in me manet: & ego in illo. Quod Paulus.  
1.ad Corin. 10. Exponēs, inquit, Quoniā  
vñus panis, & vnum corpus multi sumus,  
omnes qui (aut vt litera correctior habet)  
Nā omnes de vno calice, & de vno pane  
participamus. Et ante hæc verba alia præ-  
miserat, Calix benedictionis, cui benedici-  
mus, non ne cōmunicatio sanguinis Chri-  
sti est? & panis quē frangimus nonne parti-  
cipatio corporis Domini est? Quæ verba  
vnitatē fideliū cum Christo calicē Domi-  
ni bibentium, & panem Dñi comedētiū,  
planè demōstrant. Itēq; & fideles hoc par-  
ticipantes cōuiuiū habere vnitatē mutuā,  
ex eiusdē participatione conuiuij perspi-  
cuē dōcent. Vnde duo munera eiusdem  
præclarissima tradūtur, & fideles sociare  
Christo, eosdemq; nexus diuinæ charita-  
tis sociari inuicē atq; copulari. Hęc autem Corpus Do-  
mini ex gra-  
tia iungitur  
cum cōmu-  
nicantibus  
non ex natu-  
ra.

# Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 25

**Math. 24.** pe in hoc cœlesti conuiuio præsidia sunt fidelium tutissima. Nam ipse dixit, qui cō uiuum est hoc, ego vobiscum sum usque ad consummationē seculi. In hoc conuiuio arma sunt fidelissima, atq; lucidissima quibus tenebrarum principes depellere & exterrere possimus. In hoc viaticū est nostræ peregrinationis, cōmeatusq; cœ- & cōmeatus lestis. In hoc si pectora christiana frigent, ignis adest, quo incendantur, & inflammat. Diuinitas enim, quæ hic per hypostati cam cum Christo vniōnem adest, specia- liori quodam modo, quam in ceteris crea turis, ignis ardentissimus est, qui algentia amantium pectora ardentissima reddit, ut in Deut. c. 4. te Moses docet. Deus tuus ait, ignis consumēs est. In hoc si duriuscula in fratrum leuandas miserias gestas vi scera, oleum habes, quo mollescant & bla diora efficiantur. Est enim præsentissimus Christus, qui vñctus est oleo lætitiae: præ participibus suis. Vnde & nomen traxit. Christus enim Græcè & Messias Hebraicè, est vñctus latinè, Rursum in hoc conuiuio si aridum geris animum, & deuotionis diuinæ asymbolum, butyrum habes, quo Typus ex li impingueris. Ut enim olim Abrahā Ge bro Gene. 18. angelicos habens conuiuas vitulū tenerrimum & optimum, lac & butyrum, reficiendis cōuiuis porrexit: & Dominus quoq; fidelibus suis semetipsum exhibet,

qui vitulus est ille saginatus, tenerimus, & optimus. Saginatus quidem, quia de ple nitudine eius omnes accepimus (est enim plenus gratiæ, & veritatis) tenerimus ve ro, quia ipse dixit, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Postremo optimus est, quia Deus verus, & homo est. At verò vitulus hic butyrum cœleste habet, & lac (quæ paruolorum sunt alimenta) quoniam paruulos idest pœnitentes à suo cœlesti non arcet conuiuio, sed lachrymantem, & Pœnitentes eucharistia saginat sua errata deflentes hoc conuiuio pascit, & corroborat. Modo lac veteris vitæ pœnitendo euomuerint. Ablactatos enim ab hoc lacte conuiuas amat Christus. Ut em quondam Abraham in die ablactationis primogeniti sui Isaac, grande parauit con uiuum: ita Christus conuiuum hoc pinguium, atq; medullatorū, ablactatis à mū dano lacte parauit, & instituit. Et demum ut ad vmbilicum suum tropologicam de clamationē hanc deducamus, delicias omnes cœlestes in hoc facerrimo conuiuio, habet catholica ecclesia collocatas: orna mētaq; suarū omniū virtutū, & charisma tū omniū suorū incremēta, quousq; ad illud æternū cōuiuiū accedat, vbi reuelata facie, gloriā Dñi clare speculabitur. Quā De° nobis donare dignetur: ut qui nos im præsentia sui cōuiuij participes facit, æter no quoq; cōuiuas esse suos perficiat.

Finis Libri primi.

# DILUCIDATIO NUM ET DECLAMA-

tionum tropologi.in Esaiam  
Prophetam.

L I B D R S E C V N D V S.

## Dilucidatio in Caput vigesimum sextum Esaiæ.

**I**NDIE illa cantabitur.<sup>2)</sup> Caput hoc de cœlestibus illis præmijs, quæ sancti in carne mortali degentes, expectant modo, & fruentur tūc quando plena immortalitate reuestientur intelligendū est.

Idcirco post tractatum iudicij finalis, quod capitibus proximis prophetico stylo vates differ-

uit noster, in hoc. 26. beatitudinem consummatam, quæ post iudicium illud sanctos manet, exponit dicens, In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Et quia canticum illud nouum erit, non quoq; libri huius secūdi initium fecit. Canticum nimirum nouum, quod exules illi Hebræi cantare in terra aliena, Babylonica scilicet nequibant. Etenim tantisperdum in hoc exilio sancti agunt, cantica quidem & Psalmos incordibus & vocibus suis Deo persoluunt, verum immixta gemitibus & lachrymis, quia spiritus est, qui postulat pronobis id est facit nos postulare gemitibus inenarrabilibus. Et exilio huius detrimenta ille gemebundo cantico celebrabat, qui aiebat, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Tunc autem quando absterget Dominus lachrymas

sanctorum suorum, canticum erit nouum non instar turturis, quæ contoralis orbata solatio gemitum cantico miscet suo: sed lætabuntur coram Deo, sicut quilibet tantur in messe: & sicut exultant victores, capta præda. Canetur autem hoc

*Esa. 9.*

canticum Dominus nostræ Siō saluator, ponetur in ea murus & antemurale<sup>b</sup>. Iuda sanctis suis, *Apoca. 53.* sanguine para-

uit suo. Et germanè terra Iuda appellatur: quia est terra laudantium & concinuentium Deo laudes: qui concentus confessio quoque in scripturis dicitur. Quale illud est, Confitemini Domino, quoniam *Psal. 117.* bonus. &c. Beatorum autem hæc erunt otia, istæ feriæ perpetuæ, Deo laudibus otari. Beati (inquit) qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Etrursum, Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. Tunc enim mundanis omnibus sancti absoluti vinculis, expeditas Deo reddent laudes. Quale autem canticum erit accipe, ¶ *Vrbs fortitudinis noſtre ſion, ſaluator ponetur in ea, murus & ante murale.* <sup>b</sup>) Est enim cœlestis illa patria instar fortissimæ vrbis, cui Ioan. in Apoc. illam. capit. 21. contulit. Vtique fortitudinis vrbis, quia stabilis æterno erit, hæc est sanctorum fortitudo. Militibus enim pugnantibus nihil vires

*Psal. 85.*  
*Psal. 151.*

*Tom. 2. D 3 ita*

*Psal. 39.*

*Psal. 136.*

*Eph. 5.*

*Rom. 8.*

*Psal. 119.*

*Esa. 25.*

*Apoca. 7.*

*Cantic. 21.*

ita addit ut coronæ spes. Hæc enim est, quæ laboribus etiam durissimis subeūdis humeros præstat. Et in nauigantibus speratus salutis, & quietis portus, maris pericula consolatur. Ita & cœlestibus militibus, & mundanum hoc mare traijciētibus cœlestis patriæ portus, atque corona solatio sunt, & robori: instar vaccarum illarum, geomendo, recto tamen tramite ar-

duxit captiuitatem, & intrōiuit semel in sancta, æterna redēptione inuenta. Christus ergo est, qui aperuit huius vrbis portas: & claves aperiendi Apostolis & successoribus commisit. Aperite (inquit) portas. Imperatium pro indicatiuo (qui mos propheticus est) idest aperientur portæ sub Christo Domino: & g̃s iusta (quam ipse suo sanguine iustificauit, quæ

propterea euangelicam custodiet veritatem) ingredietur in fortissimam vrbem.

**Vetus error.** b) Etenim in cœlesti patria Psal. 101. Apoca. 13.

sanc̃tis nihil vetustatis vitæ prioris erit.

Quorum iuuentus renouabitur, vt aquila, & mortalis vitæ lapsus, atque errores,

exuentur omnes. Nihil enim coquinatum ciuitatis illius fructur ciuitate.

Lectio Hebræa duo hæc habet, Iezer, Samuch. At qui Iezer cogitationem, & con-

cupiscentiam, figmentum, & cetera significat, à verbo, Lazar. At verò, Samuch, à verbo, Samach, fulcimentum est:

vt sensus sit, Figmento fulto, aut formationi fulta. Et sensus obscurior redditur,

nisi sic interpreteris. Cogitationi fulta & firmata in Domino, seruabit Deus Psal. 8.

pacem: quia prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, & qui

sperant in Domino non confundentur: vt in versu subsequenti docetur. Sperasti

(ait) in Domino in seculis æternis, in Deo forti in perpetuum. Quod verò

geminat pacem, pacem, indicibilem pacem sanctorum significat. Quia pax

multa diligentibus te Domine & non est illis scandalum. Seculorum æternorum

Paulus meminit ad Titum. capitulo primo. Quam promisit (ait) qui non men-

titur Deus, ante tempora æterna, vt legit Augusti duodecimo de ciuitate Dei. ca-

pitulo.

1. Reg. 6.

cam Domini ferant. Sion dictio redundat in Biblijs nostris: quia lectio Hebraica illam non habet, neque Hieronymus legit. Quod verò subdit, Saluator ponetur in ea, vrbis fortitudinem explicat. Etenim muro, & antemurali vrbes cinguntur, quo munitissimæ sint. Quæ ergo habet salvatorem pro muro, & antemurali, ab omni hostili iniuria tutissima erit, iuxta illud Psalmi, Non accedet ad te malum, neque flagellū appinquabit tabernaculo tuo.

Altissimum enim Deus posuit refugium suum. Ille ergo murus est ciuitatis huius, qui cognoscit oues suas, & oues suæ cognoscunt illum, & nemo rapiet eas de manu sua, quia potentissimus est Christiani gregis defensor. Gemoni autem muro ciuitas hæc fortissimo cingitur, vt tutissimā ab omni malo credas. Etenim diuinitas & humanitas Christi murus sunt huius vrbis, & antemurale. Duo hæc fortissima & maxima sunt.

Quia magnus Dominus & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerus. ¶ Aperite. a) Vrbis cœlestis fortitudinem descriperat: nunc verò ciues vrbis, quales sint ostendit. Sunt enim gens iusta: quibus reserandas ciuitatis portas, vt illis ingressus patet dicit. Hæc nanque vrbis seculis multis obdita & clausa seris erat: quo usque ascendens Christus in altum captiuam

Psal. 90.

Ioan. 10.

Psal. 46.

Ephe. 4.  
Hebr. 9.

pitulo. 16. & Hierony. in commenta eiusdem epistolæ, æternitates quasdam credens cum Gregorio Nazianzeno mundi exordia præcessisse idest seculorum longissima quædam spatia: in quibus Angelos conditos do-

ctores isti fuisse existimarūt. De qua re nos in. 2. prologo ad Esaiam tetigimus nonnihil: in quem te remitti mus locum. O-

rigenes vero pœnitendum habuit lapsum. Credidit enim seculis quibusdam æternis animas rationales corpora præcessisse. Quare quæ in Domino spem suam iecerunt, beatitudinem promeruerut, alijs ad corporum ergastula deieictis. Quod Origenis placitū suprà explosimus. Dicamus ergo in scriptura æternum, & si longum significet æuum, non tamen durationem infinitam denotat semper, maximè in veteri instru-

mento. Vel ergo animas Sanctorum seculis sperasse æternis, exponendū est, quia non contemplabantur dum viuerent fluxa hac vita, ad huius vitæ caduca bona, sed ad æterna. Ita, vt, non moram speisē obiectum subindicat, quod æternum est. Nisi maius ad animas sanctorum quas limbus tenebat, verba referre, quæ longissimis æuis inibi tenebantur conclusæ. Quas tanta non fregit temporum mora, sed seculis æternis sperauerunt in Christo Iesu. Qui tandem eduxit eas de lacu in quo non erat aqua, sed tetra profunditas, testante Zacharia, Tu quoque in sanguine testamenti emisisti vinclitos tuos de lacu, in quo non est aqua. Et re vera die illo, quando Christus sua illustravit presentia sanctorum illorum animas, canticum nouum poscebat tanti triumphi dies. Quod verò ait, Sperauerunt in Domino Deo forti, in perpetuum, tribus illis nominibus Domino,

Deo, forti tria correspondēt Hebraica.

Ya. Iehoua, Zur, aut Zor. Quorum pri-  
mum inuisibilem Deum indicat, alte-  
rum ineffabilem, postremum fortē &  
robustum. Quæ tria diuino numinis sunt

singularia. Et

que ad terram, detrahet eam v-  
sque ad pulue-  
rem. Concul-  
cabit eā pes, pes  
pauperis gref-

soli Deo, honor & gloria. Immortalitas enim fortitudinis est, inuisibilitas spi-  
ritualitatis, vt sic dixerim. Quod ve-

lò solus ipse sit honorandus & glorifican-  
dus in secula seculorum, ad eius incom-

prehensibilitatem, & ineffabilitatem per-  
tinet. Etenim diuina bona magis sunt  
honore quam laude prosequenda, au-  
tore Aristotele & recte. Quia tanta est  
diuinorum maiestas, vt quia laudibus  
nostris comprehendī, & pro sua emi-

nenti dignitate explicari non potest,  
restat, vt honoribus illam impensisimè  
reuereamur. ¶ Quia. a) Si de animabus

sanctorum in lacu, in quo non erat a-  
qua detentis (vt diximus) sermo prophe-  
ticus esset intelligendus, non inconci-  
nus superioribus est huius loci sensus.  
Christus enim terræ partes penetrans  
imas, cacodæmones confregit, qui pro-  
pter illorum inanem fastum, & super-  
biā, recte ab Esaia dicuntur habitan-  
tes in excelsō, quos Christus incurua-  
uit pede conculcans Tartara & soluens  
a pœnamiseros, & locum limbi in pul-  
uerem detraxit. Etenim iustorum ani-  
mæ, iam ad eum locum non deducun-  
tur. Quia vrbs cœlestis, quæ clausa erat,  
patentia iā præbet ostia, vt Esaias dixerat:  
Aperite portas, & ingrediatur gens iu-  
sta. Et quod sequitur mirè prioribus con-  
uenit, Conculcauit eam pes, pedes pau-

Tom. 2. D 4 peris,

2. ad Co. 3.

peris, gressus egenorum. Pes nānque, qui fuit Christi pes calcauit infera, qui cum diues esset pro nobis egenus factus est. Gressus autem egenorum, (quippe egeno Christo hæserunt) Sanctorum sunt pedes, qui

egeno Domino triumphante,

egeni serui simul

de Diabolo triū

Egēni san  
cti quia pau  
peris Chri  
bus accedit de  
serui.

phauerunt. Qui

bus accedit de

cœlesti patria

hoc itidem intel

ligendum, quam

Christus Do

minus cœlos pe

netrans calcauit

prius: & sancti

quoque quo-

rū stipatus Chri

stus ascendit ca

terua, simili

ter calcauerunt.

Quippe cœlestis vitæ

sunt in æternum possessores. ¶ Semita.<sup>a</sup>)

Christi semita, qui autor & Magister

iustitiae est, recta est, & indeclinabilis.

Est enim via eius euangelium, quod i

pse prædicauit, & prædicandum in

uniuerso orbe discipulis suis mandauit.

Hæc quoque via, est via recta iustorum

omnium, extra quam qui vagatur to

to errat cœlo, & ab æterna aberrabit

consequenda salute. Et repetitio est ei

iusdem. ¶ Rectus callis iusti ad ambulan

dum.<sup>b</sup>) Porro via recta, est omnium bre

uissima. Quapropter iustorum via bre

uissima est: iniustorum vero via quia o

bliqua est, longissima est. Id quod vel

ipsis testantibus credas. Lassati (inquiunt)

sumus in via iniuritatis, & perditionis,

& ambulauimus vias difficiles: viam au

tem Domini ignorauimus. Sapientia

quinto. Vrbs ergo, quæ sanctorum est

fortitudo, viam habet rectam, non obli

quam. Est autem via hæc diuinæ legis

obseruantia, à qua non est declinandum,

neque ad dextrum, neque ad sinistrum.

¶ Et in semita.<sup>c</sup>) Quæ sit semita iustitiae patuit iam diuinam esse legem: in qua sancti varijs casibus, diuersisque discriminibus acti, fixos tenent pedes, ne ab

illa declinent. I-

deo ait, In semi-

ta iudiciorum

tuorum Domi-

ne sustinuimus

te. ¶ nomen tu-

um & memoria-

le tuum in deside-

rio animæ.<sup>d</sup>) Pro

uerbior. 18. Tur

ris fortissimo no-

men Domini,

ad ipsum currit

iustus, & exal-

tabitur. Et inter

omnia diuina

nomina vnum

est, quod maio-

ri dulcedine, & suauitate iustos afficit: ma

iorique virtute illos vegetat. Et est no-

men hoc Iesus Christus, quod idem est

atque saluator vñctus. Et quia saluator,

& quia vñctus, omnem potentiam, & be-

nignitatem præfert. Hoc ergo est no-

men Dei, atque memoriale, quod iustis,

(quos prisca tulit ætas & noua tenet), fuit

in desiderio animæ id est animarum, Singu-

lare pro plurali. Legimus Macha. libro

primo capitulo. 12. iustos quosdam à ty-

rannis diuexatos, ex diuina lege spe salu-

tis concepta æquo pertulisse labores ani-

mo. Habetes (aiunt) solatio sanctos libros,

qui sunt in manibus nostris. Et in Psalmo

primo iusti officium describitur, In lege

Domini meditabitur die ac nocte. Ne

ergo circumferamur tentationum impulsu

semitæ iudiciorum Domini hærendum

nobis est. ¶ Anima mea desiderauit te no-

ctee.) Nocte sape diximus in scripturis tri-

bulatione, & aduersitatè significare. Qua-

re maximè in nocte queritur Dominus à

peccatoribus: iusti vero in omni tempore

hoc

sus egenorum. Semita<sup>a</sup> iusti re-  
cta est, rectus callis iusti ad am-  
bulandum<sup>b</sup>). Et in semita<sup>c</sup> iu-  
dicatorum tuo-  
rum Domine su-  
stiuimus te: no-  
men tuum,  
& memoriale  
tuum in desi-  
derio animæ

A-  
nimæ mea desi-  
derauit te in no-  
cte<sup>c</sup>: sed & spi-  
ritu meo in præ-  
cordijs meis de-  
mane vigilabo  
ad te: cum fe-  
ceris iudicia tua  
in terra, iustitiæ  
discent habita-  
tores orbis.

hoc habent in votis. Quare adiecit, sed spiritu meo in præcordijs meis, vigila bo ad te, id est, dum spiritus meus hos meos aluerit artus, siue quoad vixer o, te quæram Domine. Mane verò (ait) vi-

Ecclesiast. 39. gilabo: quia iu-

st diluculo cor suum tradet ad vigilandum. Ea nanque, quæ maxime curæ sunt nobis, diluculo somnit transacta quiete, statim sese offerunt: & sèpè quietem interpellant. Ut ergo insinuetur

iustis præcipuam esse diuinorum cu ram, ideo describuntur sub prima luce vigilare Domino. At verò qui somno tentiores sunt in via Dei, cum Dominus fecerit iudicia sua in terra, tunc adiscunt iustitiam, & ad meliorem se transferunt vitam. Facit autem Deus iudicia in terra, quando debita animaduersione in terrenos animaduertit homines. Est autem hoc loco idem discere iustitiam quod à malefactis resipiscere. ¶ *Misereamur impi o.* a) Liber Ecclesiasti. hunc exponit locum: ait etenim, Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vello filij hominum perpetrant mala. Sunt ergo quidam, qui quò magis à Deo beneficijs prosequuntur, eò vehementius, impudentius peccant, diuinam spernentes longanimitatem, & patientiam, thesaurizantes fibi iram in diem reue-

Ad Rom. 2. lationis iusti iudicij Dei. Hoc est quod ait, *Misereamur impi*, & non disceti iustitiam. Hoc impegit crimè Iudeis Christus.

Ioan. 10. Multa bona ostendi vobis ( inquit propter quod horum me lapidatis? In plurali vero effert, *Misereamur*: quia Deus unus cum sit trinitatem personarum tenet. ¶ *In terra Sanctorum.* b) Loci circumstantia peccatum auget, ut qui in

Triadis my sterium.

Deus unus cum sit trinitatem personarum tenet. ¶ *In terra Sanctorum.* b) Loci circumstantia peccatum auget, ut qui in

Ecclesia Dei furtum admittit sacrilegus est. Propterea, vt impij scelus exagge ret Esaias, In terra Sanctorum, ait, ini quia gesit. Vocat autem terram sanctorum Iudæam, quæ suo tempore vnæ erat cultibus diuinis mancipata. Di-

uus Bernardus ad clericos tor fit locum hunc. Timeant ( inquit) clerici qui in terris sanctorum, quas pos sident, tam ini quia gerunt, vt stipendijs qui bus contenti es

se debuerant, superflua tamen ( quibus egeni sustentandi forent) impiè sacrilegique fibi retineant, sermone vigesimo tertio, ad Cantica canticorum. Translatio alia habet, Miserabilis impius, & non discet iustitiam: sed nostra est germanior. Hebrei per interrogationē legunt in hanc modum, Consequetur ne impius miserabilis, qui iustitiam discere conténit?

*Quid tamen discendum sit, primū Esaiæ ca. te docuit, Discite bene facere: quare iudicium: subuenite oppreso: iudicate puerillo: defendite viduam.* Denique impius non videbit gloriam Dei, quæ mundicoribus duntaxat præmium est. Nam beati Matth. 5.

mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. ¶ *Domine exaltetur manus tua.* c) Vt,

in hoc versiculo redundat. Cuius tamen loci hic sensus est, Diuina opera, ( quæ hinc per manum intelligenda sunt) à Chri sto prodierunt: magnificissimaque

videntes Iudei oculis carnalibus, men talibus non viderunt, quia cæcitate cor

dis fuerunt obducti Esaiæ 6. Quoru cæci tas ex inuidia profecta fuit, vt Matthæus

ait. Sciebat enim quia per inuidiam tradi diffent eum. Quorum inuidiam confun

dendam demonstrans ait, Confundantur pro consundetur zelantes, id est, inuidétes

Matth. 27.  
Mar. 15.

Tom. 2. D 5 populi.

populi. In die nanque nouissimo confundentur de sua perfidia : & ignis de illis, vt de hostibus Christi sumet poenas. ¶ *Domine dabis pacem.*<sup>a)</sup> Nomine iustorum pacem precatur Esaias, pacem inquam Islam, quæ Christus est, qui fecit vtraque unum, qua sancti frumentur perpetuo . Est enim præmium sanctorum , cuius hic mentio fit. Vnde, ait, psalm⁹, Qui posuit fines tuos pacem , & adipe frumenti satiat te. Etenim Ecclesia militans hos habet fines. Pace , scilicet,

in cœlo triumphare : & visione diuina gaudere. Sanctorum verò omnia opera operatur Dominus : non excludens liberi arbitrij cooperationem. Et quamquam Deus , tanquam causa generalis & prima, vniuersa operetur opera, præser-tim tamen iustorum opera ( quibus vita promeretur æterna ) Deo tribuuntur, & accepta referuntur. Quibus præstan-dis nostri libertas arbitrij impares habet vires. Peccata verò quantum ad substantiam operis etiam sunt Dei opera. Cæterum quia non penduntur secundum substantiam suam , sed secundum iniquitatem suam : propterea illorum non est habenda ratio , vt inter diuina recenseantur opera. Deo nanque & impius, & impie-tas odio sunt. De qua re lege dilucidationem & tropologicā declamationem capi-tul. 6. ¶ *Domine.*<sup>b)</sup> Patet locus hic. Iudæi enim idolis seruierunt, & tyrannidi AEgyptiorum, atque Chaldæorum subacti fuerunt. Ideoque illorum nomine Esaias ait, Possederunt nos Domine absque te:

& mox precatur, Tantum in te, id est, propter te recordemur nominis tui. ¶ *Morientes.*<sup>c)</sup> Imprecatur iniustis , & superbis, extrema supplicia. Morientes ( inquit) non viuant , pro non viuent , gigantes non resurgent , pro non resurgent , ad gloriam subaudi, immortalitatis. Resurgēt enim omnes, sed alij resurgent, vt iudicentur, & dā-nentur, alij verò resurrectio-ne vitæ æternæ. Lege decl. de iudicio finali ad capitulo. vigesimū-quartū. Per gi-gantes vero violento-s , & tru-

ces significat homines. Loco gigantum Hebræa vox est, repaim, quam transtulerunt, Septuaginta in medicos. Etenim est vox ambigua. Nam verbum, rapa, vnde deriuatur, significat curare aut mediari. Inde in singulari, rope, medicus est. Vnde Septuaginta transtulerunt, Medi-ci non fuscitabunt. Item quoque & robustos & fortes homines , quales fuerunt gigantes significat , vt & mortuos: quibus iam nulla cura adhiberi potest. Quos Hebræi , metim , vocant. Quibus duabus vocibus hic Esaias vsus est: quæ sequuntur patent. Diei nanque nouissimo congruunt. ¶ *Indulisti.*<sup>d)</sup> Alia translatio clarius est , quæ habet , Addidi-sti genti, ò Domine, addidisti genti. Nam Hebraicum verbum, Iasapta, quod no-ster translator vertit indulisti , à verbo Hebræo, Iasat , deriuatur : quod tamen est addidit , auxit. Et sensus planus est, Deum multis beneficijs cumulasse gen-tem iustum. Est enim gens hæc , de qua primo dixerat , Ingrediatur gens iusta.

iusta. Et quod (inquit) nunquid glorificatus es? sine interrogatiōe intelligēdū est. Imo afferit Deum esse glorificatum, prorogasseque omnes terminos terrae. Etenim Ecclesia Dei multis est aucta paulatim incremen-

tis: & Ecclesia, quæ maiori ex parte ex gentibus coadunatur, populo Hebraico addita est, & sicut olea ster amarus oliuæ pingui inser ta est. Ad Romanos. 9. Nostra vero translatio non obscuram habet intelligentiam. Indulsit nanque Dominus gentibus remittens & culpam, & culpæ pœnam: in sacro baptismatis fonte donans delicta omnia. Ideo que ait repetito sermone, indulisti Domine, indulisti, ut cumulatissimam baptismi gratiam insinuaret. Et quia hoc maximè in diuinam cedit gloriam, propterea adiecit, Nunquid glorificatus es? quasi dixisset, Plurimum glorificatus es. Elongati autem sunt termini terræ, quia fides Iesu Christi longè lateque propagata est.

*¶ Domine in angustia.<sup>a)</sup>* Locus hic idem est cum priori, quem dixerat. Cum feceris iudicia tua in terra: iustitiam discent habitatores orbis. Idcirco eodem quoque potitur sensu: & eleganti similitudine mulieris ferentis uterum, seu parturientis, quid velit explicat. Illa enim partus hora instanti doloribus pressa clamat, auxilia poscens: ita & homines malorum diuexati miserijs, auxilia diuina sibi quærere compelluntur.

*¶ Concepimus.<sup>b)</sup>* Tria distinguit ordine seruato naturæ. Prima nanque est prolis conceptio, quam sequitur parturitio, postremus partus est: qui prolem in lucem edit. Et sancti quoque primum salutis æternæ spiritum siue

vehemens desiderium concipiunt, dein quasi parturiunt bonis operibus spiritum conceptum demonstrantes. Tan-

Locus ex li-  
audi. 7.c. ex  
plicat Esaiā

dem cum ad æternas deuehuntur sedes partus maturescit, & uterum patet, ut fractis cantha-

clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua dñe. Cöcepimus, & quasi partiuimus, & perimus spiritū salutis iustitiā nō fecimus in terra,

*¶ Peperimus spiritum.<sup>c)</sup>* Hic

fige punctuationem, & sequitur.

*¶ Salutes non fecimus in terra.<sup>d)</sup>* At iustitiam

id quod habet nostra lectio, redundat. Atqui ut priori connectatur ad literam hic sensus est habendus. Sumus, scilicet quando premimur malis instar mulieris parturentis, quæ postquam pepererit, & enixa est prolem, à doloribus libera est. Nos tamen postquam semel à doloribus seu malorum pressura libera mur, alia, atque alia, instant & in foribus sunt nobis timenda mala. Ut, *Peperimus spiritum*, perinde sit atque ventum parere. Spiritus autem in scripturis nonnumquam ventum significat. Et visitato loquendi modo, quando post multos hau stos labores reportatur lucri nihil, vulgo dicimus labores nostros ventum perisse. Quoniam ergo Iudæi multis, varijsque diuexati calamitatibus & laboribus Deum quæsuerunt, & clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de tribulationibus eorum exaudiuit eos: ceterum quia tandem obcæcata mente, Christum respuerunt, quem ut recipi ent, omnia priora patrum flagella ten debant, quæ ante venientem Dominum perpessi sunt, & adhuc eo iam præsente patiuntur, propterea, quia la

Quid spiri-  
tus in scri-  
pturis lege  
declamatio  
nē nostram  
de die sctō  
Pētecostes.

bor totus inanis redditus est, quia peiores sunt Iudæi modo, quam patres eorum, ideo Esaias personam eorum agens, inquit, Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum. Et quod proverbio latiano celebratur,

Iudæi post Christi adventum peiores sunt quam priores.

Parturiunt mōtes & nascetur ridiculus mus, huic sermoni Esiae non est, ab simile. Salutis iustitiam non fecimus in terra.

Salutem facere

est operari cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam. Ioann. 6. Et Paul. Operantes, ait, cum metu & tre more salutem vestram ad Philippenses. 2. à quo opere vacantes Iudæi, qui Christo non credunt rete sub nomine eorum dicunt. Salutis iustitiam non fecimus. &c., & subdit.

**P** Ideo non ceciderunt habitatores terræ.<sup>a)</sup> Id est propterea Iudæi sub omnipotenti manu Dei non humiliantur, & Deo non cedunt, quia opus Dei (quod diximus) non operantur. Vnde Paulus Apostolus fidem Domini recepturus voce ex territus cœlesti, ab equo cecidit: Iudæi vero superbi, & infideles, à sua infidelitate non cadunt. Et vere habitatores terræ appellantur, quippe cœlestem Messiam negligunt, & terrenum hucusque expectat:

Apostro-  
phe in scri-  
ptura.

qui terrenis opibus (vt ipsi putant) illos donet. **V** iuent.<sup>b)</sup> Apostrophat Esaias ad Deum convertens sermonem suum, & de resurrectione generali verba sumenda sunt: quando excitabuntur corpora sanctorum ad gloriam consummatam, animarum & corporum frumentum, propterea quae illos ad laudes prouocat. **L**audate (inquit) qui habitatis in puluere: quia ros lucis, ros tuus.<sup>c)</sup>

Resurre-  
ctionis mor-  
tuorum in  
Esaiæ testi-  
monium.

Ros enim lucis est ros matutinus, cuius virtute pullulant herbae: sic quoque diuina virtute corpora sanctorum, repullulat. **E**t terram gigatum.<sup>d)</sup> Id est violentos & iniquos homines, æternæ da-

bit ruinę. Alia translatio pro imperfecti mei (habet) cū corpore meo vivent, id est mortui tui, & cum corpore meo resurgent. Ut sit sensus Esaiam suam prædictissime mortem violentam, quam passus est à Manasse: si

multq; & suam resurrectionem cum Sanctis & martyribz alijs. Verum translatio nostra germanior est. Meminit autem non abre mortuorum, & imperfectorum.

Sanctorum enim quidam naturali morte in pace quiescunt, alij vero violenta. Quod verò ait, Mortui tui, & imperfecti mei, dubitationē mouet, cur ita distinxerit Esaias? Et quorūdā placitū est, verba hēc in persona Christi ab Esaiā p̄ferri, cū patre colloquētis, in hēc verba, Viuent mortui tui: & imperfecti mei, id est q̄ meonomine, & in testimoniū legis meæ, trucidati sunt: & qui tuū sine gladio confitentes nomē mortui sunt, hoc sit illis solatio, quod in die nouissimo reuiuscet, & resumptis integrè corporibus suis, immarcescibili gaudebunt vita. Sunt etiā qui sic legant. Mortui tui viuent: quemadmodum corpus meum resurgent. Ut sint verba Christi, qui patrē alloquitur in hēc verba, Quemadmodum corpus meū de sepulchro resurget: ita & mortui tui. Vi delicet qui in fide & charitate tua, æterne pater obierunt resurgēt. Appositè satis resurrectionis generalis immiscuit sermonē. Nā angustiarū & afflictionū meminerat. Dixerat em̄, Dñe in angustia requisierūt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Idcirco resurrectionis memoriam facit. Quæ ad patiētiā laborū cōmonefacit. Vocat autē tribulationē murmuris, id est murmurantem: quia tribulationibus homines concussi murmurant, grauesque demittunt querelas: sub quibus tamen querelis doctrina Domini illis lucet, vt beatissimum Iob tibi inter alia exemplum sumito.

**V**ade

Resurre  
ctionis sp̄  
in tribula  
tionibus de  
nat Deus.

**Vade populus meus.** a) Per prosopopœia locus est habendus. Hic est enim sermo Dei cum mortuis, quibus imperat ut in se pulchris, quibus conditi sunt, requiescant, tantisperdum pertranseat indignatio. Est

**Prosopopœia inscripta** aūt indignatio Domini, quod innumerabiles peccatores impunè facinoribus incubere dimittit: quo usq; accedit dies ille, qñ illorū vindicta patebit. Totum autē tēpus inter medium, quod ad diem vñq; iudicij labitur interim, modicum, & momētum, scitē admodum Esaias vocat scripturæ morē seruās.

Taco.4.  
1. Ioann.2.  
Psal.39.

Quia vniuersa mundana vapor sunt, ad modicum parens. Et Ioan. totum illud no-

uissimam horam vocat. Quoniam mille anni in conspectu Domini tanquam dies una sunt. Alijs aliter placet dilucidare: at secundum antecedentia, hic legitimus cōsequitur sensus, quem expressimus. ¶ Ec-

ce enim Dominus. b) De cœlestibus enim sedibus, egredietur Christus die postremo: ut sumat poenas de iniquitatib; hominū. Et reuelabit terra sanguinē suum, & non operiet ultra imperfectos suos.

& sanguis sanctorū innoxius, qui vindictā aduersus tyrānos, q; illū fuderūt exigit, tūc absolutā vindictā cōsequetur. Lege declamationem nostrā suprà de iudicio finali.

## D E S E N S I B V S T R O.

### pologicis ad Caput. 26. Appendix.

**T R O P O L O G I C A** declamatio prima. De Domini sacerrima circuncisione, & angustissimo nomine Iesu, cuius prothema est. Nomen tuum, & memoria te tuum in desiderio animæ. Esaiæ. 26..



Circuncisio  
& nomē Ie-  
sus germana-

Ropologicā hanc declamationē in duas diducere partes institui: quarū prior beatissimi nominis, quod est Iesus Christus, panegyrica erit: posterior vero venerabile circūcisio nis dominicæ mysterium enarrabit. Hæc enim duo germanissima sibi inuicē sunt, proinde vñ sibi tractatum exigunt. Unde Lucas. c. 2. Postquam cōsummatis sunt (ait) dies octo ut circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Cæterum ag gredienti mihi nominis huius maiestatē, vires dulcedinemq; differere, horret ani-

mus, hæret lingua, labia tremendo balbutiunt, quando tanti nominis resonare laudes gestio. Hoc enim nomen, cœli reuerentur, & terra veneratur, & infernal loca contremiscunt, vt ille, qui huius nominis & amantissimus, & obseruantissimus fuit. Paul. docuit. Ut in nomine (inquit) Iesu Ad Phil. 2, omne genu flectatur, cœlestiū, terrestriū, & infernorum. Porro eiusdem nominis suauitate admoniti, & umbra protecti si non pro beatissimis huius nominis meritis, certe pro nostri pési exilitate cum pro themate proferamus. Nomen Iesu Christi quod est memoriale diuinum, desiderio esse

Nomē Iesu  
tremendum.

# Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 26

rio esse summoq; affectui animabus sanctorū, & peccatorū. Illorū enim robur in via Dei amāda atq; terēda ab hoc paratur nomine. Horū verò ab eodē suauissimo nominepeccatorū speratur remissio: si qui dē in nomine hoc dæmonia ejiciuntur, serpētes tollūtur, mortiferaq; cibita pocula nocēt nihil.

Nomen Iesu. Nō amandū. Ut ipse iāiam scāsurus ad dexterū miraculo patris tribunal Marci. 18. admonuit dīcēs, Signa autē eos, qui crediderint, hæc se quētūr in nomine meo dæmonia ejicient, & cætera quæ sequūtur. Quæ nō solū de corporali dæmonum ab energumenis expulsione, & morborum corporaliū sanitati intelligenda veniunt, quin etiam de spiritualium sanitatem morborum. Quæ omnia in nomine Iesu Christi habent præsentaneum antidotum.

Ezra. 62. Hoc est illud nomen, quod Esaias præsenserat noster, sic enim commemoratur ab eodem. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini no-

Nomen Iesu. Nō minuit. Nomen sanè nouum & omni antiquitate antiquius. Noua porro nouis quoque nominibus gaudent, vt & antiqua antiquis. Fecit autem Deus nouum super terram. Mulier enim vna circundedit virum vnum. Hic vir vnuis circundatus à muliere vna, nouum quoddam fuit super terram. Est enim vir iste vnuis, verbum caro factum. Quod solum nouum

Micah. 31. fuit super terram. Nanque eti concionator ille Hebræus sapientissimus, nihil afferuit sub sole nouum esse, vera quidem asseruit, verum quod nouum verso modo,

Ecclesiasticus. 1. tametsi in terris visum est, & cum hominibus consuetudinem gessit: cœlorum tamen administrabat molem; & in terris agens, cœlorum tenebat vertices, & qui sole tegebatur, cōditor solis erat. Hoc ergo erat nouum sub sole, & supra solem, verbum caro factum. Hæc ergo stupenda nouitas, nouitatem quoq; nominis itidem stupendam poscebat. Ideoque verbo incarnato nomen hoc Iesu inditum est, quodquidē & stupendum, & amabilissimum est: imo quod supra omnem stuporem, & amore fertur. Quālibet enim obseruetur, & re-

ueretur ab Angelis, atq; hominibus, obseruantia maiori amoreque feruentiore dignum est. Et quilibet dæmones hoc expauescant nomen, maiorem sibi petit timorem: quippe quod infinitę potestatis est. Noua igitur res nouo quoque nomine donata est. Atqui tanta est rei huius noua res nouo eger nomine. uitas, atque magnitudo quod verbum caro fieret, vt illi nominandæ neq; ardenter Seraphim, neq; sapientissimi Cherubim, aut cætera cœlestium spirituū agmina paria sunt. Sed os Domini est, quod non minuit, nomen hoc: quod vocatum est ab Angelo, priusquam Deus secūdum carnem in utero virginēo conciperetur. At Luce. 1. Matth. 1. verò quam aptum sit incarnato verbo nomen Iesu, si idem interpreteris nomen, videbis perspicue. Iesu enim interpretatur saluator. Iasah enim & Iesah, salus & salutare Hebræis sonat, vt Iesuha. Verus autē Iesah saluator Deus est, homo factus. At vero Iosue Hebraici populi dux, Mosiique successor dignissimus, hoc illustratus fuit nomine. Appellatur nanque Iesu filius Naue, & alij demum hac insigni sunt ornati nomenclatione. Ut Iesu filius Sirach, & Iesu filius Iosedec: qui omnes Iehosuā seu Iesu appellati sunt. Quorum primus, qui Hebraicum in terram promis fionis introduxit populū, typum veri saluatoris Christi gessit. Qui ascendens in altum captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Alter vero, qui librum Paneretos. 1. Ecclesiasticū cōpilauit sapientia sua, Iesum verū, qui vera est patris cœlestis sapientia refert. Postremus denique cuius Zacharias meminit capitul. 3. Qui cum Zorobabel filio Salathiel templum collapsum Domini erigere coepit. Dupliciue proinde nomine Iesum nostrum adumbrat. Et quia templi diruti restaurauit ruinas, & quia sacerdotij magni honore fulsit. Nāq; Dñs Iesu, nostras impeluit ruinas, & verus pōtifex est, qui per proprium sanguinē introiuit semel in sētā. At Ad Heb. 9. vero horū nullus, etiā si nomē, Iehosua adepti sunt, nō iusto, tñ & sibi congruo prædicti

diti sunt nomine. Nāq; nominis huius maiestas, illorū personas facile superabat. Si quidē nomē hoc Iesuha aut Iehosua, saluatorē denotat. Nulla tñ vera salus nisi in verō Iesu Ch̄o. Nec em̄ aliud nomē est sub cœlo datū hominib⁹, in quo oporteat nos saluos fieri Acto. 4. excepto hoc augustissimo nomine, in quo nomine salutē sibi va tes ille hymnidicus poscebat. Deus (ait) in nomine tuo saluū me fac. Et cōcinnā satis petitio, hēc in salutari nomine salutem nobis postulare. In hoc nomine quoque ex Christi præcepto patrē petere cœlestē iubemur. Quidquid (inquit) petieritis patrē in nomine meo, ipse dabit vobis. Sed quid est, quod ait, Quicquid petieritis? Vt ergo Iacobus ait, Petitis &nō accipitis, eo quod malē petatis? Iaco. 4. Nēpe quia malē petimus: nā nō in nomine Iesu petimus. Iesus enim saluator est, & interpretatur. Qui ergo petūt nō salutaria, immo noxia vt in concupiscētijs insūmāt, nō in nomine Iesu petūt. Sub hēc quoq; obseruare oportet in diuinis musis multā Dei esse, quē legimus nomina. Quē decē Hieron. collegit, vt Sadai, Adonai, El, Eloē, Elion, Sabaoth, Iehoua, Ya, Eser, Eheie, Eloim. Iege Epistol. ad Marcellam. Et in comm. 146. Psal. Quæ omnia diuini numinis nomina, diuinam celitudinē variè exprimunt. Nam El fortitudinē diuinā denotat. Nāq; El fortis interpretatur. Eloē autem, & Eloim Deum significāt. Sabaoth, virtutū Septuaginta interpretatur, aut exercituū, Eliō excelsum, Eser, Eheie, qui est misit me, Adonai Dominū, Ia, Deū: vnde Alleluia, Iehoua ineffabile nomē est, cuius significationē uberioris primus noster sentētiarū liber te docebit. Saddai Deū sibi sufficere, & omnib⁹ exprimit. Demū hēc & alia Dei nomina sufficientiā, dominiū potētiā, celitudinē, præsidentiā, Dei spiritualitatē, essentię veritatis, æternitatē, diuinā deniq; fidelitatē denotat & Græcis vnū est nomen, theos, id est, videns, quia vniuersa videt Deus. Et vniuersa suæ naturæ subtilitate penetrat. Verū hēc antiqua sunt Dei nomina, quæ

ineffabile ei⁹ numē, vt ut possūt exprimūt. At vero os dñi nouum nominavit sibi nomē, qđ est Iesu. Id quod dulcedine sua humana liquaret corda. Etem̄ reliqua, quæ diximus nomina, sancta sanè sunt: at terribilia sunt. Nā sanctū, psalmus docet, & terribile est nomē eius. Magisq; hominū de terrēt infirmitatē, quā affectū humanū de mulceāt. Etem̄ cū infirmitate circundati simus, ad nomē potētissimi horremus: serui cū simus & inutiles, ad dñi nomē expauescim⁹: infimi cū simus ad excelsi nomē incuruamur: mortales cū simus, ad æterni & semper entis nomē deficimus: criminis cū simus, ad nomē cūcta vidētis languescimus, & latibula stolidē cū Adam quærimus. Porrò ad nomē Iesu qđ est saluato-ris nomē hilarescimus toti, & cōsolamur vniuersi, salutis gaudia ex noīe nobis verē pmittētes. At Hebræis synonima sunt nomē Iesu, aut Iesuha, & Mossiha. Quāquā vt hoc obiter dixerim Mossiha de. saluator est per , ain , si scribitur , at per he, Messia est vñctus quod est Iesu cognomē. Vt tā ex nomine, quā ex cognomine, quālibet simus infirmi, serui miserculi, & plurimorū scelerū consciētia teste presi, ad dulcissimū Iesu nomē, & ad suauissimū Christi, quod est vñctus cognomē fidētis simē hilarescam⁹, totisq; mētis exultemus tripudijs. Et per nostras aures hoc transsum nomē, quod est veniæ nomen, salutis nomē, clemētiae & propitiationis nomē, incredibili gaudio afficiuntur: qā hui⁹ presidijs nominis suffulti, à peccati morte ad gratiā Deo vitā, se se transferēdos peccatores sperāt. Hēc scribo vobis filioli (aiebat) Ioānes, vt nō peccetis. Quod si peccauerit aliquis aduocatū habemus apud Deū patrē Iesum christū: qui est propitiatio pro peccatis nostris &c. Nomē hoc igitur nouū, nouas præstat hominibus vires. Lapsi ab illo erigūtur: cæci illuminātur ad fidē: surdi auditū reparāt ad audiēdū Dei verbū: claudi sicut cerui exiliūt, ad diuina opera exequenda. Tota denique hominum beatitudo ab hoc nomine suspensa est.

Porrò

Nomē Iesu  
alia superac  
diuina.

Psal. 110.

Nomina  
Dei terribi  
lia sunt,

Genēsis. 32

Nomē Iesu  
dulcescit in  
ore & incorIehosua, Te  
sua Mossiha  
Messia.

1. Iōan. 23

Nomē Iesu  
lapsis donat  
vires.

## Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 26

Porrò autem, Si cæcis, si surdis, si claudis, & id genus affectis lāguoribus, certa offeretur salus, singulari voluptate haud dubium afficerentur. Quapropter siquidem hominibus, istis quæ diximus, & longè pectoribus vitiatis languoribus, certissima in Iesu nomine salus pollicetur æterna, nonne æquo nomine gaudendum erit, in augustissimi huius nominis festiuitate cele-

**Psalm. 43.** berrima? Nam huius nominis potentia roborati spernemus insurgentes in nobis.

**Repetitio prothema- tis.** Idcirco non abre Esaias in prothematice dixerat, nomen tuum<sup>1</sup>, & memoriale tuum Domine, in desiderio animæ. Etenim &

**Nomēlesus desideratu.** patres illi, iustitiae veteres cultores hoc non men ardenter desiderabant: anxijsq; suspirjs, & perpetuis clamoribus, hoc vñ à Deo efflagitabant, vt orbi saluatorem su-

**Iudi. 3.** scitaret. Recentiores quoque patres postquam Deus misit filium suum saluatorem

**1. Ioan. 4.** mundi, & certa iam fide illum venisse te- nent, maioribus rursum flagrant votis, & ardenteribus stimulatur desiderijs, vt cuius fidem, amorem, & spem conceperūt, faciali eiusdem quoq; præsentia fruantur: videreq; Iesum & volūt, & petūt semper.

**Ioan. 12.** ¶ Prædixerat porrò Esaias superius incarnati verbi nomina quædā. Vocabitur (ait) Emmanuel. Et rursum, Voca nomen eius accelera, spolia, detrahe. Et denique voca bitur admirabilis, consiliarius, Deus, for- tis, pater futuri seculi, princeps pacis. Et apud Zachari. legimus, Ecce vir oriens erit nomen eius. Et capitulo. 3. adducam seruum meum Orientem. Atqui ab Angelo nullum horum nominum, sed nomen Iesu, incarnato verbo inditum est. In hoc nanque Iesu nomine, diuinorum nomi- num virtus tota comprehenditur, atq; ma-

**Tulege di. iestas.** Nam qui Iesum nominat Emmanuel, & decl. nostraras ad hæc Esai. ca pitia. Nomēlesus omnium diuinorū nomī com- prehendit maiestatē. Nuelem, Admirabilem, Consiliarium, for tem, Deum, pacis principem, Orientem, Dei serum, Christum testatur esse. Emmanuel autem, aut Immanuel, nobiscum Deus interpretatur. At quis alias nobiscū Deus, nisi Iesu saluator Christus? verè nobiscum Deus. Est enim Deus: quippe qui

de substantia diuina Deus, & à patre genitus Deo est. At nobiscum Deus est, quia propternos homines, & propter nostram salutem, descendit de cœlis, & operante Spiritu sancto, in virginie in terrena aula homo factus est, & hic Deus homo factus, admirabilis est. Etenim admiratio ex nouitate Christus he rei proficiscitur. At quæ nouitas maior ex cogitari poterit, quād quod Deus sit homo, & homo sit Deus? Et quæ infinito distabat inter uallos, vt creator, & creatura, in tantum sint redacta commercium, tan- taq; vnitate constricta, vt ipsum verbum diuinum, sit caro factum, & is ipse qui persona diuina est, humana quoque persona sit, & qui filius vñigenitus æterni patris est sine matre, sit vñigenitus temporalis ma- tris sine patre. Factus autem est homo, vt hominum esset verax & fidelissimus cōfiliarius. Nam eo venit, vt lux esset orbis. Et quia non solum homo, sed etiam verus Deus est, fortissimus est: qui morte sua mortem destruxit nostram: & vulneribus suis, morbis antidotum efficacissimum parauit nostris. Quæ admiranda est fortitudo, vulneribus, & morte (quæ infirmitatis humanæ sunt indicia) Satanam opprimere, & mortalibus, oppressis à Diabolo subuenire, pacem denique eisdem cum Deo conciliare. Cuius pacificatrix reconciliationis ipse Christus solus autor & princeps est. Et quia Christianum populum suo sanguine acquisiuit, eiusdem populi pater & institutor est. Et quia vincitos eduxit de lacu inferoru Zachariæ. 9. ideo spoliator est Tartarorum. Aspicis ne, vt in nomine Iesu Christi virtus & maiestas diuinorum nominum tota comprehenditur? Nam qui saluator est hominis ab æterna pernicie, in quam peccando se coniecit, Deus est. Cuius solius est, & hominem seruare, & perdere. Sed qui sanguinem vt salutem hanc hominibus compararet fudit, homo est. Quare Iesus, & Dei & hominis nomē est. A Zacharia autem vir oriens nuncupatur? Nam Iesus lux est, quæ ab æterna luce ante secula oritur: & in seculo

mo mirabi- lis.

Christus he minum est cōfiliarius.

Christus he princeps pa- cis & au- tor.

Esaiæ. 9.

in seculo habitatibus in tenebris & in umbra mortis, ipse quoque Iesus tamquam lux noua ortus est. Quamobrem dignissimum est, ut nomen hoc, Iesus, cunctis tedium datur amabile, & in primis venerabile: ut Esaiae verba sèpè iam admonuerunt. Nomen tuum, ait, & memoriale tuum, in desiderio animæ. Quod si in cætera quoq; quæ primo retulimus, diuina nomina discurrendum esset, nomen Iesus illa itidem complecti promptum esset. Sadai enim quod Deum sibi sufficere significat, id quod creaturis omnibus negatur, quæ sibi fatis esse non possunt, Iesu aptissimè congruit: nimirum ut rerum omnium conditoris: ut & Adonai quod dominum significat, Et demum in illa si liber sensim discurre nomina, quæ cum diuinitatis (quæ in Christo est) sunt nomina: Christi quoque sunt nomina. Christus quoque, quod est Iesu cognomen, diuinum nomen est. Est enim idem quod vñctus: at adnotate Ambrosio magnum continet in semetipso Triadis beatissimæ mysterium. Etenim vñctus est à patre Christus, in Spiritu sancto (qui est tanquam lætitia oleum) quo vñctus est dominus præ participibus suis. Quippe de plenitudine eius, quæ est capitum plenitudo, omnes nos (qui membra sumus) accepimus. At vero si querat aliquis, Quid ergo Paulus non, In nomine, ait, Christi, sed in nomine Iesu omne genu flectatur? & ecclesia Dei Pauli verbis edocita, ad Iesu nomen genua flectit: verum ad nomen Christi non itidem? Non quod minore obseruantia colendum sit Christi nomen, quam Iesus nomen: vtrunque enim verbi incarnati nomen est. Porro Iesus nomen, quia salutare nomen est, Iesus enim Salvator est ideo quando illud proferimus, aut prolatum audimus salutis nostræ mysteria planè recolimus. Quantaq; fuerint erga mortales diuinæ pietatis visera, in mentes venit nostras: vt inquam filio proprio non parceret cœlestis pater, sed pro nobis illum neci crudelissimè traduceret. Propterea quæ fideles tanti muneric

memores, non solum animis, quin etiam Cur ad no-  
& corporis gestu sese prouoluentes, & gen- mē Iesu ge-  
nua flectentes, & capita deijcientes, qualē nua flecti-  
qualem gratitudinem possunt huic nomi- mus ad cœre  
ni exhibent. Praeter hæc quoque eodē acc- ra Dei nomi-  
cedat Iesu nomen redemptionis nomen na nō itom.  
esse, at Christi nomē vñctionis nomē est. Est porrò Christi vñctio, vñonis hypo-  
staticæ gratia. At qui si hæc duo pendis, &  
redemptionem salutarē, & vñctionis gra-  
tiam hanc propter illam esse perspicuum  
tibi erit. Eò enim vñctus est Christus, id  
est, verbum caro factum, vt humana pia-  
cula suo detergeret sanguine. Neq; enim Rom. 3.  
caro fieret, nisi maculas nostras deterlu-  
rus proprio cruro fuisset. Neque huma- Obserua ac-  
no generi profuisset admodum ineffabi-  
lis vñctio, nisi redemptio sociata esset  
officio. Quamobrem merito ad Iesu no-  
men, nos demittimus, quod ipsam redem-  
ptionem atque salutem æternam præfere-  
rat. Neque temere sponsa Christi ecclesia  
huius nominis laudes non siluit Canti. 1.  
Oleum, ait, effusum est nomen tuum: ado-  
lescentulæ dilexerunt te. Effundit nanque  
Iesu nomen, diuinæ miserationis & suauitatis, in humana corda oleum. Oleum nāque medicamenti gratia effunditur. Nec non ciborum cōdendorum miscetur edulis, & depellendis venenis propinatur in antidotum. Iesu etiam nomen vitæ nostræ medicamentum est, morum nostrorum condimentum, venenorūq; humanae mentis pharmacum præsentaneum. Quis nanque languet fidelium, quis invia Dei lassitudine diuexatur, quis ad Iesu saltare nomen sese humili conferat corde, vires non reparat suas, & vtiq; virum iam induet, vt iter cœlestē semel arreptum, festinantiū prosequatur. Nullus rursum est qui se ingratos & insipidos dolet coram Deo habere mores, qui si secundum Iesu nomen illos condierit, non reddat Deo illos longe gratissimos, atque sapidissimos. Propterea (ait) pater amat vos, quia vos me amatis. Eliseus in Hiericontinas amaruletas aquas salē iniecit, & mortem & ste 4. Reg. 2. Ioan. 16.

## Dilucida. & decla.in Eſai. Prophetam. 26

tilitatē ab aquis absterrit, quid ergo tu charissime dignum est ut arbitreris si oleum hoc quod est Iesus nomen in acta tua infuderis? Utique; arbitrari licebit, quod omnis mors à te, & omnis sterilitas quam citissimè profligabitur. Et demum venena vniuersa, letiferaque cuncta in nomine hoc dissoluuntur. Si mortiferum (inquit) quid biberint, non eis nocebit. Tunc autem verē hoc nobis infundimus nomen, quando in timore domini salutem nostram, huius nominis ope adiuti, operamur. 2. Cor. 7. Namque qui sedulō & germanē hoc inuocauerit nomen, saluus erit, ad Roman. 10. Sunt enim qui inuocant nomen Iesu, nō sedulō, sed otiosē, non germanē, sed fictē, quibus non erit salutare, sed noxiū nomen. Ut quis salutis hoc nomen profittet, non salutem, sed damnationem ex operibus corruptissibi celeriter parant. Ad hāc mecum obserua si oleum est Iesus nomen, qui ergo saxe gestant pectora, adeò ut peccata peccatis, ut filum filo nestant, utique hoc coelesti oleo non sunt imbuti, neque habent quod in hoc glōrientur nomine. Siquidem salutari huic nomini, cū perditionis filii quale obsecro est cōmerciū? aut quę denique conuentio Christi ad Belial? nulla planē. Adolescentulæ igitur sunt, quę hoc diligunt nomen, ut ad sponsæ verba nostrum referamus sermonem. Isti enim sunt duntaxat, quibus sponsi nomen oleum effusum est. Est autē adolescentia, quę in opere faciundo feruēt, & laboris est patientissima: contra vero senectus, frigida in opere tepet, & laboris est inimica. Qui ergo in operibus diuinorū mandatorum exequendis sollicitudine nō sunt pigri, immo spiritu feruentes, domino sunt seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes. Isti sunt demum verē adolescentulæ, quę sponsi Iesu Christi nō nimis diligunt: quibus verē thematis verba aptantur. Nomen enim domini, & memoria eius, in desiderijs animę habent. Isti sunt illi victores, quos Ioannes in Apocalyp. capitulo. 2. commemorat. Vincen-

ti(ait)dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nō men nouum scriptum: quod nemo scit nisi qui accipit. Quomodo autem nō ē Iesu nouum sit, habitus iam sermo demon strauit. Quantisque refertum sit hoc nō men mysterijs, quantamque stillet Christianis auribus dulcedinem, atque miram suavitatē, ut manna omne illi collatum deficiat, & nullius pretij sit, memini quoq; me supra dixisse. Calcul' porrō in quo nō men hoc scriptum est, fides Iesu Christi est, quę utique calculus iustissimo nomine appellanda venit, est enim humilis & in praetextu abiectionem præferens, instar calculi. At vero magnificus est calculus iste: qui de monte cœlesti descendens, mundanam statuam comminuit: & in puluerem atque fauillam redigit. In hoc calculo nomen Iesu Christi scriptū est: quod nemo scit, nisi qui accipit. Accipit autem qui ex charitate nō ē hoc complectitur nouum: & secundum nominis nouitatem in nouitate quoque vitæ ambulat, ad Roma. 6. ¶ Recto iam gressu, legitimoq; gradu ad tractandam domini circūcisionē accedemus & cuius nos secundo loco denar rationem polliciti sumus, iā differendū restat. Erat autem vetus Dei præceptum, ut omne masculinum ex propagine Adæ descendens circuncideretur, ut historia Genesios capitulo. 17. perspicue commērat. Cuius præcepti metas Christus dominus prætergredi noluit: sed spontaneè huic legi se subiiciens, octauo die à sua nativitate peracto, circuncisus est: & proprio sanguine madere cœpit, qui totum, ut nos expiaret in crucis ligno fusurus erat. Vnde Paulus hanc spontaneam commendā nobis subiectionem scribens Galatis inquit, Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Fuit autem dominus in carne circuncisus, ut circuncideret nos in spiritu. Est autem spiritualis circūcisio, ipsa mentis nostræ iustificatio. Vnde ad Rom. 8. Quod impossibile, ait, erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus fitum

Marci. 18.

2. ad Cor. 7.  
Rom. 10.

Nō ē Iesu  
fīrētate ēst  
inuocandū.

Obſtinati  
nō ſunt im-  
buti nomi-  
ne Iesu.

Adolescentia  
Iz. diligunt  
nō ē Iesu

Rom. 11.

Repetitio  
p̄thematiz.

Nō ē Iesu  
nō ē nouum

Eides Chri-  
ſtus calculus  
est.

Locus Da-  
niel. 1. & 3.  
exponitur,

Rom. 6.

De Circū-  
ſione Domi-  
ni differit

Galat. 4.

Circūcisio  
ēst dñi car-  
ti nostri p̄-  
ritus circū-  
cideretur.

lium suum mittens, in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Infirma ergo cum esset lex illa secundum carnalem sensum, & humana mentem sanctificare non potes, quia illius tota sanctificatio in ceremonijs visibilibus iacebat, ideo misit Deus filium suum Iesum Christum, qui has visibiles ceremonias ad vnguem impleris, de peccato in carne sua damnauit peccatum. Nam ex carnis suae circuncisione spiritus nostri circuncisionem nobis donat. Ipseque similitudinem carnis peccati accepit, quia legis purificationibus, & expiationibus (quae purgā dis peccatoribus instituta erant) voluntarie se subdidit: ut nobis mentis eximias & absolutissimas lustrationes conciliaret. In quibus omnibus obseruandis se gerebat quasi peccator, qui mundi alioqui iustificatio diuina, & sanctitas plena erat. Istud est, quod ait Paulus. In similitudinem carnis peccati. Et verè similitudo erat peccati, cum inquis & peccatoribus deputari, & reorum adigi supplicijs. Iam ergo circumcisionem in corpusculo suo ferens, similitudinem carnis peccati agere incepit Christus. Erat nanque circuncisio ad primitiū culpę abstersionem instituta: idcircoque in virili membro (in quo est propagationis officina) circuncisio agebatur. Et enim primitiua culpa, ex vetusta primi parentis propagine in omnes mortales diffundit: ut in tropologica declamatiōe de conceptione beatæ virginis, ad capitulū. 19. Esaie fusè enarrauimus. Qui ergo in coinquinatus erat imò iniquitatis omnis abstersione, carnis circumcisionis indigens non erat. At verò ad Hebræos. 2. debuit per omnia fratribus similari ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum. Et qui fratribus peccatoribus (qui homines sunt) in culpa similis non potuit esse in ceteris omnibus quo ad licuit simile se præstit. Christi autem circumcisione, legali circumcisioni, extremam manum imposuit. posuit manum Legem enim sic impleuit, ut implendo ab onere eius mortales leuaret. Ideo iam

diu est quod homines exonerati sunt per Christum à legitimis illis obseruantis. & sicut Antheum illum Poetę singunt ab Hercule subleuatum à terra, quem amplexibus comprimens interemit: ita quoq; & Christus Iudaicos illos ritus obseruans, & amplectens, plurimo honore illos in sublimē euexit: cæterum ita erexit ut illis sine imponeret, & illorum loco alia longè utiliora subrogaret. Abstulit enim circumcisionis carnalis vetus onus, illique circumcisionis spiritualis substituit nouum & multo leuius pondus. Hæc namq; est noua circumcisione, quae novo Christiano populo in iungitur. Illa prior obsoleta est, ab illa libenter sunt fideles. Ab hac vero posteriorne Circumcisio se subducere (nisi suo malo) poterit, spiritualis obseruanda qui fidem Iesu Christi profiteretur. Vnde à fidelibus, Paulus suos Colossenses commendans capitulo. 2. Circuncisi estis (ait) circumcisione non manu facta, in expolationem carnis, sed circumcisio Iesu Christi. Et in variacionibus Hieremias. 3. hæc spiritus circumcisione iam in tenebris antiquæ legis vtcunque micabat. Circuncidimini (inquit) in Domino, & auferre preputia cordium vestrorum. Et in Deuteronomio. 3. & Hieremias. 6. huius quoq; circumcisionis mentione fit. Ut iam tūc in confessio esset Iudeis, ritum illum expoliandi à nativa pellicula genitale membrum, hoc est à carnis preputio, non maximi fieri apud Deum, nisi & cordis simul à preputio suo circumcisione accederer. Cæterum circumcisione illa carnis typus est, circumcisionis interioris, quae non manu fit, neq; petrinis cultris sed gladio spiritus. Ut enim illa exteriorem hominem spoliali illa pellicula spoliabat: ita hæc hominem concupiscentijs, & desiderijs suis spoliat: & tāquam superflua hæc omnia praescindit. Quibus prudenter præscissis, homo interior renouatur de die in diem: plura enim sunt, quae resecanda veniunt tanquam superflua à mente nostra. Illud autem superfluum est, quod necessarium non est. Est autem unum necessarium admonente Luca. capit. 7. Et quæ ad hoc Tom. 2. E 2 vnum

Lucæ. 22.

Circumcisio  
in virili mem-  
bro ageba-  
tur.

Cur Chri-  
stus circun-  
ciditur,

Christus cir-  
cuncisio  
extremā im-  
posuit ma-  
num.

*Circumcisio  
spiritualis  
obseruanda*

*Colos. 3.*

*I.ad Cor. 4.*

*1. ad Cor. 4.*

# Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 26

vnum tendunt, illique sunt amica, & familiaria necessaria sunt, que vero ab hoc vno distrahunt, illique sunt inimica, superuaca nea. Est autem hoc vnum diuina charitas,

**Deut. 6.** ad quam exequendam diuina nos cogunt iussa. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Quod ergo hos diuinos in nobis conciliat amores, quod conciliatos conseruat, quod conseruatos auget, quod auctos perficit, quod perfectos coronat, necessarium ducito, reliqua verò superflua crede. Vnde Paulus hæc superflua commemorans inquit, Fornicatio au tem, &c. & scurrilitas, que ad rem non pertinent, neque nominentur in vobis. Nihil autem superfluum est, quod peccatum nō est.

**Ephes. 5.** Quapropter peccata vniuersa præputia sunt metis, quæ circuncidenda sunt gladio spiritus, quod est verbum Dei. Et sicut stomachus varijs, & superfluis faburratus cibis, vomere aut perire cogitur: ita & mens, quæ suos cibos habet inuisibles, si superfluis ingurgitetur, aut pereundum, aut euomendus cibus noxiusest. Amore enim, odium, spes, gaudium, timor, & id genus affectus, mentales sunt cibi: quibus si temperate vescitur vegetatur sanè: contra vero, si inteperate, debilitatur, & pessundatur. Tunc autem temperate vescitur, quæ do ad diuinæ legis libellam vescitur: vt si ea amat, si ea odit, si ea timet, si ea sperat, quæ Deus amanda, odienda, speranda, timenda, aut iubet, aut non vetat: vt amare Deum & fratres, etiam inimicos in diuinis præceptis est. Qui ergo hos odio prosequitur, noxio alitur cibo, & superfluo, qui refecadus est. Qui in Domino sperat, non habet quod refecet: nam sperandum in Domino esse David iussit. Sacrificate (ait) sacrificium iustitiae & sperate in Domino. At sperare in incerto diuiniarum &

**1. Ad Ti. 6.** non in Deo viuo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, Paulus vetat. In bonis ducere dies Job, non boni consultit. Du

**Iob. 21.** cūt (inquit) in bonis dies suos, & in pucto ad inferos descendunt. At in domino gaudere Paulus hortatur fratres dicens, In do

**2. ad Cor. 13.**

mino gaudete semper. Affactus ergo nostros amat quidem Deus sed circuncisos, & ab omni excrescentia refecatos. In Deuteronomio legimus cap. 21. Milites si ad amauerint alienigenam mulierem, quæ captiuam iure belli sibi conducunt, nō prius illam adamatam invxorem esse ducendā, quam capillorum luxurians cæsaries circumcidatur, vnguisq; circuncisis & mutata veste, post menstruumq; paternæ dominus plæctum, quorū absoluto, ita demū in domum dederunt. Id quod typus est & vmbra spiritualis circumcisionis. An nō Christus in hunc veniens orbem ad pugnam venit? Nonne certatus cum Satana & illum deuastatus? Nonne in numero captiuorum animam rationalem inuenit: quam ita adamauit, vt nō alio amoris fuerit vsus symbolo, quæ proprij cruoris effusione? Hanc autem luxuriantem affectibus irrationalibus inuenit, hanc sub captiuitatis vestibus reperit, quæ non nuptiales sunt, sed funestæ vestes. Ceterum hanc ad se vocat, hanc sibi in sponsam & vxorem delegit, verum eò, quo præmisimus obseruato ritu, cæsaries radenda luxurians, vngues circuncidendi, mutandaque vestis. Quæ omnia sociata fletibus, digna est anima nostra, quæ Christi potiatur thalamo. Cæsaries ad affectum refertur. Ut enim pili in capite: ita cogitationes & affectus in mente. Vngues, quæ manū sunt ornamenta, & digitorum firmitas, ad opera qui retulerit, non ineptiet. Vestis autem captiuitatis, quæ alia obsecro funestior & infelicior quæ culpa ipsa, qua tota anima est anima? At verò si affectus in Christo formaueris, si opera ad Christum composueris, si culpam demum diuina abstuleris gratia, si anteactam in vitijs vitam dignis prosequaris lamentis, circumcisione, hac spirituali totū circuncisus euades: Christi quoque circuncisi amplexibus frueris. Aduertendum autem est non idem esse præscindere, & abscondere & circuncidere, neq; idem præcisio, abscessio, & demū circuncisio est. Nam præcisio, partis abscessio, vt

Ad Phil. 3.

& 4.

<sup>1. Reg. 14.</sup> sio, ut de Davide legimus oram regis pre-  
scidisse vestis: abcessio autem non partis est  
imò totius excisio. Id quod Paulus qui-  
busdam, qui fidelium turbabant pacem opta-  
bat. Vtinam, aiebat, abscondantur qui vos  
conturbant. Circuncisio vero est eorum,  
quae sunt circū circa excisio. Sunt ergo qui  
præscindunt cordis affectus: sunt alij, qui  
abscindere studēt, demū alij, qui circunci-  
dere curant. Quorum omnium postremi  
sunt Deo grati. Sunt autem qui quosdam  
præscindunt affectus suos, ceterū cum Sau-

<sup>2. Reg. 15.</sup> le ex hostili substantia, atque Amalechita-  
rum grege, quædam Deo quidem maestant,  
alia vero sibi meti ipsi reseruant. Et si ge-

<sup>Typo ex li.</sup> sti huius obliuio te tenet, primus liber Re-  
<sup>Regum ex-  
plicatur.</sup> gum te docebit. Saul enim diuino admo-  
netur iussu, ut Amalechitas impeteret, &  
citra miseratione nullis parceret, at ille o-  
pimis pepercit gregibus, quos sibi ex vnu-  
fore existimabat, diuinaque iussa tādē pre-  
uaricatus est ut sibi indulgeret. Tales sunt

<sup>Affectus ex</sup> iij, qui affectus suos, ex toto cōponere ne-  
toto sunt ab-  
scindendi.

<sup>Ecclesi. 34.</sup> sciunt: at componendis & frenandis qui-  
busdam se studiosissimos gerunt, & diu-  
norum mandatorum reuerentissimos. At  
vero alios sibi indulgent, aut libidinis, aut  
ambitionis, aut auaritiae affectus, &c. Por-  
rò sapiens ille hos velut indice notans aie-  
bat, unus orans, & unus maledicēs. Cuius

<sup>Math. 25.</sup> oratione exaudiens Deus: siquidem isti ex  
parte una benedictorum opera præstant,  
ex alia vero maledictorum. Nā ex parte

<sup>Iacobi. 2.</sup> quadam exhibent unde laudentur opera,  
ex parte altera unde carpantur, ut hæreas  
alterutru eligere, aut laudare, aut vituperare  
huiusmodi homines. Quib' tādē, dicit  
Ite maledicti in ignem æternū. Neq; illud

<sup>Iona. 15.</sup>

Vos, ait, amici mei estis, si feceritis quæ e-  
go præcipio vobis. Sunt & alij, qui suos ab-  
scindere vanè conantur affectus: nedū cir-  
cūcidere. Tales Stoici illi philosophi, qui  
nullum humanum sapienti permittebant  
affectum. Neq; em timorem, neq; spem,  
neque gaudium, neque tristitia concedūt  
sapientibus: quinimo ab his vacuum pror-  
sus hominē virtutis studiosum esse iube-  
bant. At verò Stoicum hoc commentum  
plusquam fictitium est. Nā radicitus hos  
reuellere affectus, non est humanæ facul-  
tatis opus, nam solum idealis ille sanè ho-  
mo, quem Plato fingebat, ab ipsis vacabat  
prorsus affectibus, ille nanque neq; timet,  
neque sperat, &c. quippe qui figmentum  
est. Quid quod Christus Dominus impē-  
dentem sibi timuit mortem, & ira aliquā-  
do succensus ementes, & vendentes, à té-  
plo expulit: & denique exultasse legimus  
nonnunquam in Spiritu sancto. Deliri er-  
go sunt Stoici, qui hæc ab hominibus pro-  
bis abscondenda duxerunt, quæ in vero ho-  
mine Chro exitisse cōperimus. Et apud  
nostrates fideles plerosq; reperias, q; Sto-  
cam hanc sectantur viam si nō verbo, cer-  
tè opere. Sunt nanq; morosissimi in via dei,  
quæ alioqui plana, & lucida est, ut sapiēdo-  
cuit: ipsi tñ scrupulis suis & ineptijs sentico-  
sam & scrupulosam illam & tenebricosam  
reddunt. Non igitur præscindēdi solū affec-  
tus humani, neq; tamen prorsus sunt ab-  
scindēdi. Abscondere enim Paulo ad Gal. 5. est pr̄s euellere. Vtinam ait abscondā-  
tur qui vos conturbant. Sat erit circūcidis-  
se: aliud est enim præscindere, aliud abscon-  
dere, aliud denique circuncidere. Et pri-  
mū horum nō admodum difficile est quæ  
dam scilicet seruare libidini nostræ, alia di-  
uinæ maestare voluntati. Id quod præscin-  
dere recte dixeris. Alterumvero est nobis  
quoad vixerimus prorsus impossibile, hu-  
manas homines nō sentire affectiones, id  
quod abscondere affectus nuncupauimus,  
ut August. luculento sermone de ciuitate  
lib. 9. c. 4. & 5. differit. At postremū, quod  
est circūcidere affectiones noxias nostras

Stoici pla-  
citum refa-  
ctur.

<sup>Lucas 22.</sup>

<sup>Ioan. 2.</sup>

<sup>Marth. 16.</sup>

<sup>Palm. 68.</sup>

<sup>Lucas 16.</sup>

Via Deipla-

na est, & qui

dam illam

scabrosam

reddunt.

# Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 26

prōptū nō est neq; tñ impossibile est. At quāti negotij hoc sit op̄, q̄ huic spūali cir cūcisiōi incūbūt, ipsi loquunt, ipsi testen̄

Aliud est p̄ scindere no xiā affectio nes , aliud abscindere, aliud circū cidere.

apertè q̄tū hoc illis facessit negotiū, quoti die redūdātiā noxiorū resecare affectū.

Id.n. amare solū, q̄ de' amādū iubet, & de mū id timere, id sperare in illis gaudere, & tristari solūmodo que deus pbat, cetera respuere, non leuiculē mihi crede operæ est imò summi negotij esse puta si sapis. Cir cūcisiō nāq; pputialis pelliculæ, etiāsi dolore afficiebat grauissimo, at illo dolore

Sc̄ne. 34. tribus homo diuexatus diebus tādē dolorē euadebat. At verò spūs nostri animi ve nři circūcisiō, tādiu affligit, q̄ diu vita comes est. Nā cū eōsummatus fuerit homo,

Eccle. 18. vt sapiēs ille admonebat tūc incipiet. Oia nāq; hominū errata si in mediū pducam, vtiq; in circūcisiō cordis sunt, si cogitatiōis sunt: at si verbi, sunt errata incircuncisorū labiorū, & incircuncisarū auriū, vt D. Stephanus Acto. 7. hoc ipsum criminī dat Iudæis dicēs, Vos incircuncisis cordibus, &

Omena pec cata sunt ex spiritu incir cūcisiō. auribus, Spūi sc̄lō restitistis. Contrā vero qđquid meriti est, quidquid sanctimonie, circūcisiōi spūs dādū est. Hęc n. affect' nřos reformat in q̄bus origovit̄ est. Ideo q̄ illis repurgādis maximē excubiē sunt à fidelibus parādē. Rursum nō solū opa mē talis circūcisiō format, imo etiā nřa opera

Proverb. 4. cōponit grataq; deo illa reddit. Cuius rei typū tibi pete ex Exo. c. 4. vbi legis Sephora Mōsi cōiugē tulisse quondā acutissimā petrā, & filiū suum circūcidisse, viroq; suo ob cruentū gestū indignatā fuisse ob eāq; causam Mōsen, spōsum appellasse sanguinū. Qđ gestū secundū literā prēteritū est, at secundū mysticum intellectū quotidie in cordis nostri circūcisione geritur. Nā cordis nostri filij sunt affectus nostri interni, quos ille demū gerit incircuncisos, qui plibito suo Deo incōsulto, & proximis negligetis suā moderatur vitā. At vero obser

Christus nō admittit spōsas in cir cūcisiōs. uandum nobis est Ch̄m sanguinum esse spōsum: nō em Ch̄s amat animas, quarū filij sunt incircuncisi, non has admittit in suas spōsas quoad vsq; affectiones resecet

noxias quibus foedāt. Et prēter hęc Iosue Iosue. 4. filios Israhel deserta colētes loca, priusquā in promissā Patribus terrā introduceret, illos circuncidit: vnde & locus vbi circunci sio illa solēniter gesta est, Galgalæ, nomē, sortitus est. Id q̄ spūalis circūcisiōis iā ad umbrabat vires. Prēsignabat em gestū ty Typus ex lib. Iosue. picū hoc, nullum admittendū ad cœlestē patriā, quā verē pmissionis terra est in circūcisa cordis ppuria gerētē: quā affectio nes animi passiones diximus esse. ¶ Proptereaq; dñs Iesu astauū diē agēs, secundū legis pr̄scriptum circuncidit: vt nos Luce. 11. quoq; mystico quodā alio octauo die circūcideōs fore admoneret. Est porrò mysticus dies primus, p̄tī nři cognitio, atq; sensus. Vnde tota salus hōis p̄det. Morb' nāq; is, q̄ medicū & egrotū latet, medelā fugit. Quare dñs, Propterea (inq̄) captiuus Ezai. 1. ductus est populus meus, q̄a nō habuit sciētiā. Secundus dies pudor est, qui ex librata peccati cōsideratione ortū habet. Cōsiderat rās. n. peccator peccati statū infōelicē es se, pudore suffundit, q̄ illi vltroneē se subiecerit. Quod Paulus cōmemorat in hęc verba, Quē fructū habuistis in ijs in quib' modo erubescitis? Atq; hinc nouus diuini timoris exorit̄ dies. Reuocās. n. homo in memorā peccati exitū nō futurū sine æternō supplicio, timore, atq; tremore con cutiū tot'. Quē timorē sibi infigēdū optabat, aut potius confixū sibi gaudebat, qui, Cōfige timore tuo carnes meas, dicebat, q̄a à iudicijs tuistimui. Et ne timor hic metas legitimā strāgrediat, quartū illi spei iūge diē. Sūt. n. q̄ nimio diuini iudicij terro re p̄territi, multoq; acerbiorē deū sibi fin gentes, q̄ ipse sit, post peccata cōmissa de uenia actū iri putat: q̄bus in quarto die, p̄pinat̄ spei antidotus. Quā miscētes cum timore salutare sibi tēperat medicamentū: quia ita æternas p̄oenas timent, vt animo nō deiiciāt, quominus veniā sibi spōdeāt diuinā. Quintus post hos cōtritiōis resplē det dies: q̄ hominē ab Orco ī cœlestes reuocat auras. Nā hęc sola est, q̄ veniā impe trat. Cetera nāq; q̄ dixim' huic viā sternūt

Peccate-

Peccatoris nanq; lapideum emolliūt cor. Contritio autem vna est, quę lapideum cor aufert, & carneum loco illius subrogat. Quemadmodum Dominus per Ezechielem. c. 11. & 36. contritis pollicetur, Auferam, dicens, cor lapideum de carne eorum: & dabo eis cor carneum, idest. Voluntatem mihi repugnantem per cōtritionem p̄oenitentiae conteram, & dabo voluntatem fidelibus mihi morigeram, atq; cedentem. Verum istis quinque diebus confessionem vocalem tāquam sextum copulabis diem, quę plurimum deum placat, diuinumq; nomen glorificat. Cuius rei clarissimus ille Iudaici populi dux Iosue nos admonuit, qui Acham manifestationē criminis persuasit in hęc verba, Fili mi da gloriam domino Dēo Israel: & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.

Cōfessio vo  
calis ex te-  
stamento v.  
teri.

Quod si confessio illa Acham Deo cedebat in gloriam, quę sacramentum tū non erat, sed iudicialis tantum erat, quid quod confessio nostra, quę sacramentalis dicitur, diuinam gloriam illustret atq; magnificat? Verè enim deo gloriā exhibemus quādo ob illius fidē, peccata nostra etiam occultissima in aures sacerdotis reponimus. Iā septimus, qui est satisfactionis accedit dies, quem Paulus Rom. scribens indicabat dices, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuitis membra vestra seruire immunditiae, & iniquitatē ad iniuriam: ita nūc exhibete membra vestra seruire iustitię in sanctificationem. De quibus omnibus in tropologica declamatione de p̄oenitentiā memini me plura (quātum locus ferebat) vbertim dixisse. At vero horum dierum tropologico trāscurso curriculo, octauus succedit, in quo cordis præputia prorsus circuncidenda sunt. Etenim post culparū considerationem, post diuinos timores, post pudores, post diuinam spem, post cōtritionem, post vocalem confessionē, post integrā satisfactionē, humana mens Deo grata, atque circuncisa, tam à culpis, quam à penis expurgata manebit. Tūc ve-

Cōfessio vo  
calis maxi-  
ma Deum  
glorificat.

Rom. 6.

rē Christi infantuli circuncisi membra erimus aptissima. Alioqui nos incircuncisi corde, vt membra apta erimus circuncisi Christi: imo docente August. turpe membrum est, quod suo non consonat capiti. Et diximus superius, circumcisionem, quā puer Iesu in carne sua pertulit, oportere nos in spiritu nostro ferre. Et sicut puer Iesu circumcisione nomen illud nouū, quod os domini nominavit impositum est: ita quoque & nobis circumcisionis octauo die, & nomē nouum à Deo imponitur, quia per spiritualem circumcisionem noua sumus creatura in Christo. Cui nec circumcisione Gal. 5. carnis iam grata est, neque præputiū plausibile, sed cordis solummodo circumcisione, quę renouatio mentis humanæ est. Imò ut semel dixerim tota Christianę vitę perfectio in circumcisione ista cordis locatur. Quo enim quisque circumcisionis cor gestauerit, eò magis culmen perfectionis Christianæ vitę consequetur: siquidem omnis imperfectio, omnis lapsus in via Dei, siue grauis sit, siue leuis, quid aliud est, quam mentis nostræ incircuncisio quædam? Et omnis imperfectio morum quid aliud est quā quædā superfluitas, quę Christi amore (qui petra acutissima est) refecanda venit? Qui autem spiritualis vitę ardua contendit petere iuga, non quauis petra eger, vt sua desideria prava circuncidat, sed acutissima petra, qua Sephorā olim vsam fuisse memorię proditum est Exod. 4. Nanq; peccata refecare grauiora non tā acutam exigunt petram, idest, non tantas tāq; ar- Circuncisio dentes amoris Christi exigunt flāmas. At necessaria est peccato ille qui quæuis etiam minutissimas leuiculasq; culpas Christi amore circuncidere se dulo studet, id quod sanctorum est, acutissime, & pernicissime est illi in uigilādum, vt hic vitę spiritualis supremus teneatur apex. Stomachus enim quō purior, & sincerior est, eò magis cibis vegetalē opimis, quo vero sordidior, & extraneis exundās humoribus, eò minus alimentorum vitalium copia & succo fruetur. Ita mens eatenus diuinis minus vegetatur amoribus,

Christus cir-  
cuncisus me-  
bra aptat si-  
bi circuncis-

Perfectio vī-  
tae Christia-  
nae in circū-  
cisione men-  
tali reponi-  
tur tota.

quatenus secularibus affectionibus magis luxuriat. Quas qui magis, & acutius circunciderit, ille cœlestis pabuli almonia vberius fruetur. Et vt chirurgi putridas refecat carnesne sanis sua putredine officiat membris, quæ sunt putrida, suo inquinat contagio illa, quæ sana sunt: ita & temporalium superflua affectio rerum, vitalē Dei amore, veluti sordidat, & saepe corruptit, & à nobis propulsat, nisi circumcisione hac spiritus illi subeniatur. Est enim autore Augusti. cupiditas charitatis venenum. Sunt autem quidam, qui exterioris hominiscultum operibus bonis satis ornare nouerunt. Præstāt enim opera egregia, & laudabilia: ceterum illa præstāt ut videātur ab homini exterioris, & bus. Itaq; homo exterior circumcisus est, interior vero incircensis. Nā animo impuro, & corrupto, optimos ostentant mores: qui mos hypocitarum est. Quorum corda verè incircensa sunt. Id quod dñs Matth. 23. nō obscurò expressit sermone.

Væ vobis (ait) Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis qd de foris est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Pharisæe cæce munda prius qd intus est calicis, & paropsidis, ut fiat & id, qd foris est mundum. Rectè ergo diximus hypocitarum esse morē incirciso corde opera præstare circencia. At euangeli

**Primo quæ reda est hominis interiori circumcisio.**

co hoc instruimur documēto, primum es se quærendam animi mundiciam, & puritatem, qd nō semel diximus spiritualē esse circencionē. Alioqui etiam si coram hominib; bonis fulgeamus operibus, coram Deo tñ omnia incircensa, & immunda sunt. Legimus in Geneseos historia Sichë filium Hemor raptæ à se Dñq; filiæ Iacob amore flagrantē, circencionis ritum in carne sua recepisse. Qui iudaicæ ritum genit non diuinæ gratia legis, sed qd puellam

**Gene. 34.**  
**Typ' ex hi  
horia Geoe  
seos.**

deperibat, suscepit: & vt sic dixerim incirciso corde carnem circenciam gerbar. Tales sunt oēs, qui sinistra mēte bonis micant operib;. Aduersum quos extat maledictio apud Hiere. 48. Maledictus qui facit opus dñi fraudulenter. Fraus nanc; est

aliud intimis celare pectoribus, qd externis demonstrare operibus.

**Hæc de circumcisione nostra dixisse sit satis, vnde volenti dicendi plura amplissimus panditur campus.** De circumcisione autem domini, & eius nomine addere nō nulla collibuit: rursumque quanta fuerit amoris Christi abundantia, in recepta propter nos circumcisionis sacramento inculcare nō piget. Empturus siquidem orbē venerat Christus, natus de beatissima Virgine. At solent emptores, antequā pretij summā totam exhibeant, non nihil pretij in signum, & arrham offerre, quæ argumentum emptionis contractæ sunt, ut institutionum lib. 3. de emptione & venditione titul. 24. habetur. Dominus ergo Iesus redempturus veniens, à potestate Satana mundum, pretium secum attulit, quo redemptionem celebraret. Citra pretium enim emptione nulla est. At qui pretiū hoc nō erat aurum, aut argentum, sed sanguis proprius, ut Petrus testatur. Nō corruptibilibus auro, & argento, redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. Circensis autem octauo die, hanc redemptionem summo exoptās desiderio infantilem diuinum, atq; proinde purissimum sanguinem fundere cœpit, quem patri in arrham, & argumentum humanæ redemptionis obtulit, summam demum restantis pretij patibulo crucis affixus, exsoluturus: ubi totum sanguinem fundens humani generis redumptionem consummauit. Quapropter inibi appensus consummatum esse clamat. Nempe quia redemptionem nostram iam absoluerauit, & signum redemptionis quod infantulus exhibuerat ex circumcisione, vir iam adultus, totum effundens sanguinem veracissimè consummauit. Quam obrem circumcisionis dominice festa recolentes humanæ redēptionis initia recolimus, dominicæq; passionis principia celebramas. Quod si infantulus, adhuc & tenerimus Christus tanto

Répetitio dñi circumcisione.

Christi circumcisio si gnū veterab ipso redēptionis.

Matth. 26.

Circencio dñi nostre redēptionis nis fuit initia.

LUCÆ. 1.2.1.  
Baptismus  
sanguineus  
Christi.

tanto humani generis teneat amore, ut recentes natalium suorum dies sanguine suo tangere, quantis putas adultum iam Christum amoris flagrante incendijs? quantis si rogas? immensis dixerim tibi. Imo dicat ipse Christus tibi, Baptismo, ait, habeo baptizari, & quomodo coarctor donec baptizer illo. Baptismus siquidem hic non erat ille, quem fluenta Iordanis dederant, sed baptismus sanguinis erat, cuius feruēti premebatur desiderio, ut redemptionis causa maret opus. Hoc igitur desiderio æstuans suo in circuncisiōe sanguine rubuit: & pri die quam pateretur ad terrā prouolutus, sudore sanguineo suffundit, & flagris cæsus ex venis proprium mittit crux: & tandem in cruce leuatus, quod sanguinis superfuerat, totum à pendente in cruce corpore fluxit. Neque solum hoc noīe præclarissima est huius diei festivitas, quinetiam ex illustris quia amabilissimo Iesus noīe tota illustratur, totaq; ditescit, eodēq; & nos illustrat, & ditat. Est enim dies hec dies illa, quam Zacharias insignis vates, 14. cap. Suo præsenserat vaticinio, & his verbis exposuerat, Et erit Dñs rex super terram: in die illa erit Dñs unus: & erit nomen eius unum. Ante hunc enim diem noīa Dei plura erāt, ut cœpimus iam dicere in ante habitis: quorum quod erat clarissimum IEHOVA tetragramaton, id est, ex quatuor conflatum litteris nomine erat. Id quod summæ observationi Hebræis erat. Quippe cætera noīa, relativa ad creaturas erant: ut, Sadic, quod iustum, significat, aut, Hahum quod misericordem, & clementē, aut, Sor, quod fortē, aut, Adonai, quod Dñm, aut, Agla, quod omnipotentē, aut, Sadai, quod sufficiētissimum. Quæ oīa & cætera alia diuina noīa relationem ad creaturas, ut cernis, præseferunt, aut iudicando, aut creando, aut prouidendo, &c. At nomen IEHOVA, ipsam Dei essentiam sine habitudine ad creaturas exprimit. Proptereaq; ineffabile nomen censetur, non quia proferri nequibat (profertur nanque, & scribitur) sed quia essentiam Dei incomprehēsibilem,

& ineffabilem Hebræis denotabat. Quapropter huius prolatione, ut Hebrai ferunt, noīs sacerdotum erat, quo noīe inuocato super filios Israel, bñdictionem suam affutaram illis Deus pollicetur in lib. Nume. cap. 6. Inuocabunt, ait, nomē meum super filios Israel, & ego bñdicam eis. Tu lege Galatinum de arcanis catholicæ veritatis lib. 2. ca. 10. Quanq; autem noīa hæc, quæ recensuimus & plura alia diuina erant, oīa Omnia Dei illa in unum Iesus nomen conueniunt. Ut noīa in nomine Iesus eō affuntr. Iehosua Iesua.

Dies circu-  
cissons dñi  
ex illustris  
ex sanguine  
Iesu atque  
nomine.

Hebrei dei  
nomen Ie-  
houa sum-  
ma abserua-  
tionis erat.

Iehousa, ens  
Hanum, mi-  
sericors:  
Sor, fortis,  
Adonai, do-  
minus.  
Sadai, suffi-  
cens.

Exodi. 34.

Lucæ. 2.2.

Nomē Iesus  
necessario  
inuocandū.

Quod si titulus Dñicæ crucis præsto esset, q; scriptus est literis Hebrewicis, Græcis, Latinis (testāte Luca) breui cōtrouersia hæc dirimere. Trāsumptū aut̄ tituli dñicæ crucis qđ oīum aspexi Iehosua scriptū habebat. Sed quale quale hoc fuerit, nīa nihil interest: Galatinus in suo senīu abūdet. Iesus nomen, est unū Dei nomine, qđ necessario hoībus inuocandū est, ut æterna potiantur salute. Act. 4. Adhoc nō cetera Dei noīa reducunt. Inuocet Iudeus oībus alijs noībus Deū, si Iesus nomē nō amat, si respuit, si non credit, etiā si nomine illud qđ memoratum est, quatuor literarum, qđ illis erat reuerēdissimum inuocet, nullus est pfectus, nulla salus. Nā qui nomen saluatoris nō implorat, inaniter fit sibi prouenturam salutem. Anteq; ho-

Mar. 18.

Hippallage  
inscriptura.  
Psal. 103.Iesus nomē  
coelestia a.  
perit regna.

minum Deus amaret contuberniū, Iudæi diuina implorantes nomina salutē adipiscerantur, etiam si non absolutā. Gentes autē si sincerè iuxta natuæ legis præscripta vitam componerent, propriaque acta moderarentur, Dei inibant gratiam. Non enim Judaico gentes egebant cultu, & Iudaicarum ceremoniarum fastu. At postq̄ Iesus adeſt, vnum est nomen Dei, una lex, una fides, vnum baptismus: & qui sub hoc nomine Iesus, vitam formare neglēxerit æternæ vitæ extorris erit. Etenim qui non crediderit condēnabitur. Verè ergo canebat psalmographus Psal. 137. Super misericordia tua & veritate tua, qm̄ magnificaſti super omne nomen tuum, eloquiū tuū. Ad Hebraicam nanque veritatem ſic habet, Quid ergo ſuper omne nomen tuum eloquiū tuum? Eſt ſanè hippallage, & mutata verborū ſeries, id est ſuper omne eloquium tuum, eſt nomen tuum. Quale & illud eſt, Super mōtes ſtabunt aquæ, id eſt ſuper ſtabunt montes aquis, aut ſtabunt ſu per aquas. Super omnia ergo Dei verba, ſu per oia eloquia eſt nomen Dei, quod eſt Iesus. Nulla verba ſcripturæ ſanctæ, tantum ab eſt, vt pphanæ, huius nominis celitudinem exprimunt. Si nomē illud Iehoua ſummis ab Hebræis colebatur obſeruātijs, quidquod & hoc nomen Iesus tremebunda obſeruatione & amabilissimo profeſoribus ſequantur fideles cultu? Quod regna cœleſtia a. lorum nobis reſerat, quod Tartareaſ claudit ſedes, quod lapsis veniam pollicetur, quod pœnitentibus gratiam donat, quod

proficientibus eſt præſidio; quod denique perfectoruſ eſt corona, & ſtabilimentum. Hoc nomen beatissimos illos martyres, p uocabat ad palmas: hoc candidissimas virgines ad cælibem corroborabat vitam. Et <sup>Hebræ. 11.</sup> demum hoc nomen viſibilia & inuifibilia, ſua virtute portat, & orbem christianū plantat & fulcit. Et plantauit illum, ait, dñs Iesus Eccle. 43. Etiam ſi nō me lateat inibi de Borea texi sermonem. Et correctiona exēplaria nō legūt iheros, ſed viros, id eſt in ſulas. Vt ſenſus fit, Boream virtute ſua trā quillare profundum, & in eo fundare insulas. Sed literali ſenſu miſſo, verè Iesus eſt, qui profunda in peccatis corda, ſpe venia ex pœnitētia concepta, quā ipſe peccatoribus donat maximopere tranquillat. Iesus eſt, qui insulas fundat. Insula enim circumcincta mari, portio terræ eſt. Quapropter ecclesia Iesu Christi, vt in ſula eſt, quæ tametsi mundanis quatitur vndiq; fluctibus, inter medias has vehementiſſimas vidas, Iesus eam fundauit, & ſtabiliuit. Et ab illarum alluione, & alliſione illæſam feruat. Et cum Abacuc. cap. 3. hilarescens, inquit, Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quaſi ceruorum. Huius nanque nominis freta ecclesia præſidijs, tota exultat certo que ſperat, à ſeculi huius laboribus ad tranquillam ſanctorum requiem eſſe deducēdam. Qua, vt nos quoque potiamur ipſe Iesus faxit, qui cum patre & ſpiritu ſancto æterno viuit & regnat. Amen.

Ecclesiæ co fidentia in nomine Ieſu.

## T R O P O L O G I C A D E clamatio ſecunda, De triumphali Chriſti generali que omnium Resurrectione, cuius prothema eſt.

*Vivent mortui tui imperfecti mei resurgent: expurgescimini &c. Esaiæ. 26.*

Resurrec-  
tio  
Christi aufer-  
nostræ.

**D**E FINALI MORTVO-  
rum resurrectione denarraturū,  
in declamatione hac resurrec-  
tio Christi gloriam in primis celebra-

re ipsa ratio poſcit. Etenim capit is resurrec-  
tio cum tempore præcedat, membroruſ  
resurrectionem, tum dignitate quoq; an-  
teſertur. Christus enim primus ad immor-  
talem

*Cori. 15. talis vita resurrexit. Quapropter primi-  
Colossen. 1. tix dormientium, & mortuorum primogeni-  
tus, & quis nominibus ab oraculis cele-  
bra diuinis. Cuius resurrectione euange-  
licæ scripturæ non solum testantur fuisse,  
verum etiam & veteres ille sacratissimæ Mu-  
sicæ futuræ prædixerunt. Psalmus enim ille  
Daudicuſ 27. Non adumbrantibus figu-  
ris, sed clara veritate illam protestatur di-  
cens, Et refloruit caro mea, & ex volunta-  
te mea cōfitebor ei. Carnem em̄ Daudicuſ  
refloruisse non legimus, aut iuuentuti pri-  
stinae restitutæ: imò non multo æuo vitæ  
sua transacto, qñ illi Septuagesimus age-  
batur annus, nimia cōfectus senectute, na-  
tiuus illius calor etiam vestibus fotus, reu-  
uiscere non poterat. Id quod sub ea ætate  
multis contingere hominibus experiētia  
quotidiana testatur. Quam ob rem si Da-  
Canticuſ 2. uid non reiuuenuit, qui verba psalmi ci-  
tata illi conuenient? Solū ergo caro Chri-  
sti est, quæ refloruit, qui in Canticis cātico-  
rum flos campilliumq; conuallium, no-  
minatur. Natus autem flos hic est ex can-  
didiſſima illa virgine, quæ tanq; cāpus ple-  
nus, & omni vbertate diuinæ gratiæ fœcū  
diſsimus, hunc nobis emisit florem, non  
ex virilis seminis cultura, sed ex cœlesti  
rōre foeta. Hic flos est vernantissimus,  
quo nihil vernantius, aut pulchrius, neq;  
cœlum, neque terra quicquā habere pñt.  
Igne tñ amoris, quo in homines ferebat,  
& igne doloris, quo pro hominibus tor-  
quebatur, & igne demum passionis crude-  
lissimæ, quam pro hominibus sustinebat,  
in crucis ligno, velutivredine percussus a-  
ruit: vt ipſemet in psalmo cōquerit. Arit  
inquit, tanquam testa virtus mea: & adhē-  
ſit os meū carni meæ. Et rursum ossa mea  
tanq; cremium aruerūt. Quod si demum  
spiritus tristis desiccat ossa, mortis quoq;  
tristitia hunc florem exiccabat. Ait enim,  
Prover. 17. Tristis est anima mea usque ad mortem.  
Matth. 26. Adeoque flos iste diuinus exiccatus est in  
cruce, vt Esaias. 53. nullum illi esse decorē  
aut venustatem proclamat dicens, Non  
est species ei, neq; decor: & vidimus eum*

& non erat aspectus. At verò flos hic, qui  
in cruce aruerat, in resurrectionis die re-  
florescere non solum est reuiuiscere, sed refloritio  
ad vitam immortalem reparari. Fuerunt  
em̄ nonnulli, quos diuinæ cōmemorant li- 4. Regū. 4.  
teræ, qui à morte, qua premebantur ad vi- 3. Reg. 17.  
tā diuina ope sunt reuocati. Ut fuerūt illi, 4. Reg. 17.  
quos Elias, atq; Elisæus suscitauit, & illi  
itidē tres, quos Dñs Iesus suæ vocis impe- Luce. 8.  
rio à morte eripuit, & vitæ restituit. Cæte- 10an. 11.  
rūm isti tametsi reuixerunt, non tñ reflor-  
uerunt: quia tandem mortem rursum ex Roma. 6.  
pertisunt. Christus tñ resurgēs à mortuis, Psalm. 87.  
iam non moritur: & mors illi ultra non do-  
minabitur. Nam is, qui conditus erat in la-  
cu inferiori, & in tenebris, & sub umbra  
mortis (quæ sepulchrum est, qđ mortuos  
tegit) delituerat, tertio die victor mortis  
surgit de funere, & inenarrabili luce co-  
ruscans depositis tenebris, & umbra mor-  
tis, tanquā nouus Sol cœlum, & terras illu-  
stratus emersit. Etenim si iustorum cor-  
pora qñ die postremo de somno mortis  
euigilauerint, fulgebunt tanq; Sol, quid tu  
putas de corpore Christi, qui non solum  
est iustus, sed iustitiae autor, & princeps?  
Vtique humanam fugit mentem quātus  
splendor ille fuit, quo Domini corpus tūc  
à mortuis surgens respeluit. Præclar-  
rissimus igitur dies iste Dominicæ resur-  
rectionis est censendus, quia noua & infor-  
mata resurgentis Christi luce, totus coru-  
scat, atque resplendet. Sabbati dies cele-  
berrimus, iubente domino Hebræis, erat.  
In illo nanq; requieuit Deus ab omni ope  
re, quod patrarat. At longè celebriores se-  
pulturæ Christi, dies sunt, quibus Christus  
à laboribus, à cruce & morte quietuit.  
Sanguine nanque suo, & morte à peccati  
captiuitate hominem redimens in sepul-  
chro glorioſo quietuit. Vt psalm. 15. disertè  
loquitur. Propter hoc, ait, lætatum est cor  
meum, & exultauit lingua mea, & caro  
mea requiescat in spe. At verò huius diei  
gloria, atque maiestas cæterorum die-  
rum superat, & vincit splendorem. Siquidé  
hodie deuicta morte vitæ æternæ adi-  
tum

Christi re-  
færcionis  
carnis.

3. Reg. 17.  
Luc. 7.

Luce. 8.

10an. 11.

Roma. 6.

Psalm. 87.

Sapien. 3.

Matth. 24:

Genes. 2.

Actorum. 2.

Resurrec<sup>tio</sup>  
Christi no-  
stra certa  
facia.

tum nobis reseruauit, & mortis suæ ignominiam resurrectionis gloria recompensat, & nostræ resurrectionis venturæ certum argumentum præmonstrauit. Nam si capit is caro refloruit, & mēbrorū quoque reflorescit. Cuius rei eximius ille doct<sup>r</sup>or gentium Paulus nos commone fecit his verbis. Si autem Christus prædicatur, quod surrexit à mortuis, quomodo quidā dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? Et prothema nostrū, Viuent mortui tui, imperfecti mei resurgent, ut iam in dilucidatiōe diximus iuxta aliā translationē, hoc idem insinuat, quæ hæc erat, Viuent mortui tui: & corpus meum resurget. Quæ sunt verba sub persona Chri<sup>t</sup>i prolat<sup>a</sup>, quasi dixisset Christus Deo patri, Viuent mortui tui, ô pater mi cœlestis, ideoque viuent, quia corpus meum resurget à mortuis. Nam in scripturis cōiunctio, &, nonnunquam causal<sup>i</sup> æquipollit. Quapropter nō ab re diximus, quia caro Christi refloruit, corpora sanctorum tandem reflorescent. In libro numerorū legimus etiam ca. 17. virgam illam amygdalinam refloruisse, gēmisq; intumuisse, frumentumque protulisse, cæteris omnibus alijs virgis prorsus arescentibus. Id quod resurrectionis Dominicæ adumbrabat mysterium. Etenim mortuis omnibus in pulvere iacētibus, solus Christus de somno mortis ex pergefactus mortis vincula disruptus. Et Dauid Christi personam gerens, AEstimatus, inquit, sum cum descendantibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio, & inter mortuos liber. AEstimatus quippe est Christus in sepulchro iacens si milis alijs mortuis in puluere dormientibus. At falsi sunt hoc æstimantes, siquidē

Leg<sup>e</sup> Grego-  
rium mora.  
li. 14. c. 19.

Psal<sup>m</sup>. 87.

Christus do-  
minus mor-  
tis.

Abacuc. 3.

trophæa ferentes, hostilia agmina, triumphatoribus in curulibus gloriose sedentibus, præcedebat; vt palam cunctis esset de quibus trophæa reportabant. Dñs quoq; de sepulchro surgens, de morte triūphas, ante faciem suam p̄ceuntē habuit mortē. Quia non solum suā à se in æternū abegit mortē: sed à multorū sanctorum corporibus illā depulit. Quia multa corpora sanctorū, q; dormierant, surrexerunt, & exētes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatē: & appa ruerunt multis: etiam si de re non nihil controversia sit inter sanctos. Diuus enim Augusti. epist. 99. ambiguam traxit de hac re sententiam, in negatiuamq; dubij partem inclinare videtur, sanctorum scilicet corpora, quæ Matthæus surrexisse scripsit, iterum casura in mortē surrexisse. Nam gesta Apostolica referunt Petru<sup>m</sup> Iudæis concionantem dixisse, Viri fratres licet audenter dicere ad vos, de patriarcha Dauid, qm defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud vos, vsque in ho diernum diem. Et Petrus verbis istis persuadere nitebatur, verba Psal<sup>m</sup> 15. Qm non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vitæ, non de Dauide esse subaudienda, sed de Christo esse intelligenda. Quam ob rem Dauid mortuum & sepultū esse Petrus verbis suis, post domini resurrectionem esse affirmat. At qui rationi consentaneum videbatur, inter sanctorum cætera corpora (si ad immortale surrexerunt vitam) Dauidis quoq; corpus, eadē fulsisse prærogativa, vt cū cæteris surgeret. Quod si huius surrexit corpus insinuante Petro mortem rursus obiuit, ceterorū quoq; sanctorū ea dēratio erit. Eodem quoq; accedat quod Paulus Hebræis scripsit capit. 11. sanctos patres non accepisse re promissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur. Quilocus de re promissione consumma ta, quæ per gloriam corporum Sanctis accedet

Matth. 27,

Sanctorum  
cōtrouersia

Capit. 17.

Lectio Atto  
rū 2. expo-  
nitur.

Augustini  
placitum de  
sanctis, qui  
cum Domi-  
no surrex-  
erunt ex mul-  
tis suadet,

accedet interpretanda videntur. Sancti igitur omnes simul illa in die nouissimo potentur, & Diuus Thomas in. 3. parte quæstio. 53. ab Augustino non abhorret.

Placitū Hie  
sonimi nō  
longē distat  
ab Augusti.

Imo neque Hieronymus commentarijs in Matthæum longè est ab hoc sensu. Faretur enim suscitatos sanctos illos (quos Matthæus commemorat) instar Lazari, & aliorum fuisse: quos euangelica denarrat historia: tametsi in sermone de assumptione pendulus sit. Porrò diuus Remigius illos refluuisse cum Christo, & non solum reuixisse testatur. Mea tamen sententia præferendum arbitror Remigij placitum cæteris denarratis. Etenim sancti isti eò sub Christi resurrectione à puluere mortis in vitam sunt excitati, vt Dominicae resurrectionis testimonium non posse nitendum tulissent. At verò quod testabantur hoc erat, Dominum ad vitam immarcescibilem iam surrexisse. Si ergo ipsi ad marcescibilem surrexisserent, vt Christi florētissimæ & æternæ resurrectioni attestarentur? Quare crediderim ad vitam immortalem suscitatos extitisse, vt ita in sanctam venientes ciuitatem, id est, Hierosolymam gloriissimam Iesu Christi, resurrectionem priorum corporū gloria astruere, citra negotiū valerent. Prom

Rēmigij pla-  
citum pba-  
tur.

ptum enim erat Domini resurrectionem persuadere, propriam demonstrantes, qui serui erāt, resurrectionē. Etenim si corpora propria, multo æuo iam exesa, & in cineres & fauillas conuersa, demōstrabant rediuua, nunquid multi negotiū erat, de corpore Iesu Christi triduano, quod rediuuum & gloriosum à sepulchro surrexisset fidem facere? Porrò etiam si hoc mihi probabile est, censuerim tamen sanctos hos ad vitam immortalem excitatos, postquam Christus Dominus ex sepulchro absorpta morte surrexit: vt ipse iam à mortis somno euigilans, & de mortis tyrannide ouās, atque triūphans, sanctos illos excitaret, vt ita non solum de morte sua, sed & de morte sanctorum illorum, qui id temporis exercitati sunt, glorioſa referret trophæa. Alio

Obseruādū  
argumētū  
faciens cum  
Remigio.

Christus pri-  
fuerexit a  
mortequam  
sancti.  
Apoca. 1.  
Coloss. 1.  
1.Cori. 15.

qui enim, vt primitiæ esset dormientium Christus? vt primogenitus ex mortuis, ni ipse primus omnium beatæ resurrectionis gloria potiretur? Verba autem Matthæi, quæ iam indicaimus, etiam si secundum literæ contextum sanctorum corpora surrexisse ante Dominum, apparuisse autem post resurrectionem præ se ferant, verum aut per anticipationem sunt legenda, ita, Anticipatio  
i scriptura. vt quæ primo referuntur posterius gesta esse censeantur: aut habenda erūt hoc modo, vt sub domini morte monumēta aperta sint, terræmotu concussa: at resurgente Domino resurrexerunt. Ita enim haber, Et exeentes de monumentis, post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem &c. Quæ verba priora illa: quæ Matthæus dixerat explicant. Illa inquam. Et monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerūt. Etenim si sub Domini morte surrexerūt, cur adiecit. Et exeentes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem? Num suscitati à morte adhuc humati iacebāt sancti in sepulchris, & post resurrectionem exierunt? non arbitror. Quod si dixeris, post resurrectionem domini apparuisse multis, ingenuè fateor: sed non solum apparuisse post dominii resurrectionem, quinetiam & surrexisse, ex Matthæi verbis prædictis. Et exeentes de monumentis, post resurrectionem eius collectū iriputo. Quod si quis adhuc contenderit Christum primogenitum fuisse mortuorū, non tēporis ordine, sed resurgentis dignitate, ego huic cōtentioni non acquiesco. Dignitate enim præferi Christus, non solū mortuis, sed viuis. At qui Paulus, vt eius resurrectionē nō solum dignitate, sed & tēporis ordine præcessisse sanctorū resurrectionē ostēderet

Christiresur-  
reccio digni-  
tate & tem-  
pore cæ-  
ris antecel-  
lit.

dixit, Christum primogenitū ex mortuis, aut mortuorū, vt tradidit Ioan. in Apocal. Vbi ad demonstrandam Christi æternitatem, eundem primogenitum omnis creaturæ vocat: quia æterno genitus est, antequam creaturæ conderentur. Aduerten-  
dum

dum autem resurrectionem in scripturis regenerationem quandam quoq; esse, iuxta illud Matthæi. 19. in regeneratione cū sederit filius hominis. Qui locus aper-  
tē regenerationem resurrectionem testatur esse mortuorum. Et adnotante Hila-  
rio in commentar. ad Psalm. 2. verba hæc,  
Filius meus es tu: ego hodie genui te: ad  
Domini resurrectionem referenda sunt.  
Vnde & resurrectio generatio, quoque ap-  
pellanda venit. Siquidē regeneratione si est,  
itidē & regñatio necessario erit. Domi-  
nus ergo victor surgens defunere, quia ad  
vitam nouam, id est, gloriosam & æter-  
nā surrexit, propterea tunc regenerari iu-  
re appellatur. Genitus enim à patre est,  
quia diuinitatem à patre accepit: genitus  
est à matre, quia carnis substantiam mor-  
talem ab ipsa retulit. At quia exuta carnis  
mortalitate immortalitatē induit, à mor-  
te surgens, proptereà resurrectione eius que-  
dam regeneratione est. Et tu obiter aduerte  
philosophorum scholas generationem il-  
lam vocitare, quæ substantiæ nouæ produ-  
ctio est. At diuinæ literæ regeneratam car-  
nem Iesu Christi per resurrectionem fa-  
tentur: non quia nouam carnis substantiā  
id temporis productam credat: siquidem  
idem corpus Christi, quod morti succu-  
bit, ipsissimum vitæ est restitutum. Non  
ergo resurrectione nouum præstítit corpus,  
sed renouatum obtulit. Vnde illud, reno-  
uabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Quam  
quoque renouationem philosophi, gene-  
rationem secundum quid esse docent: vt  
vel hinc colligas sacram hunc sermonem  
non abhorrere à philosophico.

¶ Iam verò, quia longiusculè digressi su-  
mus, ad priora vnde deriuata est, ipsa re-  
currat oratio. Aiebamus enim Christum  
inter mortuos iacuisse à morte liberum.  
Sua nanque diuinitate se excitauit à mor-  
te: id quod omnium miraculorum est ma-  
gnificentissimum, id quod Ioannes aper-  
tē demonstrat capit. secundo. Vbi detur-  
batis à Domino cathedris eminentium, &  
venerantium, responderunt Iudei, & di-

xerunt ei, Quod signum ostendis nobis,  
quia hæc facis. Respondit Iesus, & alijs  
prætermisis miraculis, dixit eis, Soluite  
templum hoc, & in tribus diebus excita-  
bo illud, id est, soluetis à temporali vita  
corpus meum, & mea virtute ad æternam  
vitā illud reparabo & innouabo. Et apud Matth. 11.  
Matthæum efflagitantibus Iudeis signū,  
Generatio mala, ait Dominus, & adultera  
signum querit, & signum non dabitur ei,  
nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim  
fuit Ionas in ventre cœti, tribus diebus, &  
tribus noctibus: Sic erit filius hominis in  
corde terræ, tribus diebus & tribus nocti-  
bus. Quibus omnibus, si Paulum addas  
Romanos capit. 1. docentem de Christo,  
qui prædestinatus est filius Dei in virtute,  
secundum spiritum sanctificationis ex re-  
surrectione mortuorum Iesu Christi Do-  
mini nostri, perspicuum tibi erit, quod du-  
dum proposuimus Dominicam resurre-  
ctionem diuinitatis Iesu Christi poten-  
tissimum, & testatissimum omnium si-  
gnorum fuisse signum. Ideoque Domi-  
nus incredulis Iudeis hoc obiecit signū,  
vt illorum frangeret contumacem infide-  
litatem. Et Paul. tria denarrans, quæ diuini-  
tatem Iesu Christi ostendebant virtu-  
tem, id est, miraculorum operationem, &  
spiritum sanctificationis, quem Dominus Ioan. 20.  
afflavit discipulis suis dicens, Accipite Spi-  
ritum sanctum, & quem sub linguis visibi-  
libus ignis inuisibiliter donauit, postremò  
adiecit, Ex resurrectione mortuorum Ie-  
su Christi, id est, ex resurrectione, qua ipse  
met Jesus Christus se suscitauit ex mor-  
tuis, ostenditur verè filiū esse Dei: vt Chry-  
stostomus in commentario eiusdem loci  
exposuit. Nullus enim sanctorum præsti-  
tit hoc ipsum, neque præstare poterit, se-  
met ipsum à mortuis excitare. Vt in om-  
nibus Christus sit primò genitus mortuorū,  
& quia ipse sua vi se excitat, & quia quod  
cæteri resurgat ipse causa est & exemplar:  
vt ex subiungēdis patebit. Et quia ad vitā  
immortalē primus omnium surrexit, & demū-  
ga corpus eius in sepulchro iacens, nō pu-  
truit.

Generatio  
est substi-  
tuz nouæ p-  
ductio.

Repetit pri-  
ora ut noua  
addat.

Resurrectio  
Christi sue  
diuinitatis  
præstantissi-  
mum argu-  
mentum.

Auctorū.

Christus est  
primogeni-  
tus morta-  
rum.

truit. Non quod aromatibus conditum erat: sed quia Deus, corpus sanctum suum non dedit, ut videret corruptionem Psal. 15. Et Actorum. 2. Quod si occinit quis piam si corpus Christi mortale erat, ergo & putrescibile? Egebatur ergo mixturis aloë, & myrræ, ut alabe putrefactiōis præseruaretur. Verum corpus humanū, quod assumpit Deus, ineffabili dispositiōe mortale assumpit, ut morte sua mortis deuastaret imperium. Cæterū, quod noluit à morte præseruari, voluit ab omni putrefactione incolume sustinere. Quippe nihil emolumenti humanæ naturæ ex tabe illius diuini corporis accederet. Quapropter diuinitate præseruante corpus illud, condimentis illi nihil opus erat, ut non tantum acesceret. Diuinitas namq; corpori Dominicæ sepulchro in sepulto copulata erat. Vnde Deus sepens non tam  
Corpus christi  
stetiam nō  
conditū aro-  
matibus in  
sepulchro  
cens non ta-  
besceret.  
tus dicendus est: ut etiam cum anima beatissima illa, à corporis morte, cāmērcium diuinitas non diremit. Quia iuxta protatum Damasceni verbum libro de fide ortho. 3. quod semel assumpit Deus nunquam dimisit. Quippe corpus, & anima et si interueniente morte, in uicem dissociata fuere: at verò diuinitatis cōsortium misserunt nūquām. Præter hæc quoq; primo genitus est mortuorum, quia breuissimas in sepulchro egit moras. Cæterorum namque corpora tandem in suis iacebunt loculis, quandiu dies ille nouissimus expectatur. At verò corpus Iesu Christi nouem ferre (ut quorundam fert opinio) & tringinta horarum spacijs in sepulchro demoratur. Ego vero. 36. horis ferè iacuisse puto, namque est sepulchro mā datum ad vesperam parasceues. Cuius nouem horarum diei, & noctis particulam, sibi cepit in sepulchro iacens, diemque rursum. 24. horarū totum Sabbati, atque noctem. Et demum prima luce diei Dominicæ surgens hora 3. matutina Hispana calculatione, portiūculam eiusdem diei, & noctis, sibi quoque se pultus accepit. Ut per synedochen intelligamus tribus diebus & noctibus corpus Domini in sepulchro quievisse. Et Caly-

stum Nicephorum leges, in lib. 1. de ecclesia. histo. cap. 3. vbi tradit seruatorem nostrum Christum, animabus sanctis vesperatina parasceues hora præsentem affuisse, & illis resurrectionem suam subindicasse. Lege Augus-  
lib. 3. de cō-  
sensu euāg.  
cap. 24. & li-  
bro. 4. de ci-  
uita. ca. 5.

Et adiecit sic rursum. 3. post die, cum profundum etiam num esset diluculū, ac Sol quidem tum circa paradisum Edem oritur, altioraque & sublimiora, montium iuga attingeret. Circa nostrum autem Orizōtem septima, ut sic dicam aut etiā octaua obtineret hora nocturna &c. Christus surrexit. Est autem hæc. 7. vel octaua nocturna hora eadem illi, sub qua dominum surrexisse tradidimus. Porrò autem mirabilis quadam dispensatione à Deo præscriptum est hoc triduanum Dominicæ resurrectionis tempus. Etenim si ocyus resurrectionem suam accelerasset, forsitan calumnias Iudeus astrueret, non mortuum fuisse Dominum: sed syncopismum paſsum fuisse, aut cordis deliquio correptū fuisse. Sin vero maiores in sepulchro produceret moras, non dominum surrexisse cauillaretur, sed alium fuisse illi subrogatum. Tribus igitur diebus verus Sol iustitiae Christus, sub nubilo mortis veluti ob tenebratus iacuit. Tertiò autem die, nube deposita, surgens à morte mirè refulsi, ut in lib. 2. Macha. ca. 1. traditur. Tempus aſſuit, quo Sol refulsi, qui erat sub nubilo. Surrexit autē valde mane ut Marcus ait, Qua hora cap. 16. Matthæus verò ca. 28. Vespare, in surrexit chriſtus & obſer-  
quit, Sabbati quæ lucescit in prima Sabba-  
ti. Ioan. autem mulieres monumentū peti-  
uiffe, cū adhuc tenebræ effent, ait. Et euan-  
gelistæ tametsi verbis discrepant, sensu cō-  
cordāt. Quod enim Marcus ait valde ma-  
ne venisse orto iam sole, per solis exortū crepusculum matutinum, subaudire oportebit. Quod sanè crepusculum in Iudea fuit tempore passionis dñi admodū matutinum. Ideoq; Marcus inquit, Valde mane orto iam sole. Etenim si dñs crucifixus est. 3. nonas Aprilis, aut. 3. die mensis Aprilis iam id tēporis in Iudea crepuscula matutina erāt tunc, & modo sunt nimis dilu-  
culan-

culantia. Siquidem quo regio orientalior est, eò solis exortum habet citiorem.   
Hierosolyma valde orum Hierosolyma valde orientalis est. Id circuitalia ideo crepuscula matutina fe stina habet. Ies, quidquod apud orientales, apud quos Sol citius oritur crepuscula matutina sint longè priora, & festinantiora, quam apud nos? Accesserūt igitur mulieres orto iam sole, ad Domini monumentum: quia sub crepusculis istis matutinis, quæ tertio die Aprilis satis matutina erant. Et fortassis tertia hora tunc noctis agebatur, postquam Sol angulum nocturnum tetigerat, id est, postquam Sol medium absoluerat noctē. Istud quoque est, quod Ioan. docuit mulieres venisse mane cum adhuc tenebræ essent, id est, cum tenebræ nocturnæ aduentante sentiebant lucem. Id quod Hispanè dicimus, al rōper del alua. Matthæi porrò verba obscuriora sunt, quam Marci & Ioan. Quæ differens August. capit. 24.

Matthæi lo lib. 3. de con.euange. per vesperā noctem cus obscur exponitur. intelligendam à parte totum, modo visita tissimo in diuinis scripturis tradidit. Ut sermo sit in hunc modum habendus, Nocte sequenti diem Sabbati, quæ nox procedit in diluculum usque diei Dominici, venerunt Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Et hoc est quod ait, Vespre autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, id est nocte Sabbati, quæ lucecente die dominico finitur, & cessat. Sabbatum enim, ut & cæteri dies, habet noctis partem priorē, quam sequitur dies ipse Sabbati, & habet noctis partem posteriorem, quæ sub prima diei Dominici luce soluitur. Cum igitur hæc posterior Sabbati nox soluebatur aduentante sequentis diei Dominici luce, siue in interlimnio nocturnarum tenebrarum, & diurnæ lucis, surrexit Dominus à sepulchro: vt olim psalmographus præsenserat, dicens, Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara. Cui anxiè precanti, ipse respondit alacriter Christus, Exurgam diluculo. Porrò beatissimæ mulieres, Christi ardentes-

mo stimulatæ amore, profunda nocte iter arriperunt, die transfacto Sabbati, ut corpus Iesu vngenerent. Est enim amor quietis impatiens: ideoque quanto oxyus potuerunt, ad monumentum Domini venire disposuerunt. Idque sub intempestæ noctis silentio præstiterunt, nulla tamen habita honestatis ratione. Quæ fœminis nocturnos discursus verat. Quia summa honestatis (& meritò) duxerunt esse, Iesu Christi honestissimum palpare corpus, & sanctissima domini vngere membra, & diuinum reuereri sepulchrum. Verum & si profunda nocte viam arriperint, lento tamen fœmineus cum sit gressus, idcirco iam suscitato Domino ad domini sepulchrum tardè accesserunt. Id quod ut insinuaret Matthæus dixit mulieres accessisse vespere Sabbati. Vnde Hieronymus ad moneret quæst. 4. ad Heditiam, sero legendum esse & non vespere. Quia profunda nocte venerunt mulieres & non vespere. Græcè legimus, opè, quod etiam vesperum significat, & sero, vel ad ultimum: vt sit sensus ad ultimas beatas fœminas venisse tenebras Dñi visuras sepulchrū. Iam ergo sexto die humanam Christus celebrauit redemptionē. Nam feria sexta crucifixus est: die vero septimo à redemptoris opere (quod in cruce pendens patravit) requieuit. Die vero Dominico mortis dormitionem soluens, qua tribus soporatus fuerat diebus exurrexit. Quapropter diem Dominicum sua resurrectione illustrans, Dominicā quoque nomenclatione ornauit. Dominicus enim dies propterea dicitur, quia Dominicā resplendet & veneratur resurrectione. Diem ergo sextum (qui laboris est) suæ Christus depurauit cruci. Diem vero Sabbati (in quo à labore olim vacabatur) suæ sepulturæ ascripsit quieti. Diem vero octauum, quem Dominicum appellamus, sui honoris atque triumphi esse decreuit. Etenim ut post creationis opera, post diei septimi quietem, nihil supererat, nisi cōditoris gloria, qui vniuersa ornatissime & dispositissime condit.

Psalms. 56. Die sexto Dñs crucifixus gitur, die se primò quie scit sepulcrum dñe octauo, pompa nobili victor surgit de sa nere.

condiderat. Ita quoque post feriae. 6. crucem, post sabbati sepulchrum quid restabat, nisi crucifixi atque sepulti gloria atque triumphus octauo celebrandus die? Quare & numerum octonarium ecclesia stici tractatores cœlesti beatitudini tribuunt: ubi consummata erit sanctorū gloria, ita animarum, ut corporum. Modo nanque tantisperdum vita hęc nostra quotidie nutans, labitur, veluti senarius dierū (qui laboris est dies) voluitur: at vero diē claudentes sancti extremū, sabbatum suū agēt. Nanque illorum corpora in pace seputa sunt: & illorum spiritus, quam optabant eternam reportant vitam. Demū tamen quando collapsa corpora rursus in die resurgent nouissimo, tunc octauus erit illis summę lætitiae dies. In qua ogdoade, in quoque octonario, seculorum beatissimę infinitas ducent myriades. Qui ergo diem sextum (qui crucis dies extitit, in quo & conditus, & reparatus homo est) non amauerit, neq; sabbati quietem consequetur. Quia qui orbatus fuerit, ogdoadis beatitudine non fruetur, tradente domino.

*Qui diē sex  
cum crucis  
Dominicę  
nō amauerit  
neq; requie  
surget cum  
Christo.  
Matth. 16.  
Luce. 14.*

Qui vult venire post me abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Ipse enim Christus crucem sibi primo baiulavit, ante sepulchri quietes, quas primo habere voluit, quam triumphali resurrectione potiretur. Hoc est quod Salomon in Ecclesiaste ex mystico insinuat sensu. cap. 11. Da (inquit) partes septem, da & octo: quia ignoras quid sit futuri mali super terram. Quid est partes dare septem, nisi quod Paul. ad Roma. capit. 6. commemorat, Consepulti enim sumus per baptismum cum illo: sepultura enim Domini, diem septimum sibi delegit. Et quid est dare partes octo? Sanè quod mox subdit: ut quomodo Christus surrexit à mortuis, per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Vides ne ut qui diei sextae tormenta fugit, quietis & gloria expers erit. Tribus adde quoquo die

bus Abraham peruenit ad montem Moria Gene. 22. Moria aurem mons, mons visionis est. Quippe nisi lachrymarum diffluio culpas abstenseris, id quod Christi referre est mortem, neque pacem inire cum Deo valebis, neque à peccato resurgere, ut tandem tibi cœlestis patriæ visio contingat. Iam vero ut quanta sit Christi resurrectionis gloria, immensaque potestas, prompta nobis sit, uberior adhuc res hæc persequenda est. At verò quis non stupescet quod corpus exanimé Christi in suo iacens Mauseolo, nullo vocante, nullo excitante, totum animetur & reuiuiscat? sanguinemque suum quem crucis patibulo affixus largissime fuderat, ad se animandum in sepulchrum suum conducebat, & colligat? Nanque si Matthæ. 10. & Lucæ. 21. testimonij instituimus, capillos de capitibus nostris in regeneratione illa finali, non perituros, (qui alioqui non sunt de naturæ humanæ integritate, sed venustate) quid arbitrabimur de sanguine Iesu Christi, qui de integritate suæ naturæ erat? Vtique totum, quem fuderat Lege de re hac. S. Tho. quodlib. 5. conductum & in suum coegit corpus beatum. Quia nullum superfluum in cruce fudit: sed vitalissimum sibi, ut vitali suo cruento, vitæ alimentum æternæ mortali bus præstaret. Quanquam non clam me est, rem hanc in disputatiua theologia extra aleam iudicij non esse. Etenim franciscus de Maronis non subscrispsit Diuo Thomæ. qui in. 3. parte question. 54. articulo. 2. illud placitum amat: quod nos de sanguine Christi fuso in cruce prædiximus. Franciscus verò hoc pro confesso non habet. Quippe probabile dicit, in Christo id temporis sanguinem aliquem extitisse redundantem: & non sibi necessarium. Qui redundans sanguis non erat necessarius qui colligeretur in Domini resurgentis corpus. Ut sanguis ille, qui sudante in horto, Domino de corpore eius manauit. Quem non recollectum fuisse in resurrectione multi putant: vt is, qui super abundabat naturæ veritati, &

consistentia. Quod si meum de hac re iudicium requiris, sine magno sermonis ambitu tibi exponam. Dixerim enim veritatem non laedere fidei, sive cum Thoma sive cum Francisco, duxeris in hac re theologizandum, decernente hoc extrauagante

Obserua ex traugātem Pij Papae. 2. Pij. 2. Papae: quæ quia prolixum habet orationis ductum non est huic in serenda declamationi. Satis erit si summatis dixerimus, & haec esto summa, quæ fratres Franciscani cœnobij Rupellensis porciunculam sanguinis Iesu Christi illius (quem in cruce pendens, salubriter fudit) se habere testabantur, & gloriabantur, & populo venerandum exhibebant. Nonnulli vero magna ut vsu venire apud homines solet contentionem venerationi sanguinis illius, detrahebant, afferentes impium esse sanguinem illum adorare. Quippe nullus sanguis ex Domini corpore superstes erat: immo totum sibi Dominus ex mortuis resurgens in corpus suum conduxerat. Controversia haec utrinque oculum max ad Pium Papam delata est. Qui ut litem componeret post multa, quæ commemorat in extrauagante prædicta, haec subdit verba, Attendentes, quod veritati fidei nullatenus affirmare repugnat, redemptorem nostrum de sanguine præfato ob ipsius passionis memoriam, aliquam partem in terris reliquisse, ac propterea deuotionem ipsorum si deliu plurimum conseruari: haec ille. Post quæ verba cœsuras fulminat Apostolicas, aduersus eos, qui fidelium illius sanguinis cultum euertere conantur. Itaque fides non laeditur, ut Pius decreuit, si quis portiunculam sanguinis illius superesse dixerit. Ego vero totum sanguinem necessarium sibi Dominum resurgentem conduxisse credo. Utrum vero in cruce animam agens Dominus, nonnullum sanguinem nutrimentalem (qui nondum erat de naturæ integritate) habuerit perspicuum non habeo: quæcumque mihi in comperto sit, Thomam locis iam indicatis, solum necessarium sanguinem Christo, sub morte concessisse: id quod maximè verisimile esse, quis inficiabitur? At

vero tanquam certum fidei dogmam Pius Papa statuere noluit. At vero fortassis hesitabit quispiam, & nobiscum contedet, quorū sum sanguis fusus collectus est in resurgentis Domini corpus? Siquidem gloriosum corpus, alimento non eget. At sanguinem animalium alimentum esse Aristoteles. cum caterua philosophorum, & medicorum, testis est. 2. de parti. animal. c. 3. Scio Caietum in commen. ad Art. 3. q. 54. 3. par. S. Tho. hoc & non ab re torsisse dubium. At vero si mecum obseruaueris sanguinem, ex duabus inter alia usui esse animalibus, & primo quidem, quod illis alimento est, quippe ex sanguine, caro & ossa, animalium cœtra; omnes generantur partes. Rursum sanguis, spiritus naturales, & vitales, & animalia, animalibus subministrat. Ex quibus cibi concoctio, distributio, motus localis, & sensio denique animalibus praestosunt. Corpora igitur gloria sanguinem necessarium sibi habent, non ex quo alantur, quippe gloria caro, neque alteratur, neque nutritur, neque augetur: etenim immortalis est, & ab istis mutationibus quam maximum abhorret. At vero corpora gloria spiritibus animalibus, vitalibusque potiuntur nam se mouere secundum locum velocissime possunt, & sensiones tantum externas, quam internas acerrime exercebunt. Oculis namque videbunt, & auribus audient, &c, & se motitabunt quo quo versum voluerint. Namque tanquam scintillæ in arundinetu discurret Sap. 3. Id quod in declamatione nostra de diuino finali, expressimus iudicio. Porro haec, quæ diximus, animalium munera, sanctorum cum congruant corporibus, gloria iam tunc donatis necessarium est, ut spiritus quoque, quibus haec præstantur functiones sortiantur. Animales enim spiritus sensu functioni ex usui sunt: ut vitales locali motui, seu lationi secundum locum seruiunt, Naturales vero spiritus, quippe qui decoquendo cibo operam nauant, sanctis non erunt usui. Ut neque ciborum eus illis est necessarius. Ceterum quia forsitan spiritus isti etiam simunere secernantur, non tamen substitutio;

Pulchra de sanguine Christi dubitatio.

Sanguis est alimentari humor animalium & spiritus vitae & cœtra subministrat.

Animales spiritus simulationem do-

propterea corporib<sup>o</sup> sanctorū istorū spiri-  
tuū omniū erit copia, atq; facultas. Et na-  
turales spiritus etiam si officio proprio in  
glorificatis corporibus non gaudēat, ho-  
rū tamen substantiā spirituum non deside-  
Corporaglo-  
rificata fan-  
guine erūt  
prædicta.  
rabunt. Sanguis porrò cum hos suppedi-  
tē spiritus, sanguine quoq; corpora glo-  
riosā non orbabuntur. At aduertendū est  
spūs (quos diximus) aliter in corporibus  
beatis futuros quā in nobis. Apud nos em̄  
facilē collabuntur, & subinde reparantur  
tantisperdum vitę halitus superstes est. At  
verò post resurrectionem sanctorū illam,  
corpora immortalia futura cum sint, spiri-  
tus isti non collabentur, neq; restituentur  
collapsi: sed semper vegeti, & alacres subsi-  
stent immoti. Nāq; sanguis ille beatus, qui  
tum spirituū administraturus corporibus  
sanctorū est copiā, in eodē semper perse-  
uerabit statu. Vt sol enim eodē semper vi-  
gore subsistēt, lumina fundit: ita & sanguis  
vegetissimos, & immotos semper dona-  
bit spiritus. Et sicut sol tunc immotus im-  
motū elargietur lumē: ita sanguis ille nul-  
lo motu actus, aut causa forinseca aut in-  
trinseca disturbat<sup>o</sup>, immotos quoq; (quos  
diximus) administrabit spiritus. Verū ve-  
la plicare libet ne tantæ rei disputatione p  
fundissima voragine mergar, & ab institu-  
to tropologico, in longū distrahar. Cæte-  
rū vnū hoc nō præteribo, haftenus nullā  
me cōpulisse rationē, vt eā sententiam pe-  
nitutis ratā habeā, Dñm scilicet Iesum fun-  
dētem incruce suū sanguinē solummodo  
necessariū effudisse, vel minimū nō fudi-  
sse sanguinē, qui perfectioni suæ naturæ ne-  
cessarius non esset. Etenim quādo flagris  
cēdebatur, aut quando in horto orās sudo-  
re cruento madebat, vtiq; tunc consistentis  
quoq; erat ætatis. Siquidē pridie quā pate-  
retur sanguineo sudore suffunditur & no-  
ste proxima diei mortis suæ alia, quæ retu-  
limus pertulit tormēta. At vero probatum  
non lego, flagellorū vibicibus vulneratū  
Dñm, nihil vel minimæ quātitatis sanguini-  
nei humoris super abūdatis non habuisse.  
Voco super abūdātē, nō vitiosum sanguini-

nē (qui à corpore Dñi tēperatissimo abe-  
rat) sed qui de sua indiuidua perfectione  
nō erat. Scio quoq; Cardinalē dignissimū  
Turrecremata in euāgelicis disputationi-  
bus. q.3. ad paschale euāgeliū, rē hāc mul-  
tis egisse verbis. Quanquā quod ipse cōtē  
An totus san-  
dit ego non reijcio, sanguinē scilicet Dñi  
guis in era  
ce fusus fue  
necessariū resumptū esle, in Dñi resurgen-  
rit in resur-  
tis corpus, siue is sit ille, qui fusus, est agni  
rectiōne re  
sumptus dis-  
corpore in cruce leuati, aut ex flagris ex-  
seritur.  
tortus, aut ex sudore dimanās. Et demum  
qualis qualis fuerit si modo radicalis san-  
guis erat, in confessō mihi est resumptum  
extitisse sanguinē huiusmodi. Perro quod  
neq; sub Dñi crucis passione nullus fuerit  
sanguis, qui ad perfectā, & absolutā Chri-  
sti humanitatis subsistētiā necessarius nō  
effet, hoc est, quod apud me adhuc decre-  
tū nō est. Hoc est demū, quod etiā si pro-  
babile duxerim, at fidei robur apud me ha-  
ctenus desiderat. Quousq; decreto ecclē-  
siæ, aut ecclēsiæ procerū commonear. De  
niq; in disputationibus theologicis de hac  
re fusiōs à me differit. Interim tamē hēc  
valere iubeto. ¶ Iam verò ad reliqua absol-  
uēda, quæ diuinā in Dñi resurrectione po-  
tētiā magnificāt reducamus sermonē. Est  
ergo alterū non minus magnificū primo  
iā denarrato Dei opere. Animā scilicet Ie-  
su Christi in limbo cū animabus sanctorū  
triduo diuersantē, ab imis terrē profundis-  
fimisq; partibus, vltro se copulādam rur-  
sum suo corpori, reddidisse. Etem si ad in-  
fers descessum animæ Christi spectas,  
quis nisi stupidus nō mirabitur? At si ascē-  
sum ab inferis, fortius stupesces, si diuersan-  
tē iā cū animabus sanctorū, quas de lacu in-  
feri traxerat cōtépleris, vltra nō erit spiri-  
tus. At ais, Ecquid opus factō erat vt Dñi  
anima ad inferos se cōferret, q; solo verbo  
etiā si eō non se conferret posset ligatas iā  
olim animas illas, à vinculis illis vetustissi-  
mis soluere? Atvero qui poterat, rē hāc ira-  
gerere, noluit. Imo per se ipsum penetra-  
uit inferas terræ partes, vt dæmones suæ  
operationis terrore cōcuteret, & vt pur-  
gatoriū ignis incolas, suæ clemētiæ dulce-  
Tom.2. F 2 dinc

Pulchraque  
stio de Dñi  
descensu ad  
inferos.

dine interim solaretur, illos iā sui fusi sanguinis certos faciēs. At sanctorū animas, quæ iā nihil lustrādū habebāt, sua præsen-tia personali beatificat. Et equidē magnifi-ci muneris est, si rex vincitū imperio suo ē carcere soluat: at quod ipse propria manu vincitorū cōpedes, & manicas, tollat mu-neris est magnificentissimi. Anima ergo

**Zacharia 9.** Dñi per se ipsam, hoc sanctis, qui vincit te nebātur præstare voluit, vt Zacharias iam

**Apol. 2.** pridē vaticinatus fuerat. Tu quoq; in san-guine testamēti eduxisti vincitos tuos de lacu, in quo nō erat aqua. Et acta Apostol.

narrat Petru locū Psal. 15. indicasse, Quo niā nō derelinques animā meā in inferno: neq; dabis sanctū tuū videre corruptionē. Quibus verbis & animæ Dñi, & corporis mētio fit. Hoc enim vaticinabatur nō esse in pulueres redigēdū: illiusq; pristinæ ma-ledictionis expers futurū: Puluis es, & in puluerē reueteris. Illā vero præmonstra-bat egregius psaltes non esse apud inferos permāsurā. Vnde liquidū tibi erit articulū fidei illud descendit ad inferos intelligē dum esse planē secūdū realē præsentia: de qua re cōsule Hier. 2. c. lib. 2. cō. ad Ephē.

**Geras. 2.** de qua re nos annuēte Deo latius agemus

**Heb. 2.** 4. lib. Sētē. Voluit ad hæc Christus præsen-tialiter subterraneis siue inferis adesse lo-lis, vt per omnia fratribus similiſ esset, Pau-lo docēte. At verò frates Chri, id est, sc̄tō-rū animæ in limbū descēderāt locū, ab an-gelis deo iubente deductæ. Vt Luc. 16. ani-mam pauperculi Lazari tibi in rei huius paradigmā sumito. Illò quoque se cōtulit à morte sua Dñs, dustātē tamen nemine.

**Anima Iesu Christi per se ipsam de** quæ ad inferos ducebat, etiā si eā detriue-scendit ad rat nūquā, egregiè callebat. Et tādē si Chri-

stus sanguinē fudit pro fratribus, arduū ne tibi videbitur si semetipsum præsentē secū-dū animā sanctis patribus exhiberet? Quā-

**Iubilus san-ctorū patrū ex Christi in inferis præ-sentia.** tā vero voluptatis fuerit patribus animæ Iesu Chri præsentia, quis dignè expende-re poterit? quādo, inquā, viderūt tā diuti-nas prolixasq; tātī xui tenebras, à diuinita-tis Chri luce irradiari? quādo sua vincula

plusquā ferrea soluta, viderūt: qñ diuinæ pmissiones, quas iā diu expectabāt implē-das, impletas aduerterunt? qñ demū pacē cōpositā iā Dei cū hōibus, oculata fide p-spexerūt? Tu iā mecū attētissimē cōfide-ra, qbus laudibus præsentia Chri patres il-li decātabāt: quos quātosq; illidulcissimos resonabāt hymnos, q̄a optata iā diu illis ve-nerat dies: quid protoplastus ille laudis magnificētissimē extulerit noster Adam: quid Noe: quid Abrahā? quid Moses: qd deniq; cæteri patres: qd Dñi præterea præ cursor Ioānes, q̄ iā in carne præsentē esse Dñm illis annūtiarat. Nulla lingua laudes poterit retexere, neq; mēs vlla cōcipe ho-rū sc̄tōrū iubilationē, & cātīca, quib⁹ Dñi animē iā iā aduētā ad inferos obuiā ve-niētes tātī aduētū principis celebrarūt. Et em̄ si Davidi d Goliath illo Philisteo triū-phāti, mulieres Hebræe de vniuersis vrbib⁹ Israel cātātes, chorosq; ducētes, in tympanis lātitiae, & in sistris, illi occurrebant præcinētes, Saul percusit mille, & David decē millia: Chro igitur de victoria Sata-næ ouāti, & inferna potētissimē, pculcāti, cœlestia iustissimē, & misericorditer refe-rati, animæ illæ sc̄tōrū, quæ in loculamētis limbi aderāt, qbus putas laudibus, quibus hymnis, qbus Choreis, quib⁹ tympanis lē-titiae & sistris occurrisse? Tu ipse si expo-nere nosti exponito: gratiā tibi habeo.

¶ Est tertiu, qđ resurrectionis opus in ad-Tertiū qđ mirationē maximā dicit, corpus Dñi idē magis facit Christi re ipsum secūdū substātiā suā nō mutatū, ne surrexiisse. Quare substātiæ suæ inuariatam à resurrectiōe sua perstittiſse naturā docēs, Apostolis de mysterio tāto hæsitantibus, palpādū se præbuit, & tāgēdū. Palpate (in-quit) & videte, q̄a spūs carnē, & ossa nō ha-bet. In multisq; argumētis discipulis suis se viuū exhibuit. Cōuescebat em̄ & collo-q̄ba, cū discipulis suis, vt cūdē esse se post resurrectionē, q̄ pri⁹ erat ante resurrectionē aperte ostēderet. In cuius rei testimoniū clauorū vestigia, & lāceæ, corporis su- à re-

à resurrectione impressa reliquit. Quæ à Thoma exquisitè cōtacta resurrectionis Dñicæ dubia vniuersa depulerunt. Vnde quāta vesania debachatus fuerit Eutichus Cōstātinopolitanæ ecclesiæ antistes palā est. Qui insipiēter resurgētiū corporūm tabat naturā: vt Gregor. meminit. 14. mōratiū. Hic em̄ nō cōsiderans aliud esse rei substatiā mutare, aliud qualitatē, toto errabat cōcelo. At souebat ille sua deliria quia legebat Dñi corp⁹ penetrasse sepulchrū, sub intrasseq; domus Apostolicæ clausas ianuas, euanuisseq; à cōspectu discipulorū: ideo corpus Dñi in aliā naturā versum ducēbat fuisse. Itidē & surgētiū corpora vertēda. Rursum legebat Pau. 1. Cor. 15. Caro & sāguis regnū Dei nō possidebūt. Porro nō aduertebat qđ si idem corpus qđ iacuit nō surgit, resurrectionē euerti, & prorsus nullā futurā. Nā si aliud est futurū resurgētiū corpus, hō etiam alius est resurgēs à mortuo: quis ergo reuiuiscet tūc? nū ille, qđ mortuus fuerat? nō sanē, sed alius, si alius, ille qui mortuus fuerat prorsus nō resurgit. Quippe hic resurgēs, ille mortuus nō fuit.

Idem homo numero qui si nos ipſi, qui moriēdo cadimus, tūc nō resurgemus? Multo secius sapiebat ille qđ aiebat, Credo qđ redēptor meus viuit, & in carne mea videbo saluatorē meū: quē visus sum ego ipſe, nō alius &c. Iob. 19. Ego (ait) ipſe & nō alius. Nullus dubio pcul p nobis in resurrectione sufficiēdus erit: sed nos ipſi ijde secūdū substatiā, qui mortui erimus, resurgemus: & videbimus gloriā Dei. Et qđ tribulationis participes cū Chō fuere, ijde ipſi & cōsolatiōis æternæ cōpotes erūt. Erit autē immutatio grādis scđm gloriæ dotes. Corpus em̄ hoc, qđ grauat aīam, & sua mole deprimit sensum multa cogitatē Sa. 9. grauitatē deponet oēm & agilitatē incredibilē sibi cōciliabit: quæ celierrimē sc̄tōs quō quō versum sine tēdio voluerint aget. Et corpora opacitate sua obscura, tūc mira claritate clarescēt. Nam glorio fulgebūt sc̄tī sicut sol in regno patris corū Matth. 13. & Sap. 3. Et corpora, nřa quæ sua

dēsitate, & corpulentia alia penetrare nō possunt corpora: subtilitate eximia tūc penetrabūt, quæ volent corpora. Nō qđ corpora nřa suā natuā corpulētiā exuēt, & in spiritualē vertent naturā: sed quia instar spirituū alia subintrabūt corpora, idcirco subtilitatis dotē ex diuino dono illa putabis prædicta fore, vt Gregor. exposuit. Et demū nihil corporibus illis gloriosis nocere poterit. Quippe immortalia & passionis cuiusvis expertia erūt. En tibi quanta immutatio in corporibus sc̄tōrū futura erit, cuius Pau. 1. Cor. 15. mētionē faciens, Omnes (ait) resurgemus: sed nō oēs immutabimur. 1. Cor. 15. At vero nō oēs homines id temporis immutādos docet. Idest nō oēs docet ad sc̄tōrū gloriā trāsformādos. Etenim Locus Pau. hēc ad gloriā mutatio solū iustorum erit. Quorū corpora seminantur in corruptione, qđ mādant sepulturæ: sed surgēt incorrupta impassibilia, & immortalia. Seminātur in ignobilitate, qđ fāda & horrida iacet in sepulchris humana cadauera: at tūc surgēt clarissima. Seminātur mō aīalia, id est crassa pōderosa & terrulēta: tunc verò surgēt spūalia. Nō quia in substatiā spūalē cōuertētur, vt iā aduertimus: sed quia instar spirituū mirā vim penetrādi corpora alias fortiētū. Tāta erit demū sanctōrū gloria immutatio. Et vt obiter hoc subiūgā Alberti plā citū de sub tilitate reij citur. Albertū Magnū scito corporibus gloriosis, vim penetrādi corpora abstulisse. Vni corpori Iesu Chīi ex diuinitatis commercio hoc dūtaxat cōcessit. Itaq; sc̄tī quanlibet subtilitatis munere ornētur, alia subintrare corpora nequeūt. Tu lege autorem in cōmē. ad Ioā. ca. 19. Ego vero in Paulo lege suscitāda spūalia sc̄tōrū corpora. At eō spūalia dicūtūr quō diuino miraculo penetrare valebūt alia corpora. Itē & corpora nō dū suscitata ex eodē miraculo idem præstare valebūt: quæ tñ spūalia quis vocat? Quid mirū igitur si corpora sancto- Corpora san- rū idē assequātur. Idcirco crediderim potius subtilitatis dotē eo sc̄tōrū ornaturā 1. Thesa. 4. corpora, vt vim subintrandi alia corpora obtineāt. AEquum autē est vt qui dum in Tom. 2. F 3 carne

carne vixerunt spirituales se præstiterunt  
& operā carnis diffugiētes spiritus legib⁹  
se se subdiderunt, subtiliterq; discreuerunt  
quænā esset Dei voluntas, vt tunc repor-  
taturi cōsummatas sui laboris coronas, in  
carne resurgent. Quæ quoad fieri poterit  
spiritus angelici similitudinē gerat, cuius

*Cur dotib⁹  
gloriōsis ex  
ornādi sūt.*

est penetrare corpora. Vt quia tenebrāū  
opera neglexerunt, & lucē Dei illis prætu-

lerunt, ideo & fulgētissimis excitabuntur  
corporibus. Et quia Deo cesserunt, & tor-  
pedine, & inertia deposita, solicitudine nō  
fuerunt pigrī, imo in exequēdis diuinis ius-  
sis, fuerunt exequētissimi, agilitate dorabū

*Ad Hebr. 9.* tur. Et quia tādē se ab operibus mortuis  
abstraxerunt, vt Deo seruirēt viuēti: idcir-  
co vitā eternā quā in mētis claustris obser-  
uabāt, tunc in corporis foribus, patescien-  
tes, nulli passiōni, aut periculo obnoxia ge-  
stabunt corpora. Et qm̄ hāc incredibilia  
ab hoībus infidelibus iudicātur, vt narrant  
Apostolica gesta. c. 17. Ideo Paulus resurre-  
ctionē mortuorum cōmemorās patuit A-  
theniēsium cachinis. Et. i. Cor. 15. Paulus  
in hac re admonēda vehemēter insudat. I-

*Matth. 22.  
Sadducee  
gabāt resur-  
rectionem.*  
*Figura ex  
Gen. 41.  
exponitur.*

mo & dñs ipse, se tā Sadducæorū proprio  
ore apud Matth. 22. cōvulsit & resurrectio-  
nē mortuorum diligenter ex scripturis ve-  
teribus ostendit. Deus em̄ nō est mortuo-  
rum, sed viuentium Deus. Ob hāc causam  
hodie Ch̄rus Dñs triduano somno mor-  
tis decussō, à morte in vitā nouā, vitā glo-  
riosam euigilat: vt qđ in sc̄tis suis gerendū  
erat, in semetipso iā gestum esse credere-  
tur. Surrexit ergo Dñs, vt qualis sit nřa fu-  
tura resurrectio in semetipso primo para-  
digma exhiberet. Et vt oī Ioseph patriar-  
cha ille, educt⁹ de carceris ergastulo in qđ

*Matth. 12.  
Nagoga (quā generationē malā, & adulte-  
rā Dñs vocat) falso delatus, corā P̄tio Pi-  
lato, quippe Phariseorum & scribarum  
affectibus corruptissimis nō cedebat, mor-  
ti Dñm adegerūt & in carcerem sepulchri  
cōiecerunt. At verō viator surgens de fu-*

nere, princeps à Deo patre super oīa visi-  
bilia & inuisibilia cōstituitur. Quāobrē &  
ipse post cōcelestē adeptā de hostib⁹ victo-  
riā, data est, inq̄t, mihi oīs ptās & in cōelo,  
& in terra. Et sicut Banaias ille fortissimus  
subrigētibus niuibus descēdit in cisternā,  
& leonē inibi latētē occidit. 2. Reg. 23. ita  
Ch̄rus fortissimus sub mortis algori, & de-  
scēdit, in cisternā, hoc est inferos penetra-  
uit, q̄bus nulla cisterna profundior, & leonē  
inibicubātē Satanā interemit. Quā interē  
pto in ore eius inuētū est apum examē, si  
cut Sāson aliqñ in mortuo leone offendē-  
rat. Etem quos captiuos tenet bat Satanas  
sācti patres, instar apū erāt. Nāq; tātis per  
dū vitā egerūt mortale, dūlcedinis opera  
Deo gustāda exhibuerūt. Neq; in ore Sa-  
tanæ (qd̄ infernus est) sc̄tōrū aīz detinebā  
tur cōclusæ, qđ culpærū essent noxa aliqua  
cōstrictæ: sed qm̄ dū Banaias nř Ch̄rus,  
in cisternā illā potenter descēderat, vt leo  
nē rugientē Satā nā suffocaret. Et illud rur-  
sum quod Esai. 26. c. inuoluto olim prædi-  
xerat sermone perspicue cōpleuit hodie  
Ch̄rus. Et cōcūlicabit(air) eā pes pauperis,  
gressus egenorū, semita iusti recta est, re-  
ctus callis iusti ad ambulādū. Hāc enim ci-  
sternā, q̄ denarrauimus pes pauperis calca-  
uit, illius inq̄ qui cū diues esset, p̄ nobis ege-  
nus factus est. Nā pede cōculauit Ch̄rus  
*ad Co. 8.*  
Tartara, vt ecclesia canit hymno paschali  
& egenorū gressus quis alias est, q̄ sc̄tōrū  
patrū, q̄ Ch̄ri virtute vegeti, infernū quo-  
q; proculcarūt. Semita Ch̄ri qua descēdit  
ad inferos fuit recta, rectusq; callis ei⁹. Nā  
q; via recta breuissima est at Dñs infernas  
terre penetrauit partes. Et rursum Esai. 27.  
*Esaia locus  
exponitur,*

In illā die visitabit dñs in gladio suo duro,  
& grādi & forti, super leuiathā serpentē ve-  
ctē: & super leuiathā serpentē tortuosum.  
Et occidet cātū, qui in mari est. Nā descē-  
dēs ad inferos visitavit aduersus Satanam,  
(qui serpēs est antiquus, & tortuosus) qui  
seducit terrā, & sua lubricitate humanū de-  
mētauit genus. Hūc igit in gladio forti, &  
duro, visitavit dñs. Quia sua potestate dia-  
bolicas fregit vires: & vincos suos de te-  
nebris

Zach. 9.  
Iude. 16.Typus ex  
lib. Iudicū.Dominus re  
surges suū  
penetravit  
sepulchrumMat. 28.  
Mar. 16.Feminarū  
sanctorum  
laudatur de  
uoto.

nebris in admirabile lumen suū subduxit. Legimus quoq; in libro Iudicū Sāsonē Iudaicæ gētis illustrē Iudicem, meretriculā adamasse Gazēam, illiq; hæsisse. Quare hostes illius Philistēi Gazā ciuitatē obdiddisse seris, & Ianuis, Sansonē vero (infidijs cognitis) media surrexisse nocte, vēctesq; cōfregisse virbis: & portas euulsisse, suisq; imposuisse illas humeris, & hostilem de

mū euassisſe manū. Id qđ typus est Dñicæ resurrectionis. Ch̄rus nanq; Sāsonis illius instar humanā amauit naturā: illiq; tamet si Sct̄ō copulatus est cōnubio. Hostes vērō Dñi, qui alij sunt nisi Pharisæi, & scribæ quorū opera & industria pessima, morti insons adiudicatus est: & sepulturæ traditus, quā lapide grādi clauerūt, & militari custodia obmuniuerūt? At vero neq; lapidis magnitudo, neq; militaris Iudeorū custodia, Sāsonē nřum quo minus gloriosus à mortuis surgeret, prohibere potuerunt.

Nā præsurgentis timore milites exterriti sunt: & mulieres quæ visendi sepulchrigraphia venerāt lapidē reuolutū, ex āgelica manu offéderūt. Quod tñ nō reuolutū resurgēs Dñs penetrarat, & infernos vēctes, atq; portas cōfregit, beatissimas patrū aīas, sua diuinitate à vetusto carcere liberās. Sā Etæ igitur fœminę Sāsonē verū (qui cruce veluti mādibula a fini vtēs, diabolum & angelos eius prostrauit) dormiētē putabāt, cū mortuis: proindeq; inter mortuorū sepulchra Dñm anxia quærebāt solicitudine. At angelico admonētū oraculo. Noli te (inqt) timere vos (scio em quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis) surrexit nō est hic. Overē nūquā satis laudatā fœminarū harū deuotionē ardētissimā in Ch̄m. Sub nocturnis em illisq; pfundissimis noctis tenebris iter ad dñi sepulchrū adornāt, nō de cōmeatu, pprio aut dñ nocturnis timori b̄ cogitāt: sed aromata parāt, rursū vñctu rē dñi corp̄. At quò pgitis bt̄issimę? Nihil tractatis apud vos metipsas, de custodibus armatis, qui sepulchrū Iesu obseruāt, vbi arma v̄ra, vt cū armatis hominibus cōgredia mini? An vos inermes creditis armatos mi-

lites superaturas? De lapide reuoluēdo agitis, & de militibus fugandis nulla vobis cura? Fugandi sunt primo custodes, sigilla deinde reserāda sepulchri, recludendū est tādē sepulchrū. Et horū nulla apud vos ratio subducitur: sed pergitis ad vngēdū dilectissimi Dñi corp̄? Et interim ad te o Magdalena meus dirigat sermo, dicio mihi, an nō vt certa de resurrectiōe tui magistri es, satis tibi fratriis resurectio erat, quē iā quatriduanū & festētē a sepulchro Ch̄ri clāmore imperāte excitatū proprijs oculis vidi? Et rursum ad pedes Ch̄ri prouoluta, Iachrymisq; suffusa, veniā impetrasti delictorū, & quid nō credis potētē donare tibi culpas, posse quoq; & superare mortē, siquidē culpa velut aīæ mors est, quē lōge corporis supat mortē? Quid ploras o Maria ad monumētū assistēs? Tecū volue & attētius cōsidera veterē errorē iā discessisse, eccē noua facta sunt oia. Tu ergo & soales tuæ nolite iā quærere viuētē cū mortuis. Nō em est hic mortuus, quales alij q; inuiti à morte tenētur, hic autē vtroneus moritur, & ideo potētissimē mortis frēna soluit. Memēto diligēter Esai. prædixisse hūc mortuū potētissimū infinuās præcipi tabit in mōte isto faciē vinculi colligati, super omnes populos. Vinculum autē colligati morte nullū esse puto quā Ch̄rus resurgēs ex mortuis, præcipitē æterno dedit Quā obrē nō estis o sacratissimæ fœminę à réphēsione liberæ prorsus, quippe que Dñi verborū oblitē estis, id qđ vobis angelus obiecit. Nāq; recordamini, ait, qualiter loquutus est vobis, cū adhuc in Galilēa esset dicens, Quia oportet filiū hoīs tradi in manus hominū peccatorū, & crucifigi, & tertia die resurgere Luc. 24. Et quāquā Matt. 28. mulieres accessisse, & Dñi resurgentis tetigisse pedes, cōmemorat. At Ioā. 20. Mariā repulsam à Dño denarrat. Noli ait, me tāgere, nōdū em ascēdi ad patrem meū. Vnde adnotātē Hiero. q. 5. ad Hedi biā, quia incredula Magdalena persistebat idcirco errore est delusa, putās Ch̄m hor tulanū esse. Quā alioq; formā verē nō ge-

Ioan. 11.  
Luc. 7.Ioan. 20.  
Esai. 26.

Cap. 25.

Ioan. 20.  
Notandus  
Hieronymus

## Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 26

rebat Dñs. At Magdalena ex rei subito à se visæ miraculo attonita, Chrm hortulanū credidit esse. At dices, Ecqd quæ Dñm moriturū tāgere meruit, iā æterno victurū ne tāgat repellitur? qđ enim incredulā fœminā attactu suo Dñs arceret, nimirū, q̄ppe incredulitas ne tāgeret Dñm causā p̄stebat. At quæ iā dñm agnouerat surrexisse, & p̄sentiā rediuii Chri clarè testata est dicēs, Rabboni, cur arceſt à pedū osculis? At fortassis etiā si fidē resurrectio ni dñicæ iā p̄stebat, at nō prorsus p̄stebat, vt p̄stare oportebat. Etem forsitan resurrexisse à mortuis Chrm, eo mō quo fratre suū, in animū induxerat suū. Frater autem eius Lazarus resurrexit à morte, casurus tñ rursum in mortem. At verò syncera nō erat fides hæc: nō plena fides, imo corrigēda erat hæc fides, quippe credēdum erat ita surrexisse Dñm, vt ap̄lius illi mors nō dñaret: cuius tādē fidei, cōpos facta Magdalena, cū alijs quoq; mulieribus, in pedū Chri oscula ruēs, nō est passa repulsa etiā si

**Matt. 18:** Matthēus generatim de mulierib⁹ loquāt Sub qua generalitate Magdalena cōprehē

Maria Magdalena cum ceteris fœminis ad fidē resurrectionis pau latim sunt p̄motæ. dere, quis vetabit? Tetigit ergo Dñi Mortuī pedes, q̄a flagrabat amore: at victuri æternō à tāgēdis arcetur pedibus, nō quia iā teperat, aut nō flagrabat amore, quo solebat, imò fortè amoris maiorib⁹ quā priestuabat flāmis, at q̄a ad fidē syncerā dñi Iesu resurrectiōe diuinitus instruēda erat, idcirco arcetur, donec vberius accedit instructa. Et quāquā fœminæ h̄e in principio incredulam, vt Apostoli mētē gerebat, nō tñ ea duritie cordis incredulæ erāt, vt apostoli, q̄bus Marci. 16. Dñs incredulitatē & duritiā cordis, vitio vertit. At nimia tristitia absortæ mulieres incredulæ erāt. Et tñ etiā si fidē deposuerūt cōterritæ, & moero re profundo demersæ, at amoris sui erga Chrm nō teperūt incēdia, quippe studio sissimę Dñi sepulchrū petūt, & quē reuui scere nō sperabāt, vngere saltē studebant. Et q̄a iā corporali tāti magistri p̄senta e-rāt destitutæ, saltē funeralis p̄senta solari curabāt. Porrò q̄a dñi p̄ceptū est, quæri

te & inuenietis. Mulieres, quæ exequētissimæ in quærēdo extiterunt, & primæ quæ studiosè quæsierūt gloriose primæ inuenērūt. Et Iesu Chri coruscās resurrectio suo splēdore, micātibusq; radijs fœminas primo illustravit, q̄ viros. A Equū em̄ vt quæs Chrus suæ mortis causa d̄solatissimas aspiriebat suæ resurrectionis gloria lātitia anteq; apostolos, eximiaq; cōsolatiōe afficeret. Vñ tu mecum obserua, si Magdalena prima fœminarū Dñm vidit, primā quoq; in feroore amoris, in solicitudine quoq; quærēdi Chri exitisse credere par est. In quæcū mēsura illa metiebatur Chri rē, in eadē quoq; illi à Chro remēsum est. Excipe deiparā virginē, quā primo sol iustitiae mortis nubilo deposito, sua luce perfudit. Id qđ ab euāgelistis testatū nō est: quia fidelibus perspicuū futurū illud persuasum habebat. Etem si ancillis & dñi pedisequis mulieribus, Dñs resurrectionis suæ gloriā ostēdit, quid qđ & matri, & Dñatrici mulierū oīum eadē gloriā aī oēs ostēderet? Quāquā enim vt dubiæ fidei mederetur Chrs, nihil opus factō erat, genitrici suæ se p̄bēre viuū (q̄ppe in fide resurrectionis mater dñi hæsitabit nūquā) at q̄a maiori occupabat virgo mœstitudine q̄ ceteræ mulieres, idcirco resurrectiōis gaudijs ante oēs à Chro p̄ueniēda erat. Sed q̄s resurgētis & noua luce fulgētis Chri suavisima cum diua matre colloquia denarrare poterit? Fortassis em̄ hēc quæ subiūgā aut alia similia colloquij diuini erāt verba. En tibi, aiebat natus, ò mater pudicissima optatissimus tibi ad sum: & victor triūphali trophæo accedo. Lachrymē tibi iā fistēde sunt, gemitus arcēdi, dolores mortis cōpēscēdi: q̄a quē vidisti vulneribus sauciū clavis cōflixiū, lācea pforatū, & op̄pbrijs deniq; saturatū, adsum iā reflorescēs, adsum immortalisvitę, & cōpos & autor. Vt iā te ad thronū gloriæ meæ, paulo post deducē dā credas: & oībus angelicis choris te p̄excelsē p̄ferēdā, à me certa ducito fide. Cui euēstigio gratulās plusq; credi posisit mater, & tota incredibili exultatiōe hilare scens,

**Matt. 7.**  
**Mar. 4.**  
Christus glo  
rioſe matr̄ appauipri

Colloquia  
meliflua  
Christi re  
surgentis cō  
matrē.

scēs, Tibi laus, inquit, o nate, tibi clarissima sit gloria in sempiternū: quia me tua morte iā desolata, & meritissimē de tua resurrectione anxiā, tua resurrectione me modo beas, meq; eximiē latificas. Neq; em mevñq huius rei spes fecellit: sed quē mortuū vidi & fleui, resurrecturū certo tenebam. Neq; sola ego tanti solatij particeps sum, sed & cœli exultat, quos occlusos iā pridē fidelibus, iam patentissimē reseras, atq; cœlorū gaudijs, terrenus quoq; se sociat orbis, qd te redēptorē suū rediuiuum habet. Sed obsecro o nate vt trepidantia tuorū fideliū corda in tua fide stabilire velis. Hæc virgo fāt candidissima, & qd talia fando, prouolui ad Chrii resurgētis pedes nō creder, vt illos & teneret & oscularet.

Gandia Do  
minica re  
surrectiois  
sunt genera  
lia.  
  
Luce. 24.

¶ Iam verò si beatissima atq; florētissima virgo Maria hui⁹ festiuitatis celeberrimæ gaudijs primitias sortita est, si cæteræ mulieres, si Apostoli, si discipuli Dñi, si cœlū & terra exultat, inertes vtiq; & infœlices erim⁹, si tātis gaudijs nos sociare negligamus. An nō gaudēdū erit, qd surrexit Dñs verè & apparuit Simoni? an nō gaudēdū, qd resurrectio Christi nra est iustificatio?

Roman. 4. Docēte nāq; Paulo mortu⁹ est ppter delicta nra, & surrexit ppter iustificationē nram. Vt quēadmodū ipse surrexit per gloriam patris, ita & nos in nouitate vite amblemus. Chrius etem corpore duntaxat surrexit à mortuis: nos verò per eius resurrectionē & mente à peccato surgimus, & corpore tādē à sepulchris surgemus. Sed

Christus sur  
exit corpo  
renos mete  
& corpore. Coloss. 3. huius posterioris resurrectionis (quæ erit corporalis & beatitudinis humanæ cōsummatio) frui non dabi⁹, nisi prioris (quæ est mētis renouatio) in præsentia primū, fruamur. Quā Paulus insinuās docebat, Si cōsurrexitis cū Chriō, quæ sursum sunt quærite, quæ sursum sunt sapite. Is igit̄ cū chriō modo surgit, qd iacēs in p̄tōrū puluere, ex p̄ficiunt, qui rursum peccati veterno occupatus ita euigilat, vt à Chriō illumine⁹, Pauli illud secū iugiter cōmemorās, surge qd dormis, & exurge à mortuis & illumina bit te chrius. Aīa nāq; pressa culparū mor-

te & vetustate p̄tī curuata, corpus renouatū glorioſa resurrectione habere nō poterit. Nāq; & si resurgēt oēs cū corporib⁹ suis, nō tñ oēs beata immutatione immutabunt, sed solū ij, qui in fide, charitate, & spe Iesu Chrii, cursum vitæ cōsummauerūt. Id qd Ecclesia vt nos admoneret, ante qd paschalia festa celebret, quadragesimælia ieiunia atq; lamēta præmittit. Quia nemo paschalis gaudijs verè cōpos erit, qui primo peccata nō luxerit sua. Et Dñs Mariæ Magdalenæ illachrymāti, iuxta sepulchrū apparuit: quia resurrectionis gloria illis donāda est, qui lachrymis suis ppria delicta absterserūt. Quod vero Dñs illa-

Ioan. 20.

Lucæ. 24.  
Cur Domini  
nus ī hortu  
lani specie  
videbatur  
Magdalens

lans. At nulli alij cōmodius p̄ficiunt, qd iij, qd de virtute p̄grediunt in virtutē. Et per virtutis gradus sensim veluti per scalā, ad p̄mia p̄mouent æterna. Cū quibus dñs suauissimē vescit, vt quōdā cū discipulis illis, quos iā dicebam⁹ Lūc. 24. Isti p̄ficiētes, qui in via Dei in dies proficiunt sunt, qd digni habent vt à Christo Iesu scripturæ, id est, diuinorū secretorum arca na, referent. Qm quo magis fideles in via Dei proficiunt, eò magis mētis oculos illustriores affequuntur. Cui rei ipsa attestatve ritas Ioā. 8. Sivos (ait) māseritis in sermone meo verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatē. Qui em̄ proficiunt in coelesti itinere, verè manent in sermone Christi. Quia sibi aduersantia ne in via dei festinè progreditur superāt. Et isti cognoscunt ve-

Quales pro  
ficiētes sunt  
in via Dei.

Tom. 2. F 5 ritatem;

## Dilucida. & decla.in Eſai Prophetam. 26

**Cur domi  
nus peregr  
i nā exhibuit  
discipulis  
formam.**

**I. Ioann. 3.  
I. Cori. 13.**

**Luce. 24.**

**Ioann. 14.**

**Ioann. 20.**

**Huius placi  
ti est Alber  
tus Magn.  
eo. ad Ioā.  
ca. 20. & vo  
cat Ricar  
dū in eandē  
ſententi.**

ritatē, vt & discipuli duo illi dñm cognoverūt, quē prima frōte cęcitate obducti ne sciebāt. Cōmodē ergo dixim⁹ hm̄di Chriſtū peregrinā demōstrasse formā. Nanq; iſti ſe iam peregrinos fatent̄: vt Paulus de ſctis patribus ad Hebr. 11. meminit. Cōfītētes (ait) q̄a peregrini, & hospites ſunt ſuper terrā, & Iacob ſe aduenā & peregrinū cōfessus eſt, vitāq; q̄ ducebat moleſtā peregrinationē eſſe teſtatus eſt Gen. 47. Et Petrus eos, quibus ſcripsit aduenas cōſultē vocat, atq; peregrinos. 1. Petr. 2. Et demā Paulus, Dū ſumus in corpore (ait) peregrinamur à dño. 2. ad Cori. 5. Qua pppter qd mirādū erit, ſi ſanctis ſuis Ch̄r̄us peregrinis peregrinū quoq; vultū obiecerit? Porro qñ huius peregrinationis iter absolutū iā fuerit, tūc Deus ſctis ſuis in ppria apparet formā. Quia cū apparuerit ſimiles ei erimus, & illū videbimus ſicuti eſt. Flēdū ergo primo cum Maria, dein cū discipulis proficiſcēdū: vt tādē beata & immorta paſce fruamur, q̄ Ch̄r̄i reſurrecțio nobis ho- die pollicet, & donabit tādē. Quāobrē & poſt reſurrecționē ſuā Ch̄r̄us in medio A- poſtolici ſtās collegij, dixit, Pax vobis. Et eñ etiā ſi priuſq; à mortuis ſurget, iāiā moriturus, Pacē, dixit, meā do vobis, at ſa- lutatione pacifica nō eſt. Apoſtolos ſuos pſecutus, niſi poſt reſurrecționē ſuā: vt fa- cile inſinuaret, cōpoſitā eſſe iā Dei & ho- minū pacē. Quia ipſe Triūphator à mor- tuis ſurrexerat. Rurſum Spūm ſanctū re- mittēdis peccatis dediſſe, niſi poſt reſurrec- tionē nō legimus. Nāq; qui à peccato nō ſurgit resipiscēs, remiſſionis gratia nō do- nabit. Ideoq; poſt triūphū de morte acce- pto, ſuos Apoſtolos remittēdorū peccato- rū poteſtate donat. Ioā. 20. Tameti non defuerūt viri literatiſſimi, q̄ poteſtātē hāc nō culpā remittēdā ſed relaxādā poenā tradiderūt eſſe. In quorū ſentētā non eo, ſed vniuersalē illā poteſtātē cēſeo Apoſto- lis à Ch̄r̄o (vt verba dñi præſeferūt) colla- tā, & donādi culpas, & donādi poenās: vt alibi à me diſputatū eſt ſuper. 4. Sētē. libr. Si ergo Ch̄r̄i reſurrecțio Spūm ſanctū no-

bis cōciliat, ſi ſcelera nřa relaxat, ſi pacem nřam cū Deo cēponit, quid nobis reſtat niſi à peccatis mūdare mētē, vt triūphato ri Ch̄r̄odigne occurramus, ne obiurgatio ni pateam⁹, illi cui Miphiboseth aliqñ pa- tuit, q̄ reuertēti Dauidi in pace (adepta de Absalone viſtoria) deſcēdit in occurſum regis illotis pedibus, & intōſa barba, & veſtibus nō lotis: indigno vtiq; apparatu, & ignobili pōpa, pro tātī regis occurſu, pro tamq; festiua regis viſtoria. Talesq; & iſi ſunt, qui paschali hac ſolēnitate regi regū Ch̄r̄o de Satana triūphāti, (q̄ eſt vel vt alter Absalō regnū Dei qđ eſt Eccleſia con- turbās) occurūt tñ Ch̄r̄o illotis pedibus. i. immūdis referti cogitationibus, & intōſa barba. Quæ cū ſit virilitatis inſigne, ijeā Intōſa bar- ba & ſordi- de veſtēs quid deno- tant. ſubmittūt: vt & illi immūdas gerūt veſtes qui corruptis verbis fideliū oculos ledūt, & corruptis ſermonibus pias offendūt au- res. Quæ oīa à nobis abſtergenda ſunt: ſi tñ dignē tātē celebritati huī diei intereffe volumus. Quā quidē ipſemet Ch̄r̄us re- ſurgēs. 40. diebus cum diſcipulis ſuis cele- brare voluit: cuius inſtar Eccleſia totidem diebus illā venerat & colit, vt illā teſtatiſſi- mā fidelibus relinqueret. Ideoq; hoc die- ū ſpatio apparuit, & collocutus eſt cū di- ſcipulis ſuis, adeò vt oſtēderet manus, & la- tus, fixurasq; clauorū, vt de tā arcano my- ſterio inſidelitatē, p̄ſuſ abigeret. At po- pta eſt diſputatio ſi mortui incorrupti re- ſurgebāt tradēte Paulo, igī dñs incorrupti ſi ſurrexit. Quid ergo eſt, qđ fixuræ aut foramina clauorū, & lāceę, in corpore dñi ſuperſunt? Foramē nāq;, corporis cor- ruptio eſt. At lectione Græca nō fixurā ha- bet, ſed figurā: typon, enim habet. Et ex lectione hac dubiū aliā graue ſubmouet̄. Etem in corpore Dñi nō vulnera, ſed vul- nerū extāt veſtigia. Et ita ſentit Theophi lactus q̄ veſtigū legit: etiſi Cirilus fixuras legit vt trāſlatio vulgata. At vero veſtigia vulnerū cicatrices appellant̄. Quæ quidē etiā ſi in corpore glorioſo ſuperſtitioſes ſint, corporis gloriā nō ſœdāt, ſed poti⁹ ornāt. Aduertēda Euangeli- diſputatio.

Sunt

Typ⁹ ex li.  
2. Reg. 19.  
exponit.

Acto. 1.

Dies reſur- rediōnis quadraga- diebus cele- bratur à do- mino.

1. Cori. 15.

Aduertēda

Evangeli- diſputatio.

Quid in Christo clavorum fixum  
12. Sunt enim cicatrices istae in Christo seu lineae quædā indissimiles, quæ vulnerū protestantur veritatē extitisse. Ita Augu. profitebatur contra paganos. Sciet, inquit, non vulnera sed cicatrices vulnerū, Apostolis proposuisse. Et ita ipse legit de narrā Epistolam Ioh. Quod vero Dominus Thomae iussit, Infer digitū tuū huc, & vide manus meas: & affer manū tuā & mitte in latus meū. Non eò iussit, quod in foraminosum corpū, aut Thomae digitū aut manus, erat inferēda (quippe incorruptissimum, & integrum, iam dñi corpus erat) sed eò dixit, quod cicatricibus à Thoma inspectis ( Magno Alberto Comm̄. ad autore) infidelitatē deponeret. Neq; Ioh. inquit Thomā a sumo fuisse corpus dñi tangere: at insinuat vestigijs vulnerū visis, resurrectioni dñi fidem habuisse. Unde subdit, Quia vidisti me Thoma credidisti. Et non dixit, Quia tetigisti me Thoma. Etiam si D. Tho. 3. p. q. 54. ar. 4. tetigisse ex Leonis papæ sententia astruat & Theophilo & Cirilo, idē placuit cōm. ad Ioh. quia scriptura nos non coarctat ut visum extendamus hoc loco ad tactū, quiescēdū videā in visu. Non enim forte quispiā arbitriabitur Diuū Thomā adeo inurbanū & incivile, qui auderet in corpus Dñi, sibi colloquētis, manus ingerere suas: vt Glossa ordinaria tradidit. Neq; rursum adeo tenacē & infidelē, ut tactus beatissimi corporis, egeret, ut se ab infidelitate subduceret. Cui satis videbat, vel cicatrices sacrorum vulnerū inspicere, vnde resurgēt eundem qui crucifixus fuerat, colligeret sufficiēter. Quibus tamen accedit quod dñs ceteris, quoque Apostolis Luc. 24. se spectādū, & palpādū præbuit etiā si scriptura non meminit quod palpauerit: at viderūt cicatrices manū, lateris, & pedū. Thomae quoque dñs se tangēdū exhibuit, ut illius annueret votis. Hoc enim ipse secū faciēdū decreuerat, quoniam resurrexisse dñm à ceteris apostolis acceperat. Ioh. 20. Nisi video(ait) in manibus eius fixurā clauorū, &c. Et fortassis inspectis cicatricib⁹ à tactu abstinuit. Et si Leo Papa illū tetigisse doceat non ad pfectū suā, sed

nostræ fidei. Et demū siue tetigerit, siue non tetigerit scriptura non aperte cōmemorat, neque de Thoma neque de ceteris Apostolis. Qui oēs nō increduli erāt ex animi prauitate (ut sunt hæretici) sed ex nimia nouitate reitātē quæ videre desiderabāt de territi, fidē Dñi resurrectioni non præbebāt. Id circō mulierū testimonia, quæ cum oculata erāt, & à dñi pede sequis, & incorruptis imo sanctissimis fœminis exhibita, erant utique non penitēda testimonia, & dignissima, quæ ab Apostolis reciperentur. Quæ alioqui visa sunt ante eos tanq; delirantē, quāobrē dignissimi fuerunt Apostoli qui à Dño obiurgarentur. Ideoque illos duros, stultos, tardosque; ad credēdū dñs iustissimè vocat. Quippe Dñi resurrectio credēda erat ab Apostolis, cū qua oraculis extabat prophetarū, viuificabit post duos dies. Vaticinarē fuit Oseas, Et tertio die suscitabit nos, & viuemus in cōspectu eius: tū quod ex sacris tenebāt Apostoli codicibus, quosdā olim suscitatos iam fuisse, à morte in vitā ne insolēs prorsus dñi recēs resurrectio haberef. Denique ab ore magistrī didicerant, tertia die surrecturū à mortuis. Dñs autē quæ est eius erga homines clementissima dignatio, illorū infirmitati se attēperās, semet ipsum tāgēdū & spectādū, prōptissimè præstīt. Palpate (inquit) & videte, quia spūs carnē & ossa non habet. At vero multorū extat sententia, si non alij Apostoli dñm tetigerūt, certe Thomā tetigisse. Id quod potuerit fieri quis inficiabit, etiā si sacra euāgelia non exprimāt, non solū Thomā potuisse tāgere quænetiā & ceteros apostolos? Neque arbitror in his cōtēdēdū, esse ad modū, modo īcōcūssum apud nos sit, corpus gloriosum Iesu Christi citra corruptionē vulnerū surrexisse, sed trophaiū (quod probabilius mihi est) notas atque vestigia à sepulchro secum cōuexisse, vel si discōtinuatio aliqua est illam citra fœditatem operatam esse lucis eximia refulgentia ut Tho. arrisit, crucis tamen notas usque modo afferuatas retinet, & retinebit. Ut sancti Martyres Christi, quando corpora resument

Apostolino fuerūt in cordi ex animi peruvicia aut prævitate.

Oseas. 6.  
Tres causæ  
quare iuste  
obiurgantur  
à Domino  
Apostoli.

Lucas. 24.

sument sua, martyrijq; gloria coruscabūt,  
illa quoq; vestigijs suorū tormentorum &  
martyrij insignita clarissimē referēt. Quē  
erūt tanq; æternū propriæ victoriae & me

An sint fixu  
re clausorū  
in manibus  
domini mo  
do differi  
tur & q̄o  
modo.

moriale trophæū. Quanq; scio Cirilū (qui  
vt diximus fixuras legit) credidisse Dñm  
(qui alioqui corpore incorrupto surrexit)  
ex disp̄satiōe quadā cū stigmatibus Apo  
stolis suis corpus suū demōstrasse, & late  
re aperto, & manibus & pedibus, & nō so  
lū illis, quin & Angelis ascēsurus iā in cœ  
lū: & indicat Esai. 63. dicētē, Quare ergo  
rubeū est vestimentū tuum? & Zacha. 13.  
Quid em̄ plagæ istæ in medio manuū tu  
rū. Quæ interrogationes sunt Angelorū,  
Christo factæ. Neq; Theophilactus pluri  
mū abhorrere videt à Cirili placito. Moto  
em̄ dubio p̄dicto, responderet per attēpera  
tionē ad Apos. infirmitatē surrexisse dñm  
habētē signa crucis, & vulnera: tametsi in  
alia re discrepet. Cirilus nāq; credit Tho  
mā nō ex infirmitatē icredulū, sed p̄gau  
dio: vt & cæteri Apostoli. Lucæ. 24. At  
Theophilactus incredulum ex infirmita  
te putat: cui sub scribo. Iā vero vt ad pristi  
num redeamus coax. ¶ Certā iā, illamq;  
vehemētissimā spē de ventura mortuorū  
resurrectione nos cōcipere oportet, & qđ  
prothema nostrū proloquit̄. Viuent mor  
tui tui, intersecti mei resurgēt, inconcussa  
fide retinere. Quanq; em̄ naturæ ordo re  
surrectionē mortuorū nō teneat, imo con  
tra doceat à perfecta priuatione ad habi  
tū impossibilē esse regressum, vt à cæcita  
te in visum, à surditate in auditū, à morte  
deniq; in vitā: verū Ch̄ri resurrectionē no  
strā admonet resurrectionē. Et quia ipse

<sup>z. Cori. 15.</sup> resurrexit, & nos itidē resurgem⁹. Et sicut

in Adā oēs moriunt̄: ita & in Ch̄ro oēs vi  
uiscabuntur: vnuſquisq; in suo ordine, pri  
mitiē Christus. Vt ergo peccatū primi ho  
minis sua cōtagione oēs homines inficit.  
Quare mors in oēs sequit homines, Paulo  
testātē ad Rom. 5. Per vnuſ hominē pecca  
mas ſpirantes, algentiſſimos Iudaeos atq;  
rebelles Ch̄ro ignito Dei ſermone flagrā-  
tiſſimē incenderūt: & Christo eximiē ſub-  
egeunt. Multi(ait) eorum, qui audierunt,  
crediderunt, & factus eſt numerus eorum  
quinq; millia, vel vt alia habent exempla-  
ria viatorū quinq; millia. Entibi pifcatores,  
& publicanos, vniuersi orbis cœleſtis do-

trinæ magiſtros, & doctores d̄ repēte fa-  
ctos, en homines iſimē notę, & ex media  
plebe cula in principes ſuper omnē terrā,  
erec̄tos: en pauidos, & meticuloſos, qui re-  
liſto Dño omnes fugerūt, & qui clauſis ia-  
nuiſ & fortassis repagulis firmiſſimis obfir-  
matis, clanculū intra cōgregati erāt pro-  
pter metū Iudæorū, impauidiāt & auda-  
ciſſimi minas calcant, & mortē iā irrident  
Ibant nanq; apostoli gaudentes à cōſpe-  
ctu conciliij, quoniā digni habitū ſunt pro-  
nomine Iefu cōtumeliā pati A&t. 5. **Quis**  
amabo tātē transformationis fuit autor? V-  
tiq; quia factus eſt repēte de cōelo ſonus  
tanquā aduenientis ſpiritū vehemētiſ, &  
repleuit totā domū vbi erant ſedentes: &  
apparuerūt illis diſperitāe linguāe, tāquam  
ignis: & ſedit ſupra ſingulos eorū, & reple-  
ti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Quid obſe-  
cro à me petis autorem? ſpiritus enim ve-  
hemens eſt, de cōelo rapido deſcēdēs cur-  
ſu. Viderat olim Elias ſpiritu grādē, & for-  
tē, ſubuertētē mōtes, & cōterētē petras, at  
in ſpiritu illo nō erat Dominus. **3. Reg. 19** **Typ⁹ ex lib.**  
Hic autē ſpiritus etiā ſi vehemens cōme-  
moratur, at in hoc ſpiritu Dominus. Vētū  
enim excitauit tūc Dei ſpiritus vehemen-  
tiſſimū, & ſonorū, & in hoc vēto vehemē-  
ti, Domini ſpiritus vehemētior à cōelo in  
terrā delabitur: & in humana mirabiliter  
ſe inſinuat pectora. Hic ſpiritus non mon-  
tes ſubuertit viſibiles, aut petras conterit  
ſenſiles, ſed humana corda plus quam la-  
pidea molleſacit, & cōfringit. Prior ſpiritus  
vehemens ſonat, posterior vero ignis, &  
ſonat, & micat, & inſedit. Prius nanq; Dei  
vox penitiſſimo mēti noſtrā ſonat ſibili-  
quā mens igniatur. Ligna nanque hu-  
mentia, quō facilius ignem excipient, ven-  
tis ſiccanda exponūt. Humana quoque  
corda, quā terrenis humida ſunt affecti-  
bus, ſpiritu vehementi hoc diuino in pri-  
mis parantur, vt proprijs exutis affectioni-  
bus, diuinus ignis cōceſtē in illis operetur  
amorem. In mundi naq; huius viſibilis ex-  
ordijs, ſpiritus ferebatur ſuper aquas: & in  
mūdi quoq; per Christū reparatione, ſpiri-  
tus

Ioan. 20.  
Trāſforma-  
tio ſeu meta-  
morphoſis  
apostolica  
miraculoſa  
Acto. 2.  
Regum.  
Obſeruāda  
cōparatio.  
Gente. L.

<sup>Spūs sancto  
fertur super  
inuisibiles  
aquas.</sup> **tus** diuinus fertur supra inuisibiles aquas. **Quia** blādimēta seculi, mundanæ pompx deniq; mūdanæ omnes vanitates, & varie tates, quid aliud obsecro sunt, quā vndosi gurgites homines incautos demergētes? Supra hos gurgites vastos fertur iste, qui descēdit hodie spiritus, vt spirituali igne succēsi blādimenta seculi noxia, caduca ri tē fideles esse putēt. Spiritus igitur fertur super aquas: at caro aquis prorsus inuolui tur, & immergitur. Hæc nāq; duo spiritus, <sup>Ad Gal. 5.</sup> & caro contraria sunt. Porrò qui flumina traijcere natando non sunt experti, vesicu lis flatuosis, aut cucurbitis spirituosis yntun tur, quarum opera corpora grauia in aqua rum lata tramite, non demerguntur: imo <sup>Obseruāda  
cōparatio.</sup> sublime ferūtur. Ne ergo nos secularium vndarū blandus sanè at voracissimus vor tex inuoluat, Spiritum sanctum nobiscū oportet cōuehere: qui nobis supernatare p̄stet, submergi vetet. Hic spiritus enim est veritatis spiritus, non falsitatis, est firmi tatis spiritus non vanitatis, est lucis spiri tus non vñbrarum. Est denique spiritus qui à Patre luminum procedit, nō à patre mēdacijs, qui Satanas est, non ab scaturigine malorum omnium, quæ cupiditas est: spiritus gaudij est, non mōeroris. Nam re gnum cœlorū non est esca & potus: sed iu stitia, & pax, & gaudiū, in Spiritu sancto. Et huius spiritus gaudium plenū est, quod nemo (ait) toller à vobis. Hunc spiritum ascensurus Christus ad patrem, & corpus suum à conspectibus humanis ablatus, & sideribus illatus alumnis suis Aposto lis in pignus æternæ hæreditatis donat, in consolatorem humanæ miseriæ p̄sttat. Ego(ait) apud Ioan. 14. Christus, rogabo patrē, & aliū paracletū dabit vobis, qui ma neat vobiscū in æternū. Est sanè pater cō solator, testante Paulo. Qui est(ait) pater misericordiarū, & Deus totius consolatio nis. Est quoq; filius consolator, est demū Spiritus sanctus paracletus, vel cōsolator. <sup>2. ad Cor. 1.</sup> Pater sanè consolatur nos in omni tribula tione nostra: quippe misit verbum suū qui nobiscum sit usque ad consummationem

seculi. Est autē filius cōsolator aliis ab spi ritu sancto. Dabit(inquit) vobis alium pa racletū. Filius cōsolator est, quia redemit nos sanguine suo, & à diabolo captiuos, in libertatem diuinæ afferuit gratiæ. At veri fideles s̄pē laboribus torquentur, vndis diuexantur seculi, incredibilibus tentatio nibus cōstuant. Quos in tātis calamitatibus cōstitutos, Spiritus sanctus est qui vnicē solatur. Solent enim homines quādo cani culæ incēdijs ex cōstant, refrigerāte cōsolari aura. Spiritus quoque sanctus, vt aura <sup>Obseruāda  
cōficij  
collatio.</sup> cōlestis, fideles afflans temptationum om nium refrigerat incendia. Ad hæc si nauis à nauigatione retrahitur vento contrario, nauis cursum, in alium auertente locū, grādis mōeror est, grandisq; animi deiectio nauigantibus, at verò quando secundus aspirauerit flatus, vt propero liceat cursu in portum appellere, quis nauigantiū con solationē pretio cōstimabit? Sancti igitur, quibus hoc studij nunquam non est portū æternæ petere vitæ, nonnunquam veluti in hoc seculo stagnantur, nē quod ardēter habent in votis, opere compleant, Mūda nis nanq; fluctibus aliquā inuiti obruūt, diabolicis s̄pē technis, s̄pē ipsis repugnantibus impediuntur, vt tūm non sit, vor tibus seculi infœlicibus non absorberi. Cæterum quando in remigando laborāt, quando in repugnādo aduersarijs studēt & affliguntur, quia ventus est illis contra rijs (vt Apostolis remigātibus olim erat) en tibi adeſt flatus diuini spiritus, qui est <sup>Marc. 6.</sup> secundissimus fidelibus, nā hic flatus Dei marinas huius seculi sedat fluctuantes vidas: quia cōsolatur nos spiritus iste Dei in omnibus miserijs nostris. Ideoq; exhibetur nobiscū perpetuo māsurus: vt in iugi bus nřis laboribus, iugis nřa sit cōsolatio. Iratus quōdā deus, Nō permanebit, dixit, <sup>Gene. 6.</sup> Spūs meus in homine, quia caro est. Iā ve ro sanguine Iesu Chři placatus spūm suū <sup>Deus iā pla cat⁹ per san guine filij</sup> donat hoībus, ēterno cū illis permansurū: & à carnalitate in spiritualitatē trāsfert, vt sui spiritū cū spiritualibus hominibus commerciū suū donat, agere ipse Spūs sanctus nō dedignet. Et

quamquam unaquæque diuinorum personarum consolatoria est, una tamē est consolatio: quæ à Trinitate procedit. Quia una est diuinitas, quæ in Trinitate subsistit. Itaque consolatio, quæ ab Spiritu sancto proficitur, à Patre & Filio progressum habere censenda est, ut quæ à Patre & filio, ab Spiritu quoque sancto profici credenda.

Porrò autem, si qualis sit iste spiritus, qui consolatur nos, exactius dignoscere cupis, meminisse philosophorum placita oportebit, qui ventorum naturas ab originibus vnde flant sedulo scrutantur. Spiritum enim calidum, qualis Auster est à meridionali plaga, quæ feruens est, ortum habere ducunt. Ut frigidus ventus exortitur Aquilo à Septentrione, quæ regio cœli algens est. Et demum quod subtile alij sint spiritus, alij grossiores, alij salubres, alij pestilentes, ab ipsa origine vnde spirant proprietatum discrimina sumunt. At verò Spiritus sanctus, qui sub forma vehementis venti, atque linguarum hodie de cœlo descendit, originem petit altissimam. A patre nanque & filio paracletus

procedit. Idcirco spiritus amoris est, quia ab amore virtusque spiratur: spiritus gaudij, quia à beatissimo mutuo que patris & filij gaudio est: spiritus veritatis, quia ab æterna veritate. Et demum si iuuat in omnia discurrere, quæ liber Sapientiae cap. 7. nos docet, illa à suo principio habere spiritum sanctum promptum est. Spiritus (inquit) intelligentiae, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, & demum omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus subtilis. Quæ omnia quis vertet in diuum à suo perenni fonte vnde dimanat, Spiritum sanctum accipere? Pater nanque, & Filius unus sunt spiritus subtilis, quippe omnia penetrant, omnia implent: & sunt incoquinatus spiritus, quia abhorrent ab omni labe: & disertus sunt spiritus quia omnia scunt, & omnia scrutan-

tur: omnia denique prospiciunt, quia nihil illos latet: omnem denique continent spiritum. Aspicis ne vt à beatissima origine Spiritus sanctus suis fruitur attributis? Quibus accedit consolatoris etiam nomen, quod est Spiritus sancti nomen non esse prætermissum à diuina sapietia. Nam sp̄s s̄cūs que inter cognomina quæ retulimus, humanus quoque, itidemque benignus Dei cognominatur spiritus. Humanus equidem, non quia est creatus, vt cæteri alij spiritus, quos continet Spiritus sanctus. Creator nanque est hic spiritus, non creatura. Nam consubstantialis est patri, & filio, vt Iohannes testimonio comprobatur. In diebus (ait) nouissimis effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod oraculum Petrus concione habita ad Hierosolymitas indicat. Actorum. 2. Et quid est, Effundam de spiritu meo, nisi spiritum qui mihi consubstantialis est, effundam super omnes homines? adnotante Didymo libro. 2. de Spiritu sancto. Creatus nanque spiritus non est de Dei spiritu, sed à Dei spiritu. Neque creatus spiritus, qualis est vel Angelicus, vel humanus, effundi potest super omnem carnem: est enim finitus propriæque creationis coarctatus angustijs. Quare non extra se fundi potest: quia limites tenet, quos intra conclusus constringitur. At Dei spiritus nullis propriæ substancialiæ, quæ immensa est, terminis continetur, in omnia penetrat, in omnia se dilatat, atque diffundit. Itaque & quia de spiritu Dei est hic spiritus, & quia effusibilis, est super omnem carnem, propterea creator est, aut quia creator est effusibilis super omnem carnem est, & Patri & Filio coævus, & homousios est. Humanus ergo eatenus dicendus, quatenus benignus, & benignus quatenus suauiter beneficis: vt eiusdem sapientiae monent verba. Substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam (ait) quam in filios habes, ostendebas. Nimis hodie Dei substantia quæ est paracletus Spiritus sanctus, & dulcedo diuina Apostolis ostenditur,

Origines  
veterum quæ  
sunt.

Origo Spi-  
ritus sancti  
à patre & fi-  
lio.

Spiritus san-  
cti attribu-  
ta.

Creatus spi-  
ritus nō po-  
test effundi  
super omnem  
carnem.

Cap. 16.

ditur. Quos enim moestos, quia solatoria præsentia christi corporali orbati erat, videbat, sua præsentia personali hodie solatur, atque lætitificat, & linguis dispartitis igneis, vniuersi orbis magistros certos constituit. Et quia videbat tradēdos coronam concilijs, iudicium & Synagogis, presbyterorum & sistentes ante mundi principes, & pro veritatis fidei exhibendo testimonio, torquendos vehementissime, ideo etiam sub spiritusvehementis forma se prodit Spiritus sanctus: ut in tormentis, mundiq; æstibus, diuina se recreandos aura, tanquam vento quodam certissime sperarent. Ideo Lucas cōmemorat factus est repente de cœlo sonus, tanquam spiritus

*Loc⁹ Lucae Acto. 3. exponitur.*

vehementis. Cur obsecro venti vehementer spirantis descensurus Spiritus sanctus excitauit formam? Arbitror, quia vehementem quoq; pollicebatur consolacionem: nam laboribus vehementibus, suorum vehemens quoq; aptāda erat consolatio.

Omnes sanè spiritus Paracleti apparitiones mysterij sunt refertæ cœlestibus. Et enim illā quę omniū recēsetur prima sub colubina videlicet specie, esse Christi innocentiae symbolum, quis ignorat? at illa quæ sub nubis legitur forma, Christū esse umbraculum nostrum denotabat ab ęstu, equidem & in securitatē, & absconsionē, ab omni malo, vt Ioānes Damascenus nō ineptè testatus est. Vt quæ sub specie flatus exhibita est, misericordiam diuinā & fauorem pœnitētibus à sacerdotibus esse promittendaplanè notat, modo ritè de peccatis doleant. Flatus nāq; mollis & suauis est, qui refrigerat calida, & calefacit frigida. Nam sub brumalibus glaciebus manibus nostris, & ceris halitū nostrū afflando, illis calorē impartimus Spiritus quoq; sancti gratia, ita in confessionis vocalis est administranda sacramento, vt frigidos peccatores nouerint sacerdotes halitum aspirando diuini verbi fouere, excitare, & animare, vt fructus pœnitētiae dignos presentent. Superbos vero & tumētes ex meritorum inani pompa sacerdotum est infri-

gidare, vt nouerint in Deo gloriari & nō in proprijs quę ignorant meritis. Tandem verò se hodie ostēdit Spiritus sanctus sub specie spiritusvehementis, de cœlo tonantis, & sub aspectu linguarū ignearū. Spiritu enim nihil velocius, & igne nihil effica cius est. At Spūs sanctus ocyssimā habet operationē. Nescit enim tarda molimina, Spūs sanctus autore Gregorio, Spūs sancti gratia, & rur ocyssimā sum nihil velocius accedit, aut recedit, q; rationem. spiritus, siue ventus, siue vitalis, aut anima lisspūs sit. Est enim aduertere hominē semianimē, aut exanimē, ex cōrdis deliquio, aut syncopismo, quē tñ si asperseris aqua frigida, aut alio medicamēto illi sub ueneris, subito collapsos reparat spiritus. Quippe qui ad cordis penetralia, & ad vi Syncopis scera ipsa se detruserāt in deliquio spūs facili irritamēto ad exteriōrē cutē euocant. Spūs quoq; sancti gratia, & facile accedit, & facile quoq; recedit. Neq; magnonego Spūs sancti trahit, neq; maximo repellit. Qui enim gratia facile peccatū admittit, à se facile depellit Spūm sanctū: vt is q; resipiscit, ad se facile trahit. At vero peccare, & resipiscere in puncto Sapien. 7. sāpē gerūtur. Quapropter diuina sapiētia mobilē vocat diuinū spiritū. Sub flamma quoq; ignis, quæ lingua formā præferebat visib⁹ Apostolicis apparuit. Multa Cur Spūs emignis habet munia, quę Spiritui sancto secūdum rationē suam sunt cōmunia. Ignis enim sublimia petit, puritate inter omnia elementa nitet: quippe semotissimus est à corruptibilium, & generabilium rerum commercio. Subtilissimus est: ideo omniū elemētorū maximē penetrās. Ocyssimā proinde operationē habet: quia calidissimus & subtilissim⁹ est. Habet vim preterhæc excoquēdi, abstergēdi, & purificādi: sua luce rursum lætitificat: suo calore fuet, & cætera multa alia habet, q; bus natura sua mirè dotata est. Contrahit enim ex Igne appris tates Spūi sancto aptā collatio. tēsa: liquefacit metalla: frigida cōdēsat: in firma consolidat, alienam in suam trasformat naturam. Vt ligna vertit in ignem, & cætera, quæ quidem vniuersa Spiritui sancto aptissimē cōgruunt. Spiritus enim sanctus

sanctus in superna mentes humanas trahit, à terrenis affectibus abstrahens. Hos enim defecat, & ad purum excoquit. Ut Esaiæ. 1. ipse met' spiritus de semetipso testatur. Et conuertam, ait, manum meā ad te, & auferam omne stannum tuum. Id quod hodierna die Apostolis præstigit superueniens: quos sic expurgavit ab omni mundana fæce, ut tanquam argentum purissimum, illos reddiderit: ut suo tinnitu omnem impleuerint orbem. Argentum enim & quadus metallū, quod extraneis miscetur, nō pure in sua natura subsistit. Idcirco spiritus quanto à carnalibus fôrdibus, secretores nos inquenerit, tanto efficacius nostra penetabit corda, homines rursum alias ignaros, disertissimos reddidit, Spiritus sanctus, nam Apostoli, hodie profundissimā diuinarum misarum arcana subtiliter penetrantes, magistri sunt effecti orbis terrarum, & diuinæ legis creati à Deo doctores. Lege Apostolica gesta & si oculatè inspexeris, miraberis Petrum (qui dudum retia & piscatutam reliquerat) sacra hodie enodantem verba. Homines rursus Spiritus sanctus alioqui obscuros, & viles, & ignobiles, clarissimos, & nobilissimos, toto orbe terrarum hodie constituit viros: ut imperatorum omnium maiestas illis cedat: philosophorum omnium gloria, & sapientia, ad Apostolicam relata doctrinam, tanquam arena sit exigua. Hoc denique in Christi amore adeo liquefecit, ut pro minimo ducerent sanguinem in eius gratiam fundere. Vnde Paulus hoc igne liquatus ardētissima protulit verba ad Romanos. 8. Quis nos separabit (inquit) à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an famæ? Et tandem si bi respondens, Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei; quæ est in Christo. Huius ignis rursum

liquantis Apostolica corda flammæ miscabant, quando principibus & magnatibus, audenti & firma voce Petrus & Apostoli alij dixerunt, Obedire oportet Deo magis, quam hominibus: & illorum spennentes iussa, & contumelias, ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habitu sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Actorum. 5. Ignis demum iste humanas in se transformat mentes. Quia illas ad se trahit, rapit, & vertit. Raptus enim erat ab hoc igne, qui aiebat, Quo ibimus Domine quoniam verba <sup>Ioann. 6.</sup> tæ æternæ habes? Et rursum ille, qui, Viuo ego, iā non ego, sed viuit in me Christus, clamabat. Hic ergo ignis est ille, quem Christus cum hominibus agens, ardenter optabat fundi super terram. Ignem, ait, Luce. 11. veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat? Et hodie de regalibus suis sedibus in Apostolicam turbam discipulorumque conuentum misit. Erant enim hoc patris promissum expectantes ferē centum & viginti. Neque solum Apostolica, & discipulorum Domini in se transfiguravit corda, quin etiam & omnium electorum. Ignis nāq, iste in martyres, virgines, confessores, & reliquos omnes sanctos ad se ita vehementer attraxit, ut vitæ æternæ incensi amore mundana calcarentur in via. Hic est ignis, quem nisi curamus per vigil studio diligentiq; opera in intimis nostris accendere, frigidi & inepti corā Deo apparebimus. Iubebat nāque olim Deus, ut in altari suo ignis iugiter adesset: & igne sacerdotum sacrificium consummandum erat. In præsentia vero quando lex illa euauit, in altari altero ignis quoque alter perpetuus sit oportet. Quippe in corde humano Spiritus sancti charitas nisi arserit, diuinæ amicitiæ expers erit. Legimus quoq; in Exodo. 24. Erat autem species gloriæ Dei, quasi ignis ardens. Et rursum in libr. Numero. 9. à vespere autē super téteriorum erat, quasi species ignis, usq; mane. Iā enim seculo illo adūbrabat Deus, id qđ in nouissimis diebus (vt Ioei inquit) gesturus

Locus ex  
Leuiti. 6. ex  
ponitur.

In teatamē  
to veteri  
Deus sub  
igneā spe  
cie ostende  
batur.

gesturus erat , scilicet Spiritum sanctum suum in specie ignis super alumnos Christi mittere. Hic autem ignis super tentoriū micat (quod est Ecclesia Iesu Christi. ) Fidelium enim gressus sua luce & splendore dirigit, ut ab scopo vitae æternæ non declinent. Qui ignis tentorio huic , donatus est vespertino tempore, usque mane. Quia aduerserat mente mundo, verbum caro factum est : & cœlestia penetrans de proprio igne hunc ignem hominibus dedit. Deus enim ignis consumens est. Pater ergo ignis est, & filius ignis est, & Spiritus sanctus ab hoc igne, ignis quoque procedit. Et Moses rubum vidit in deserto flammantem, & illæsum: ubi Dominus cum Mose loquebatur. Exodi. 3. Ut dubio procul in visione demonstraret, Spiritus sancti ignem ardentissimum esse , sed non lalentem , ferventissimum esse , sed non comburentem. Qui enim lædit, qui comburet, qui ab omni læsione , & ab æterna combustione hominem præseruat? Contendit Diuus Hylarius personam filij gessisse illum, qui apparuit Mosi, in rubo duodecimo de Trinitate. Verum hoc huic instituto impertinens est differere. Iste est spiritus ille, cuius visio illa Ezechiel. meminit , cuius impetu beata illa animalia acta graduntur , & non reuertebantur, cum ambularent. Fideles namque hic spiritus agit , Paulo docente ad Romanos.

Ad Heb. 12  
Typus ex  
lib. Exodi  
declaratur.

8. Qui filii Dei sunt, spiritu Dei aguntur. Quod si nonnunquam filii Dei retrocedunt à via Dei cœpta, ut de suis Galatis Paulus scripsit hæc, retrocessio non est ab spiritu Dei (qui nunquam nō progressum in via Dei monet) sed proprij arbitrij uitium est: nam Apostoli antequam hoc spiritu imbuerentur retrocesserunt. Porro simulatque igneus iste illos solidauit spiritus, non sunt reuersi retro, sed fœlici processu cursum suum consummauerunt. Et germanissimè Ezechiel subdit, Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardantium, &

Cap. 1.  
Ezechielis  
visio expo-  
nitur.

Cap. 1.  
Spiritus Dei  
sanctus agit  
sanctos.

quasi aspectus lampadarum. Nam hodie beatissimi Apostoli tanquam carbones succensi sunt ab Spiritu sancto: qui tanquam ignis à facie Dei exarsit, & tanquam micantissimæ lampades super candelabrum sanctæ Ecclesiæ illustraturi orbem accenduntur. Carbones autem non accensi terti sunt, atque turpes , quos ut semel accenderit ignis, claritate eximia coruscant. Et non iam carbones , sed ignem dixeris , quos ignis in propriam traduxit naturam. Tales fuerunt Apostoli cæterique discipuli Domini. Nonne carbones sunt dicendi, qui nati sunt filii iræ, ut cæteri mortalium omnes? At vero Psalm. 17. hodierna die ignis à facie Dei exarsit: & hos carbones accendit ab hocque flamigero igne succensi orbem succenderunt. Iam ergo post hæc noli iam Apostolos ut carbones despicer: imo rectius illos ut ardentissimos, cœlestesque lampades suspice. Rationis nanque æquitas est ut siquidem Apostolorum Dominus, & magister lampas est , ex Esaiæ vaticinio. 42. erat enim Ioannis. 1. lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ita alumni & discipuli Domini lampades quoque sunt. Vos, ait, estis lux mundi. Hodie igitur ex Matthæ. 5. carbonibus viuacissimæ acceduntur lampades. Et qui sub modio Iudææ regionis absconditi erant, super candelabrum eminentissimum, collocantur modo, ut in domo Dei que est catholica Ecclesia luceat. Quod si Eliam Ecclesiasticus commemo Cap. 48. rat quasi ignem extitisse: & verbum illius quasi faculam arsisse. Qualia verba tu putas discipulorum Domini fuisse? quales ve discipulos ipsos, qui primitias spiritus acceperunt? quas Elias vtique non accepit , neque rursum Spiritum sanctum sub specie ignis illi concessum, ut Apostolis legimus. Exodus præter hæc nos admonet, montem Sinai fumosa caligine obductum , eo quod descendisset Dominus Deus super eum in igne. Hodie verò super montem Sion etiam descendit Do-

Roma. 8.

dit Dominus in igne : at ignis iste , non terrori, sed solamini est. Descendit nante spiritus paracletus in igne, tanquam consolator. Qui eo descendit, vt pristin-

Ad Rom. 8 nos terrores excutiat. Est enim spiritus hic adoptionis filiorum, non spiritus timoris,

Exodi. 19. in seruitute. Quamobrem antiquus ille

Ad Gala. 4. populus videns voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, perterritus est, ac pauore concussus, stans que procul dixit Mosi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Do-

Spiritus san- dit Dominus, ne forte moriamur. Exodi. 20. At etus in igne apparuit tamen verò Spiritu sancto descendente Aposto-

li, & discipuli Domini, non terrentur, nō pauore concutiuntur, ex auditu, vehemē tem spiritū alioqui percipientes &, quod maximè mireris se vidēt igne aspersos & non deterrentur, aut fugiunt: imo repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperūt loqui varijs linguis. Neque solum Apostoli perterriti non sunt, quin etiam exteros perterritos non legimus. Etenim Lucas Actorum. 2. inquit, Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est. Si conuenit multitudo, non timuit, vt populus Hebraicus olim procul recessit. Timentium enim est non accedere, sed recedere, nō cōuenire, sed fugere. Quod verò subdit, Stupebant autē omnes, & mirabantur, stupor hic non timoris erat, sed admirationis. Etenim spiritus, qui descendit non territorus descendit, sed consolaturus legem gratiæ, & charitatis docturus, venit seruilem legem, quæ timoris c-

Cur sub for- rat abrogaturus. Quod si querat aliquis, ma lingua- rū apparuit Spiritus san- tus. Matthæ. 5.

Cur sub linguarum forma super Aposto- lorum capita resplenduit? perspicua est re sponsio , quia Apostolis Christus dixerat, Vos estis sal terræ. Non poterant autem terram sale condire cœlesti, nisi linguis quoque donaretur cœlestibus. Nam verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. Linguae igitur Apostolis hodie distributæ , eò ab Spiritu sancto distribuuntur, vt dulcedine verbi

Euangelici, Iesu Christo amicos multiplicant diuinos, inimicosque Dei mitigatione, à peccatis illos abstrahendo, & Deo reconciliando. Vtique linguae istæ gratiosæ sunt: eucharis enim gratiam Græcis sonat. An non gratiosæ linguae Apostolicæ , quæ gratiam diuinam mundo contulerunt? Linguam dixit Iacobus modicum esse membrum, & magna exultare. Et re vera magna. Nunquid non magnum est , vniuersum orbem Christo subiugare, id quod lingua Apostolica præstitit : quos prædicatorum lingua quotidie imitatur? In ipsa rursum , ait, benedicimus Deum & patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt. Etiam si lingua, quam Spiritus sanctus donat , non maledica est, non conuiciatrix est: sed benedica, & gratiosa. Habet spiritus malignus linguam suam, habet benignus itidem suam. Qualis spiritus, talis lingua:

benigni benigna, maligni maligna. Quæ verò hodie linguae dispartiuntur paracleti Spiritus sancti linguae sunt: idcirco consolatoria linguae sunt. Vnde concilio Apostolico dispartiuntur: quod est sanctorum Concilium. Nam à concilio malignantium, procul absunt lingue istæ, quas Spiritus sanctus donat hodie, & donatum se olim in verbis prohematis testatus est dicens, In loqua enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum.

Et haud dubium Spiritus sancti loqua, atque lingua, (qua electis suis & per ele- prohematis. atos suos loquitur) altera est, & immenso interallo distans à loqua, & lingua mundani atque maligni spiritus. Illa enim veritatem docet, hæc peruertit: illa benedicit Deum & patrem, hæc vero vituperat: illa errores euellit, hæc vero disseminat. Et demum hæc multipli- cat amicos Dei, & mitigat inimicos, illa vero amicos minuit Dei, & excitat inimicos. Vt iam hinc discamus, quam verè sapientiæ dixerit ille, Vita & mors in manibus linguae. Etenim in lingua sancti spiritus, vi-

Lingue A. postolice Dei multi plicant ami cos. Iaco. 3.

Ex bono spiritali bona prodit lingua & malitia ex male.

tam esse collocatam quis hæsitabit? vt in  
 lingua mundana maligni spiritus, mor-  
 tem quis nō crederet. In linguis igitur super  
 Prover. 31. Apostolos extantibus lex clemētiae est: in  
 linguis autē alijs & labijs mēdaci bus, lex  
 illa iacet, cum qua Paulus expostulabat ad  
 Rom. 7. dicens illā repugnare legi mentis  
 suę. Blādæ sanè sunt hæ linguę carnis, scili  
 cet mūdi, & Satanæ. Est enim lingua me-  
 retricis illius magnæ cuius Apocalypsis  
 Ioan. meminit: quā auertēdā sapiēs mone-  
 bat. Vt custodiāt te(ait) à muliere mala, &  
 Proverb. 6. à blanda lingua extraneę. Et inter sex illa,  
 quæ odiēda vt extremē mala Salomō ius-  
 fit, lingua mendacē numerat, quales sunt  
 hæ, quas diximus linguaę, quæ mendaces  
 sunt. Nāq; quidquid spiritui sancto verita-  
 tis obloquitur, mendacium est: at istæ ter-  
 renæ linguaę Spūi sancto adue: sarię sunt,  
 ideo mēdaces sunt. At dices, Quid est qđ  
 obloquuntur linguaę istę? vtiq; mundana,  
 & visibilia totis viribus esse persequenda,  
 & per fas, & nefas, quidquid effrænis sug-  
 gesserit libido, exequenter esse absoluen-  
 dum: cū contra lingua spiritus doceat, mo-  
 mentanea esse hæc, quæ cernimus bona,  
 2. ad Co. 4. ideo protinus calcanda, ne præstatiſſimis  
 bonis assequendis, nobis obstaculo sint.  
 Ad mūdi exordia calatum reducā meū,  
 & videbis quam fallax hæc quāq; subdola-  
 sit diabolil lingua, cum qua cæteræ linguaę  
 carnis & mundi impendiō faciunt: audi iā  
 quid primū euomuerit Satanás. Cur præ-  
 cepit(ait) vobis Deus, vt non comederetis  
 ex omni ligno paradisi? Et rursum respon-  
 sum mulieris illudens, Nequaquam, ad-  
 iecit, moriemini. Id quod Dominus cer-  
 tissimo præceperat verbo. Morte morie-  
 ris. Ille infringēs(ait). Nequaquam, vt lin-  
 guę spiritus veracissimę, lingua se oppo-  
 neret mēdaciſſima. Et probatum iam Ec-  
 clesiastici, si hæc obseruas, sermonem ha-  
 bebis, Multi perierunt, ait, in ore gladij,  
 sed non sic quasi qui interierunt per lin-  
 guam suam. Nanque qui vniuersum ge-  
 nus humanū lingua cecidisse dixerit, non  
 Prover. 28. ineptiet: nam Satanicę linguaę decepta

blandi mentis fœmina prima, quod ipsa  
 sua sum habebat bonum esse, viro suo por-  
 rigens totum infecit orbem. Quamobrē  
 cōſultissimę Deus aduertēs spiriū mēda-  
 cē illū per linguā cooperantē, mūdū infe-  
 cisse, decreuit spiritū veritatis, in Aposto-  
 los mittere, qui linguarū varietate suos or-  
 nans, linguarū etiā opera mundū refice-  
 ret. Ideoq; dedit Apostolis nō simplicem  
 linguā, sed vario linguarū genere illos di-  
 tauit Spiritus sanctus, vt effarētur magna-  
 lia Dei. Neq; solū varia linguarū supelle  
 ētīle exornat Apostolos, quin etiā & Spi-  
 ritus sancti hæc linguarū gratia, in gentes  
 quoq; diffusa est: vt gesta Apostolica nar-  
 rāt. ca. 10. de Cornelio & socijs, in quos  
 cecidit Spiritus sanctus: audiebat tq; illos  
 loquentes linguis, & magnificantes Deū.  
 AEquum autem erat, vt qui in varias na-  
 tiones erant dispergendi diuinę legis se-  
 minandę gratia varijs quoq; donarentur  
 linguis: vt Græcis Græcē, Scytis Scyticē,  
 &c. loquerentur. Non me fugit esse quos  
 dam qui vnam linguam tātum Apostolis  
 concedant vernaculam, in quo loquentes  
 Parthis, Medis, Elamitis, Capadocibus,  
 Phrygibus, &c. egregie habebat quid A-  
 postoli vellent illis significare. At contex-  
 tus historiæ de gestis Apostolicis hoc nō  
 cōuincit, imo diuersum: varias, scilicet for-  
 titos linguas Apostolos, imo & gētes om-  
 nes quas id seculi baptismi lustrabat aqua.  
 Quo dono prædicti Apostoli mentē pro-  
 priā gentibus exprimebant, & quod à gē-  
 tibus proponebāt, apprimē ipsi callebāt.  
 Quoniā audiebat, inquit, vnuſquisq; lin-  
 gua sua illos loquētes. Quorsum enim de-  
 ceptos credas auditores illos? Etenim si  
 Græcā Græci putabant esse Apostolicam  
 linguā, quæ tamē nō erat (vt isti autumāt)  
 sed Hebræa, vtiique audientes Apostoli-  
 cam loquēlam seducebantur. At vero qui  
 hoc admiserit non me, sed aliam sibi pa-  
 tronum querat.

¶ En tibi charisime qbus machinis, qbus  
 catapultis, & bōbardis, quibus deniq; ari-  
 tibus, beatissimi Christi Apostoli totū ex-

Ex lingua  
 est infectus  
 mundus, &  
 ex linguis  
 restitutus.

An fuerint  
 Apostolis  
 varia gene-  
 ra linguarū  
 concessa.

## Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 28

pugnaturi orbē, à sacro illo cœnaculo armati prosiliunt. Linguae ignes sunt horū militum arma, tamen potentia ex Deo.

**Arma Apo-**  
**stolica quæ.**  
**Lucr. 14.**

Non enim armorum strepitū institutum habent orbem deterrere, imo linguarum vi superare. Non enim cogendo, sed monendo, & cohortando, lēgem Iesu Christi propagare curant, linguaq; compelle res fatagunt, & verbum Domini illud absoluere. Compelle eos intrare. Idquod impudentum non manu armata intellexerūt: sed linguis varijs Spiritu sancto inflāmantē edocti. Habet enim verbum Dei vim sibi germanam compellendi: & citra vim vim infert, & sine violentia, est violentū. Alioqui enim cur Ecclesiastes. 12. dixiſet, Verba sapientum sunt sicut stimuli, & compellit.

**Verbū Dei**  
**compellit.**

quasi clavi in altum defixi: quæ per magistrorum conciliū data sunt à pastore vno? Aſpicis ne diuini verbi vires? Hæc verba nobis data sunt per magistrorum concilium. Quale rogitabis hoc concilium magistrorum? vtq; sanctorum Apostolorū concilium. Iſti enim sunt magistri catholice Ecclesiæ: iſti nos docuerunt legē Domini. Pastor autem huius concilij unus Christus est, qui ait, Paracletus autem spiritus sanctus, quem ego vobis mittam à patre, ille testimonium perhibebit de me. Misit sane paracletum à patre, non à matre.

**Virgo Ma-**  
**ria non ha-**  
**bet autori-**  
**tatē mitten-**  
**di Spiritū**  
**sancctū.**

Non enim matris erat spiritū donare paracletum (quæ alioqui eodē spiritu refertissima est) ideo hunc spiritum non misit à matre, à qua carnem accepit, sed, misit à patre à quo diuinitatem capit. Mittere nāq; spiritum paracletum est Deum mittere: sed nemo autoritatem mittēdi Deum habet, nisi ipse deus. Quare ait, Quē ego mittam vobis à patre: quasi dixisset, Quē ego mittam vobis, quia processi à patre meo Deus, vt pater meus Deus est. Vt enim à patre Christus habet, quod Deus, sit: ita & autoritatem habet diuinam mitendi Deum. Hic ergo spiritus est primarius magister in cuius schola Apostoli didicerunt Dei verba, & eius autoritate illa in orbem euulgauerūt vniuersum. Adeo au-

**Christus mi-**  
**fit Spiritum**  
**sancctū quia**  
**Deus est.**

tem in altum hæc defixere Dei verba homines fideles, vt illa etiam proprij cruoris effusione sint profecti. Nudata enim sanctorum martyrum pendebant viscera: sanguis sacratus fundebatur: at ipsi permanebant immobiles vitæ perennis gratia. O spontaneam diuini verbi violentiam: o ad mirandam vim sine vi. Cedat, est necesse armorum omnium vis, diuini verbi viribus. Nam materialia arma si spoliāt, si trucidant, si prosternunt, si proculcant, vtq; rebelles, & inuitos, & repugnantes: at diuinum verbum spoliat, trucidat, prosternit, proculcat, at spontaneos. Quoniam ibant Apostoli gaudentes à conspectu cōciliij, quia digni habitū sunt pro nomine Iesu, contumeliam pati. Etenim spoliando ornat, trucidando viuificat, prosterneat erigit, proculcando statuit. Et diuini verbi compulsorias has vires, ille eiusdē verbi insignis declamator non siluit. Viuus est (ait) Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omnigladio ancipite, &c. Tu lege tropologicam declamationem nostram ad ca. 27. de potestate diuini verbi. Nam hæc eatenus dicta velim, quatenus exponam linguas ignes, arma Apostolica fuisse. Quarum insolitam vim mundus non ferens, ad pedes Apostolorum victus ruit: vt olim Hiericho ad Iosue pedes Iosue. 6.

**Diuinū ver-**  
**bum vincit**  
**spontaneos.**

**Quamobrem**  
**dominici gregis**  
**pastores,**

hoc alta mente reponant, vt diuino iugiter verbo vacent, linguam ita sibi poscant igneam, vt populis sibi commissis salubriter prouideant: vt illud Esaiæ. 50. dicere valeant, Dominus dedit mihi linguam eruditā, vt sciā sustentare eū, qui lassus est.

**¶ Misit**  
**igitur**  
**hodierna die**  
**Deus spiritū**

suum hominibus, vt quanta dilectione erga humanum se haberet genus palam faceret. Apparuerat quippe iam Dei benignitas, atq; humanitas, mittens verbum suum sub serui forma, rursum eadem benignitas hodie demonstratur, mittens spirituum suum sub vehementis spiritus forma, qui in linguas ignes dispartitus est.

Vnde Ioan. 1. catho. cap. 4. In hoc cognoscimus,

**Spiritus sa-**  
**et datur**  
**in pignora**  
**moris.**

scimus, ait, quod in Deo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Quo enim coniunctiora donantia sunt dona, tanto feruentioris amoris symbola sunt. **Dona quo** **coniunctiora** **donanti, ma** **diciū amo**  
**rii.** **Quod si** coniunctissimum sit donantia id quod donatur, maximi illud amoris indicium est. At nihil Deo coniunctius, quam suus spiritus, qui Deus unus cum patre & filio est. Quapropter de spiritu suo dedit nobis, ut suæ charitatis perspicuum argumentum, hominibus presto esset. **Quod si** vniuersas visibiles creaturas hominis visibus subdens Deus, cœlum hoc est & eleminta, & mixta vniuersa, diligere se eximiè hominem patefecit. **Quātæ** dilectionis erit indiculum donans nobis filium suum, & tandem Spiritum sanctum suum? Visibilia enim homini donans ad usum, nihil de suo dedit, quia creature non sunt de substantia Dei. Dedit sancta sua, sed non de suo. Nunc autem de spiritu suo, & non solum sua dedit nobis. Ceterum cum audis Spiritum sanctum formam linguarum ignearum, aut venti vehementer perstrepentis, aut nubis, aut columbe, non arbitrisperinde hancce accepisse formas, ut filius serui formam. Nanque si sic arbitraris toto cœlo errabis. Accepit namque Dei filius, serui formam, quia verbum caro factum est. At Spiritus sanctus seruiles accepit formas, quia creatas accepit formas, at non serui formam: quippe seruus factus non est. Vnde neque dixeris Spiritum sanctum factum columbam, aut ignem, aut ventum, aut flatum. Quapropter filius Dei unum ratum seruilem assumpsit formam, at Spiritus sanctus varias. Porro autem, quæ est humana insolens petulatia maximo huic diuinæ largitatis dono, (quod est Paracletus Spiritus sanctus, quæ cum hominibus permansurum Deus distribuit) homo frequenter sese opponit, illique refragatur, atque repugnat. Dura (aiebat Stephanus) ceruice & incircuncisi corde, & auribus, vos Spiritui sancto semper restitistis. Id quod vitio vertebat quondam Iudeus incredulis, & nunc vitio vertere possumus fidelis.

Creaturæ  
non sunt de  
substantia  
Dei.

Phil. 3.

Ioan. 1.

Spiritus san  
ctus non acce  
pit seruifor  
mam.

Acto. 7.

bus, qui Dei vias non amant, imo obdurate corde in peccatis suis persistunt. Qui corrupti sunt, & abominabiles sunt in studijs suis. Et quāquam hodie cataractæ **Psal. 13.** festium donorum referantur, paucisunt, qui hec dona cœlestia hauriunt, ne dicam libant: pauci hoc igne spiritus accensi ardentes: pauci hoc afflantur spiritu: rarissimi sunt, qui linquis loquuntur nouis magna lia Dei. Ut enim homo vetus linguam habebit nouam? Linguis enim eloqui nouis est hominis, qui veterem iam exuens hominem, nouum hominem induit, qui secundum Deum creatus est in veritatis diuinæ agnitionem. Hæc autem renouatio in spiritu fit, Paulo testante, Renouamini **Colof. 3.** spiritu mentis vestræ. Et ab spiritu quoque fit. Emitte, inquit vates ille, spiritum tuum, & renouabis faciem terre. Spiritus sanctus enim est, qui renouat peccoris nostri intima, & renouando roborat. Neque solum intima sua aspersione renouat, quin & linguam, & externa opera renouat. Dole peccata admissa, & Spiritus sanctus intima tua tunc renouat: confitere sacerdoti, & linguam tuam Spiritus sanctus innouat: factum vitæ corrigere, & luxum in lamenta conuerte, & externa tua Spiritus sanctus renouabit. Et ita denique in novo homine, noua ignis flama lucebit, in novo utre novo Spiritus sancti liquor fundetur. Nam vinum nouum in utres veteres infundi, e- **Matth. 9.** uangelica lectio negat. Et Spiritus sanctus Rom. 6. vetustatem vitæ vitiat non amat: sed qui tantis spiritus capax est futurus, in nouitate vitæ ambulare necesse est. Etenim qui inimicum suum odit, ut Spiritus sancti compos est, qui spiritus amoris, & dilectionis est? Vnde qui spiritum dilectionis adipisci studet, ut ambulet in dilectione & amicorum, & inimicorum oportet. Illud recolens apostolicum ad Ephesios. 5. Ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Et demum, ne in omnia excurrendum sit, qui tenebras errorum amat, spiritum veritatis (qui à patre procedit) negligit: qui carnis **Quod odit ini**  
**micum non**  
**habet Spir**  
**tum sanctu**  
**Tom. 2.** **I** **fordes**

fordes, Spiritum sanctum à se fugat, qui discedias inter fratres seminat, spiritum cōcordiae unionis, & pacis à se alegat. Congregatis nanque domini discipulis, & ex concordi voto sibi consentientibus, & feruētibus ex Spiritu sancti desiderio precibus, Deum precantibus, Spiritus sancti uberrimam assequuti sunt gratiam. Et non solum mente cœlestis doni compotes fuerunt, quin etiam visibili, & audibili ostensione illos afflat diuinus spiritus.

**Magis visi-** Quam nostri Theologi missionem visibili-  
**bilia spiritu-** lem nuncupant. Nam quæ in arcanis no-  
**santi & in-** sancti & in-  
**visibili.**

**Ecclesia no-** stri pectoris celebratur inuisibilis est: vt iā  
**est in visibili-** vel hinc colligas quantum stomachandū  
**lis.** sit in huius seculi hæreticos, qui ecclesiam  
aiunt esse inuisibilem. Si inuisibilis eccle-  
sia est, quorsum Spiritus sanctus Aposto-  
lis, & discipulis domini (qui tunc ecclesia  
erant) visibili ostensione donatur? Mitti-  
tur ergo spiritus iste inuisibiliter quando  
charitatem Dei diffundit in cordibus no-  
stris, quando nos à fœcibus peccatorū po-  
tentter defæcat. At visibiliter in ecclesia  
primituā tūc destinabatur, id quod eccle-  
sia modo non experitur. Erat nanque tūc  
visibilis illa ostensio opus facta, in præsen-  
tia vero superflueret. Erat porrò necessaria  
visibilis illa ostensio, vt palpabili demō-  
stratione doctrinam testaretur Apostoli-  
cam. Legimus enim in prima catholica

**Locutus ex ca-** Ioannis capitulo. 5. Tres sunt qui testimo-  
**tholicalia &** nium dant in terra, spiritus, aqua, & san-  
**exponitur.** guis. Spiritus sanè testatus est Christi euā-  
gelium meracissimam habere veritatem  
duplici attestacione: & interna, & exter-  
na: interna quidem. Ipse enim spiritus te-  
stimonium reddit spiritui nostro, quod fili-  
lū Dei sumus: externa vero. Quia Ioannis  
15. cum venerit Paracletus (quem ego mit-  
tam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit) ille testimonium perhibe-  
bit de me. Et rursum capitulo. 14. Spir-  
itus sanctus quem mittet pater in nomine  
meo, ille vos docebit omnia: & suggesteret  
vobis omnia, quæcumque dixerim vobis. Et  
ibidem, In illo die vos cognoscetis, quia e-

go sum in patre meo, & vos in me, & ego  
in vobis, hunc diem beatissimum signifi-  
cans Pentecostes, quando cœlestibus lin-  
guis supernè flammantibus Apostolicum  
coenaculum coruscat: & per strepente dul-  
cissimo, & suauissimo strepitu ex spiritu  
vehementi, cœlestis regio aeris personuit.  
Nam quod Lucas, inquit, spiritus vehe-  
mentis, ventum validum sonuisse vehe-  
menter tunc significat. Nam spiritus soli-  
tarie scriptus sine, sanctus, nonnunquam  
in scripturis ventum significat. Cuius rei spiritus quid  
nos in declamatione Tropologica ad ca-  
pitul. 6. Esaiæ, & ad cap. 9. überem mentio  
nem fecimus. Quale illud Psalmi est, Fla-  
uit spūs eius, & fluent aquæ. In linguis igi-  
tur, & vento valido, se demonstrat Spir-  
itus sanctus, quia sancti Apostoli (quos affla-  
uit) tanquam nubes, à vehementi spiritu  
impulsa, totum orbem euangelium præ-  
dicando, peragrarunt. Iuxta vaticinium il-  
lud Esaiæ. Apostolos enim lumine pro-  
phetico præuidens, demiratur dicens, qui  
sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi co-  
lumbæ ad fenestras suas? Nubium enim  
volatus ocyssimus est, & columbarum ad  
sua colubaria velocissimus est motus, qui  
bus confertur Apostolica peragratio, quæ  
breui tempore totum mundum impleuit.  
Nam in omnem terram exiuit sonus eo-  
rum & in fines orbis terræ verba eorum  
Psalm. 18. Quapropter pedes Apostoli-  
cos commendans Esaias capit. 52. Quam  
speciosi, inquit, sunt pedes euangelizan-  
tium pacem, euangelizantium bona, ad  
Romanos. 10. Porrò non propter natura-  
lem pulchritudinem pedum Apostolo-  
rum, hæc dixit Esaias: fortassis enim tur-  
pes erant, verum ministerium euangelici  
muneris obseruans esse pulcherimum,  
speciosos pedes euangelizantium dixit.  
Spiritus ergo sanctus hodie etiam habi-  
tantibus Hierosolymis testimonium per-  
hibuit, & olim ad fluenta Iordanis sub  
specie columbæ, Baptista de Christo idē  
testatus est. Aqua vero & sanguis, à Ioan-  
ne quoque vocantur in testes. Nam mor-

Loc. Es. 46  
exponitur.

Ioan. 21  
Mark. 5.

tuo domino, vnu militum lancea latus eius aperuit, & contine exiuit sanguis, & aqua: & qui vidit testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius Ioannis 19. Fluxus igitur sanguinis & aquæ, fluxus fuit sanguinis veri & aquæ veræ, qualia ab homine vita functo, secundum ordinem naturæ effluere non possunt. Quare miraculo dedit hoc Ioannes dicens & qui vidit, testimonium perhibuit. Nam qui non verum sanguinem, & veram aquam, sed phlegma effluxisse nugantur, non librate verba Ioannis expendunt, hæc qui vidit testimonium perhibuit. Lege Innocentium, de celebratione missarum, capitulo, In quadam . in decretalibus pontificum epistolis. Sanguis igitur, & aqua à latere domini in cruce pendentis dimanata, facile testantur ecclesiam Iesu Christi, in sanguine eius, & aqua, radices firmas habere. Nam sanguine redempta est, & aqua Spiritus sancti sanctificata. Tria ergo hæc testimonium dant super terram, spiritus, aqua, & sanguis, sine quibus spiritualis hominis vita nequaquam consistit: vt vita naturalis si sanguine destituta & spiritu, & humore plane collabetur.

Nam anima in sanguine est: iuxta oraculum diuinum. Spiritus autem vitales, atque animales, à sanguine ministrantur. Rursumque est aquositas quædam sanguini necessaria, vt per illam in omnia sanguis dilabatur animalis membra: quæ penetrando viuificat. Ut iam verè dixeris, in vita naturali tria esse, quæ illam fulciunt, & à morte defendunt: spiritus, sanguis, & aqua. Librum Diui Cypriani de duplicitate animalis. martyrio consulito, sed ad locum Diui Ioannis regrediamur. Tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus, sanguis, & aqua. Spiritus nempè testimonium dat Christum esse verum Deum. Nequit enim Deus mitti, nisi à Deo. At Spiritus sanctus hodierna die à Christo missus est, Christus ergo verus Deus est. Nec te moratur scripturam spiritum procedere à patre exprimere, at non ita liquidò, à filio

processionem exprefſiſſe. Istud enim nō eò gestum est, quò insinuetur spiritum à filio non procedere, nam ab ipſo innascibiliter (vt mōre Damasceni libro primo de fide orthodoxa loquar) vt à patre procedit: sed quia pater diuinitatis est principium, id circa dominus inquit spiritus, qui à patre procedit. Quanquam, vt superius diximus, satis innuitur in verbis illis. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem ego <sup>Ioan. 15.</sup> mittam vobis à patre, Spiritum sanctum à filio procedere. Cæterum hæc missa faciamus, quia affatim hæc perseguuti sumus in declamatione ad cap. 6. Spiritus ergo testatur, Christum esse verum Deum: <sup>Lege decreto</sup> talēm de cœleſtē <sup>lebratione</sup> missarum cœleſtē inquadam. Sanguis enim non fluit nisi ab homine vero. Quod vero subdit Ioannes, Et hi tres vnum sunt: verè subdit. Etenim diuinitas, cui Spiritus sanctus attestatur, & huminitas, cui sanguis, & aqua testimonium tulerunt, ad vnam personam Iesu Christi pertinent, in duabus naturis consistentem diuina, & humana. Locus hic Ioannis obscurus est, sed hac nostra dilucidatione euadet clarissimus.

¶ Iam vero per hæc perspicuum tibi erit, cur hodierna die Spiritus sanctus sensibiliter discipulis apparuit, cœlestemque spī ritualium bonorum fontem, hominibus aperuit. Vt inde quam fructuosus fuerit sanguis Iesu Christi (qui hominibus tantam Spiritus sancti copiam promeruit) nobis palam constet. Quia ante huius sanguinis fusionem Spiritum sanctum visibiliter datum non legimus Ioanne testante, Non erat spiritus datus, quia Iesus non dum erat glorificatus. Proptereaque postquam <sup>Ioan. 7.</sup> ad dexteram Dei patris resideret, dedit dona cœlestia hominibus. Nam Spiritus sanctus donum Dei est, & donorum fons: quorum meminit Esaias capitulo. 9. Ab illo enim timor est: qui deprimit humnam superbiam: ab illo pietas, quæ emollit cordis nostri duritiem: ab illo scientia, quæ illuminat mentis nostræ tenebras: ab illo consilium, quod fluitantes carnis no-

## Dilucida.& decla.in Esai.Prophetam.

stræ illecebras restringit: ab illo fortitudo, quæ instabilitatem nostram consolat: ab illo intellectus, qui obscurissima, intelligibilia facit: & demum ab illo sapientia, quæ ad altissima quæque comprehenda se rapit, & extollitur. Quibus omnibus charismatibus, beatissimi Christi Apostoli, atque discipuli cum deifera Maria vberimè hodie diuinitusque imbuuntur: vt in loquela labij, & lingua altera iuxta prothema nostrum legem Iesu Christi promulgarent. Quibus omnibus donis, vt nos imbuamur, charitatem proximorum seruemus, pacem cum omnibus hominibus: quantum in nobis est, illæsam gerere curemus, vt spiritus charitatis & pacis (qui est Spiritus sanctus) nobis semper adfistat, & afflet, vt deducat nos in terram rectam. Id quod sibi Psalmographus optans aiebat, Spiritus tuus bonus deducet

me in terram rectam, Psalm. 142. Nempe ad terram rectam dicit spiritus iste Dei regens: & ad terram bonam, quam solūmodo recti diligunt, & appetunt, & tandem Canti. 1. Dei ope consequentur. Nanque Spiritus sanctus disciplinæ, effugit factos, Sapien. 1. Terra igitur, ad quam deducit spiritus Dei bonus, non hæc est, quam pedibus calcamus nostris, hæc enim non recta, sed obliqua terra est: quippe sanguine innocentium polluta madet, clamoribus, & angustijs miserorum perstrepit: iniurijs, & rapienis sacrilegijs, &c. tota feruet. Non ad hæc igitur, sed ad illam cœlestem patriam, veritatis spiritus deducit, quia inibi verè vivitur, ad illâ spiritus bonus nos impellit, quia inibi benè vivitur. Vbi varijs linguis nō solum Apostoli Deum laudibus prosequentur æternis, quin etiam totus sanctorum chorus iugiter deo dulce melos personat.

Rom. 12.

## DILUCIDATIO IN Esaiæ Caput vigesimumnonum.

Vaticinium  
de excidio  
Hierosolyma-  
tum.



**V**AE ARIEL.<sup>a)</sup> EXCL-  
dium Hierosolymitarum  
deplorâs vates interiectio-  
nem deplorantis in princi-  
pio capituli proposuit, di-  
cens, Væ Ariel. Hebræis, hoi, sonat quod  
apud nos, væ.

Nam Hebræis, ho, est clamor  
lugubris, ex dolore, & idem est  
quod, hoi, vide-

licet, væ, heu. Ariel vero hoc loco, & apud  
Ezechielem. 43. secundum Hebraicam  
interpretationem, est altare holocaustorum,  
in quo ignis de cœlo delapsus, cuba-  
bat tanquam leo, in spelunca, libamina &  
sacrificia deuoras. Alijs verò magis arrisit  
ciuitatem ipsam Hierosolymam Ariel,  
nuncupari. Quippe templum Salomonici-  
cum præferebat leonis formam nuncu-

patum Ariel, id est, leo Dei. **A**riel ciuitas  
quam expugnauit David.<sup>b)</sup> Lugubre quod  
dam insonuerat aduersus altare Dei, eius-  
dem & templi deuastationem præsignans:  
idem lugubre aduersus ciuitatem insonat  
modo. Et repetenda est eadem interie-  
ctio, væ, ciuitas

uid.<sup>b</sup> additus est  
ann<sup>o</sup> ad annum  
solennitatis euo  
ciuitas Hierosolyma  
appella<sup>t</sup> Ariel. Ciuitas His-  
tis quondam  
solyma for-  
tanqualeo,

Fortitudine et  
nim plusquam  
leonina pollebat aduersus omnes gentes.  
Ideoque regibus & princibus terræ rebel-  
lis erat, vt in libro Hester capitulo. 13. ad-  
uertere poteris. Significat igitur sermo  
hic, & quod templum, & altaria, & ciuitas  
ipsa deuastanda erant à Chaldaeis, & tan-  
dem à Romanis. Et quod subdit, additus  
est annus, ad annum sensum habet, quod  
reuolutis aliquot annis, & solennitatibus,  
erant

erant deuastanda, ciuitas, altare, & templum. Solennitates autem dicit euolatas quia euertendæ erant. Etenim in Babylonica captiuitate, à sacrificijs & oblationibus vacatum est. ¶ Circumuallabo (inquit) Ariel, & erit tristis, & mœrens: & erit mihi quasi Ariel.<sup>a</sup>) Ideſt, erit mihi Hierosolyma sicut altare, quod quidem circuſtant cadauera multa. Ita & circum Hierosolymam, & vrbes alias fibi cōnexas, multa hostili gladio cæſa cadauera hominum iacebunt. Quā mœrens autem & tristis fuerit ciuitas illa sub obſidione & captiuitate Chaldæa, Threni Hieremias, te docebunt, cuius calamitatē exprefſiū manifestat dicens, & circundabo quasi sphæram in circuitu tuo, & vnde cunque cingam te hostibus tuis: vt adiutus non pateat tibi, arctissimis detentæ angustijs. Id quod dominus etiā de Romana obſidione, Lucæ. 19. traxit. ¶ Humiliaberis, &

lutæ sunt. Et circumuallabo Ariel, & erit tristis, & mœrens: & erit mihi quasi Ariel.<sup>a</sup>) Et circundabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam cōtra te agerem, & munimēta ponam in obſidiōem tuā. Humiliaberis,<sup>b</sup> de terra loqueris, & de humo audiet eloquiū tuū: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussabit. Et erit sicut puluis tenuis<sup>c</sup> multitudine ventilantium te: & sicut fauilla pertransiens multitudine eorum qui contra te præualuerunt aduersam. Et sicut somniat esuriēs & comedit: cū autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus ad

liaberis. b) Hominum deiectorum est humiles edere voces. Et olim pythones in subterraneis latentes oracula edētes, quia ē profundo in altum ferebantur, exiliter sonabant. Propterea q̄e ut deiectionem

in profundū mīſtim. A domino exercituum visi tabitur in tonitruo,<sup>d</sup> & cōmōtione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis & flamma ignis deuorantis. Et erit sicut ſomnium vifionis nocturnæ multitudine omnium gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militaue-

runt, & obſedērunt, & præualuerunt aduersam. Et sicut ſomniat esuriēs & comedit: cū autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut ſomniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus ad

liaberis. b) Hominum deiectorum est humiles edere voces. Et olim pythones in subterraneis latentes oracula edētes, quia ē profundo in altum ferebantur, exiliter sonabant. Propterea q̄e ut deiectionem in profundū mīſtim. A domino exercituum visi tabitur in tonitruo,<sup>d</sup> & cōmōtione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis & flamma ignis deuorantis. Et erit sicut ſomnium vifionis nocturnæ multitudine omnium gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militaue-

rum: quia non in perpetuū ira-

ſetur dominus.

Sed sensus prior

germanior est,

& Hebraicæ ve-

ritati aptior, cui

& ſequentia ap-

tatur. ¶ Adomi-

no exercituum vi-

ſitabitur in toni-

truo.<sup>d</sup>) ¶ Et erit

sicut ſomnium vif-

ionis nocturnæ.<sup>e</sup>)

Egregiavitur si

militudine ut in

Mospropheticō ad-

versis prospere-

ra misceret.

mospropheticō ad-

versis prospere-

ra misceret.

satiabilem hostium Hierosolymæ audi-  
tem perdendi illam, & sibi connexa signi-  
ficer. Ut enim famelici, & siticulosi per  
quietem satiare famem sibi videntur, & se-  
dare fitim, at vero expergesfacti à somno,  
audi ad cibos  
properant, & po-  
tum, quia somni  
satietas, nulla  
fuit: ita & ho-  
stes perdēdo Iu-  
dæos quasi ni-  
hil fecissent au-  
ditatē sanguinis  
Iudaici nō seda-  
bāt, sed audi ad  
peſſundandos il-  
los, prorsus pro-  
perabant. Po-  
test itidem refer-  
ri ad consolatio-  
nem Iudæorū.  
Quippe aduer-  
ſariorum volu-  
ptas, quam affli-  
gēdo Iudæos ha-  
bebant, volunta-  
ti formiantium  
(quæ exilis est)  
confertur. *Ob-  
ſtupescite.* a) Niſiam significat Iudæis af-  
flictionem futuram: ideoque ad stupore  
(qui est, admiratio cum timore) prouocat.  
Hoc loco, ut ſapè admonuimus, imperati-  
vus, locum habet futuri indicatiui modi.  
Fluctuate igitur, idem est, quod fluctuab-  
itis, & vacillate, idest, vacillabitis. Hi qui in  
veritate fixos mentis pedes non habent,  
necessarium est, ut fluctuant, & vacillent:  
ut Elias quòdam Israelitis obiecit. Usque-

ca autem excæcatione, in dilucidatione  
ad caput. 6. plura diximus, quam quoque  
hoc loco vates describit Iudæos ebrios vo-  
cans, & non à vino, imo à profunda igno-  
rancia, diuinorum mysteriorum. Et hanc,

spiritum soporis Iudeorū &c  
citatis profun-  
dissima.

oculos vestros: prophetas & pri-  
cipes vestros qui vidēt viſiones  
operiet. Eterit vobis viſio oīn  
ſicut verba li-  
bri signati: quē  
cū dederint ſciē  
tiliteras, dicent,  
Lege iſtū: & re-  
ſpondebit, Non  
poſſum: signa-  
tus eſt enim. Et  
dabitur liber ne  
ſcienti literas, di-  
ceturque ei, Le-  
ge: et reſponde-

*abſtine & tu-  
neſtibantur q  
Christi aduentum* Iudæi non intelligunt.  
In Apocalypſi capitul. 5. hunc librum ob-  
ſignatum legimus intus, & foris, descri-  
ptum, ſeptemque ſignaculis obſeratum.

Nanque diuinum volumen intus descri-  
bitur, quia myſtica ſenſa recondit: foris ve-  
tura intus & foris ſcri-  
tro, quia ſenſum historicum teneat, quem li-  
teralem vocant. Septem vero ſignacula  
eius ſeptem ſunt myſteria Iesu Christi.  
Septem myſteria expli-  
cantur.

Quæ diuini vates praefenerunt & ſcripe-  
runt. Ea ſunt conceptio Christi, nativitas,  
mors, defenſus ad inferos, resurrectio, a-  
ſcenſio, & iudicium. Quæ ſeptem ad ſe-  
ptem articulos fidei de Christi humani-  
tate pertinent. At hæc ſignacula ſolum  
agni Dei qui tollit peccata mundi, referra-  
re potest: qui aperuit diſcipulis suis ſcri-  
pturas,

Imperati-  
pro indica-  
tio ex mor-  
reſcrip.

3. Reg. 18. quo (inquit) claudicatis, & Iudas de huius  
modi hominibus sermonem faciens, flu-  
ctus feri maris illos vocat, despumates suas  
confusiones, ſidera errantia: quibus pro-  
cella tenebrarum ſeruata eſt, in æternum.

2. Pet. 3. Et de num Petrus hos notans derelinque-  
tes, ait, rectam viam, errauerunt. De Iudai-

Diuina ſcri-  
ptura intus  
& foris ſcri-  
tro, quia ſenſum  
historicum teneat,  
quem li-  
teralem  
vocant. Septem  
myſteria expli-  
cantur.

Mat. 11.

Lucz. 10. pturas, Lucæ. 24. Nam patrem nemo nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, & omnia rursum, quæ à patre audierat, ecclesiæ suæ necessaria nota fecit, & spiritum paracletum dedit, qui docuit A-

Ioan. 15. postolos myste-

ria omnia Iesu Christi. Idcirco

Ioan. 13. Vos, ait, vocatis me

magister, & domine & benè di-

citis: sum etem.

De libro hoc si-

gnato, Bernardum consule sermo. 1. pa-

schali. ¶ *Et dixit Dominus.* a) Nulla certior

huius dilucidatio loci, quam illa, quam do-

minus dignatus est illi donare, Matth. 15.

Esaïæ locus  
quæ domi-  
nus citat.

& Mar. 7. turgidos nanque Pharisæos ini-

bi concutit Christus, qui pluris pendebat

traditiæ synagogicas, quam diuinæ: has

enim violabant illis tamen illæsis: quæ

alioqui iniquæ erant sub diuini cultus

vano prætextu. Quale illud, Munus

quodcunque est ex me, tibi proderit. Cö-

tra hanc igitur vanam doctrinam, domi-

nus hunc induxit locū Esaïæ. Etiam si sen-

sū retento, in verbis sit varietas, & plus ac-

cedunt domini verba ad Septuaginta trâf

lationem. Qui transtulerunt, Frustra co-

lūt. Id quod dominus sine causa aut in va-

num exposuit. Et Esaïas, Timuerunt me,

ait, mandato hominum: id quod verten-

tes Septuaginta, Coluerunt verterunt, vt

Matthæus habet. Etenim timor Dei, cul-

tus est Dei quidam. Cæterum hæc à me iā

pluribus nō sunt agenda, quia satis superq;

differimus superius de re hac. Tu diuum

lege Augustinum libro. 22. contra faustū,

capitu. 55. Hunc enim locū inibi egregie

Hæretici huiusætaris vanissimi, non paren-

tes iuribus ecclæsæ.

denarrat. Hinc iam huius ævi hæretici ar-

ripuerunt ansam vituperandi humana iu-

ra: quippe quæ mandata sunt hominum.

At si sunt conculcanda ecclæsæ iura, quia

humana sunt, quid est illud quod domi-

nus loquitur, Super cathedram Mosi sede-

runt Scribæ, & Pharisæi quæ dixerint vo-

bis facite? Igitur humanæ traditiones ob-  
seruandæ sunt. Multa nanque gerenda of-  
feruntur, in quibus arbitrari quid nam sit  
eligendum multi negotij est. Quare ecclæ-  
sæ moderatoribus ( quibus gerendorum

electio commis-  
sa est ) Spiritus  
sanctus promit-  
titur , qui do-  
ceat ageda. Té-  
pore enim Apo-  
stolorum sub or.  
ta fuit conten-  
tiosa lis, de ob-

seruantia legalium quam tamen compon-

suit apostolicum decretum. Et quotidie

in ecclæsia Dei & ante hæc tempora, &

sub hæc tempora, subortæ sunt quæstio-

nes de intelligentia scripturarum, quas si

ecclæsia sopire non posset ecclæstica gu-

bernatio, optima non esset. Neque Spir-  
itus sanctus, cuius est in primis ecclæsæ re-

bus consulere, sufficienter ecclæsæ consul-

uisset. Quod si rursum legim⁹ Mosem Spi-

ritu sancto plenū (diuino approbante con-

filio) Septuaginta viros spiritu quoq; Dei

imbutos coadiutores habuisse: quorum

arbitratus illius populi litigia sedabantur,

quid mirum si in proceribus ecclæsæ, idē

spiritus vt syncerè ecclæstica nego-

tia moderentur, id quod iurum decisione

necessario gerendum est? Et quia tempo-

ra variantur, & vsus mores ve hominum

non in eadem linea semper consistunt: pro

pterea etiam & iura variare operæ pretiū

est. Quibus adde si reges & seculares prin-

cipes vt proprias res publicas administrēt,

leges condunt ciuiles, quas ( si iusta fue-

tint ) nemo reprobat, sed quilibet summe

probat: non est ego cur hæretici ecclæsæ

iura damnent: neque Christus illa-

dānauit. Quod enim dixit, Sine causa au-

tem colunt me docentes doctrinas, & mā-

data hominum, verborum contextus ad-

monet, de mandatis illis & doctrinis, quæ

aduersantur diuinæ doctrinæ, & mandato

esse intelligendum. Dominus enim de

In proceri-  
bus ecclæsæ  
Spiritus san-  
ctus ad gù-  
bernationē  
ecclæsæ est.

Locus 3x

Math. 15.

exponitur

contra ha-

reticos.

mandato illo , munus quocunque est ex me,tibi proderit(id quod erat pugnans cū diuina iussione de honorandis parētibus) mentionem faciens, verba Esaïæ prædicta adiecit. Quapropter doctrinæ hæreti corum , atque mandata fugillā tur verbis istis. Nam hæc irritam faciunt doctrinam Apostolicam , & euangelicam , atque ecclesiasticam . Quamobrē qui Deum colit hæretorum doctrinis, aut præceptionibus, frustra colit , sine causa colit. ¶ Ideo ecce ego ad-dam.<sup>a)</sup> Non exiguum miraculum est Iudeos qui gloriabātur in lege Dei , & in expectatione

Messiæ, tot detriuerunt secula presente tamē domino orbati sunt, Pharisæi , & Scribæ, sapiētia & intellectu. Nam Christum reijcientes, diuinam sapientiam reiecerūt: imò & propriam legem (quæ erat illorum sapientia & intellectus Deuteronom. 4.) ignorauerunt. 1.ad Corint. capit. 1. Hunc locum usurpauit Paulus quo significaret euangelium, humanam sapientiam latuisse . Et Abdias capitulo. 1. deuastationem Idumæorum prædicens esse certissimam, cui nulla sapientia , aut prudentia humana ferre suppetias poterat. Nunquid, ait, non in die illa dicit dominus , perdam sapientes, de Idumæa , & prudentiam de monte Esau? Neq; tamen crassa minerua hæc accipias, vt Deum osorem putas sapientiæ aut prudentiæ, quæ tamen non odit, siquidem sapientiæ est dux, & sapientum emē

dator : sed de illa sapientia subaudi, quæ non descendit de sursum : sed terrena est, animalis, & diabolica. ¶ Væ qui profundi estis corde. b) Fuerunt philosophi quidā, qui Deum latet nihil. Deum humana latere crediderunt, quoru

opinione, homini consilia Deo erant abscondita . Tales sunt, quos cōmemorat psalmographus , Et dixerunt, non videbit dominus, ne que intelliger de Iacob. Quos idem redarguit. Intelligite, inquit, insipiētes in populo, & stulti, aliquando sapientiæ qui plantauit au rem, nō audierit. &c. Sunt autem alij, quos etiam si tantus non inficiat error, multa secum ipſi cō

uolunt, variaque & subtilissime machinantur mala: quæ ita amant, & complectū tur, quasi vero Deum latuissent, quæ homines latent: quem tamen nihil latere potest, quia scrutatur nostri pectoris arca na. Id circò ait, Væ, qui profundi estis cor de, id est, qui profunda & secretissima mente, mala cogitatis. Id quod dominus vitio vertit non semel Pharisæis. Cur, inquit, cogitatis mala in cordibus vestris ? Et sèpè dominus retexit illorum callida vaframēta: ducebant enim illa esse Domino abscondita . At peruersa fuit eorum cogitatio hæc: Christo nanque omnes cogitatus illorum patebant, & vt Deo, & vt homini, in quo absconditi sunt omnes thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei. Et eleganti ostensione manifestat quod dixerat Esaïas, Quasi si lutum cōtra figulū cogiter.

Confert

Deus odit astutias ini- quas homi- num.

Psal. 7. Hier. 17.

Math. 9.

Lucæ. 6.

Lucæ. 11.

Lucæ. 24.

Colos. 2.

Deus cōfer  
tūr figulo &  
creature  
massæ figu  
line.

Confert Esai. Deum figulo, creaturas ve-  
rō vniuersas massæ luteæ: nō quod creatu-  
ræ ex materia aliqua prodierint, quæ ex ni-  
hilo factæ sunt. 2. Macha. 7. sed eò ita cōtu-  
lit, quo nos intelligamus Deum nō instar

naturæ cōdidiſ-  
ſe vniuersa: sed Nonne adhuc in  
potius artis in- modico & ībre  
ſtar. Natura nā- ui cōuertetur Li  
q; necessariā ha  
bet functiōem :

ars vero spontaneā, & intellectuā. Deus  
igitur, cuius verbo cœli conditi sunt, &  
spiritu oris eius omnis virtus eorū, volūta-  
riè fecit omnia & est omniū supremus opifex. Vt ergo massa lutea, aut alia quæuis ar-  
tis materia, non insultat artifici, sed illi sub-  
dita est: neq; illi obmurmurat, dicēs artifi-  
ci, nō me intelligis: cum potius massæ, aut  
materiæ sit, nō intelligere, & artificis sit in-  
telligere, quippe q; artifex est: ita quoq; &  
hominū est, diuina nō capere: quippe quæ  
exilē nostram mentē immensa inter cape-  
dine antecedēt. Dei autem est, vniuersam  
creatūrā in prospectu habere. Vt vniuer-  
ſorū architectus siue (vt ita dixerim) archi-  
figulus. Paulus huius meminit loci Roma-

Deus exor  
te extra se  
operāt non  
ex natura.

Paulus locū  
Esiae indi-  
cat.  
Hicre. 18.

nis scribēs. c. 9. quo probet, status hominū  
in libera Dei dispositione cōſistere, vt sta-  
tus rerū ſūctiliū in libera figuli potestate ia-  
cet: etiā ſi Paulus locum indicet secūdum  
editionē Septuaginta, quæ ſic habet. Nō-  
ne vt lutum figuli reputabimini? Nūquid  
dicet ſegmentum ſūctori, Non tu me plas-  
maſti? Et ad ſenſum Pauli ecclesiasticus  
hac eadē vſus eſt ſimilitudine. c. 33. Quasi  
lutm (inquit) figuli in manu ipſius plas-  
mare illud & diſponere, quaſi respondens  
tacitæ quæſtioni propositæ, Quare Deus  
ex humana natura quosdam ad ſe traxit,  
alios vero reiecit. Hieremias vero ean-  
dem comparationem vſurpat, ex qua ca-  
ptiuitatem Babyloniam conſoletur. Iu-  
dæi nanq; captiuitatis illius veluti vas con-  
fracti ſunt. At verò figulus fracto vase re-  
ſtaurare fracturam nouit: ita Deus capti-  
uitatis fracturam, libertatis gratia ſolidan-

dam per Hieremiam pollicebatur. ¶ Non  
ne adhuc in modico. a) Verba hæc, vt confe-  
quentia ostendunt, Christi tempora re-  
ſpiciunt: quorum ſenſus hic eſt, breui om-  
nia ſub Christo mutanda in faciem fore al-

teram: ſub quo  
superbia Iudai-  
ca depreſſa eſt:  
& gentium hu-  
militas exaltata.

Neq; verba hæc  
ſumenda ſunt, vt in prætextu ſonant. Er-  
enim Libanus, & Carmellus, duo ſunt  
montes, & qui Libanum in Carmelum  
conuertendum ex hoc vaticinio Esiae fa-  
peret, nimis deſiperet. Eſt ergo figura-  
tus iſte ſermo, vt mutationem rerum ma-  
ximam ſubindicet. Sunt autem duo mon-  
tes, qui aībo Carmeli nomine frueban-  
tur olim, alter quidem Hierony. autore in  
Commentario hoc in cōfinio Phœnicis, &  
Paleſtine, iuxta Ptolemaidē ſitus: & hic eſt  
ille Carmellus, vbi Elias pluuias impetrat,  
& ſacrilegos ſacerdotes trucidat. Alter ve-  
rò Carmelus eſt, vbi Nabal tōdebat oues  
& paſcebat. Prior horū ſterilis fertur: po-  
Carmelus  
ſteriorverò fertiliſ. Libanus verò mōs eſt,  
vnde Iordanis fluuius originē petiſ. Qd

ergo ait Libanus in Carmel, & Carmel,  
in ſaltū reputabit, alia trāſlatio apertū redi-  
dit ſenſum, Libanus redigetur in agrum  
planum, & ager planus in ſyluam. Quippe  
humiliauit Christus ſuperbos mente  
cordis ſui: & exaltauit humiles. Id quod  
Ioānes Baptista Luc. 3. ſatis expreſſit. Om-  
nis vallis, inquit, implebitur, & oīs mōs &  
collis humiliabitur: & erunt praua in dire-  
cta, & aspera in vias planas. Indicat locum  
Esiae. c. 40. Sudaſ ſatis à Glosſa in expositio-  
ne huius loci, & ab alijs multa interſerūtur  
de etymologijſ horū nominū Libanus, &  
Carmellus. Sed quantū ad literalē ſenſum  
attinet iā expoſuimus ſub Ch̄o quoq; ſur  
Matth. 1. i.  
dos audiuiſſe, & cæcos vidiffe vt euāgeli-  
ca cōmoneſacit leſtio. Neq; ſolū aures ex  
ternæ aperte ſunt, aut oculi exteriores, qn  
etiā & mētis aures reſeruauit & oculi homi-

Figuratus  
Esiae ſermo  
vt habēdus.

3. Reg. 18.

1. Reg. 25.

Carmelus  
duplex.

num interni ablata caligine errorum vi-  
derunt. Hoc est quod ait, *Et audient in die  
illa surdi verba libri, & de tenebris & cali-  
gine oculi cæcorum videbūt<sup>a</sup>.*) Dixerat nāq;  
superius propheticos libros obsignādos Iu-

Libri sacri  
obtefti sunt  
Iudæis.

dæis : nunc ve-  
rò ait referādos  
Christi gratia.  
Clausi nanque  
sunt & obuoluti  
Iudæis: apertive  
ro & reuelati gē  
tib<sup>b</sup>. Quæ i fide  
litate velut gra-  
ui plumbo obdi-  
tas habebant au-  
res, quas tamen  
Christi euange-  
liū, ita terebra-  
uit, vt promptè  
reciperent fidem.

Roma. 10. Nam fides est ex audi-  
tu, auditus autem per verbum Dei. Legi-  
mus in Ioan. capitul. 9. Christum post il-  
lustratum natuum cæcum, Iudæis in gra-  
tis dixisse, ego in iudicium, in hunc mun-  
dum veni: vt qui non vident videant, &  
qui vident, cæci fiant. Et dominus rur-  
sum, Confiteor tibi, ait, pater rex cœli, &  
terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus,

Matth. 11. & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.  
Paruulos eos vocat, qui non sensu, sed ma-  
litia paruuli sunt. Hoc est enim Dei iustū  
liberatissimumq; iudiciū, vt qui diuino lu-  
mini rebelles sunt, & spiritui Dei resistūt,  
in tenebris errorum suorum delitescant,  
atque contabescant. Istis libri diuini obsi-  
gnati semper sunt. At verò qui Deo curat  
cedere, à Deo illustrantur & de medijs er-  
rorum eripiuntur tenebris, & traducuntur  
in admirabile lumen Dei, vt Petrus ait.

i. Petri. 2. Quam ob rem hos paruulos, hosque deo  
morigeros, subintelligens, subdit. ¶ *Et ad-  
dent mites in domino lætitiam<sup>b</sup>.*) Idest in do-  
mino cumulatissimè gaudebunt, hortan-

1. Thess. 4. te Paulo, In domino gaudete, iterū dico  
Apostolorū 8. gaudete. Et in actis Apostolicis gaudium  
Apostorū 13. fidelium ex accepta fide luculenter com-

memoratur. ¶ *Et pauperes homines in san-  
cto Israel exultabunt<sup>c</sup>.*) Sed obsecro, qui  
pauperes? viiq; qui spū sunt pauperes. At  
dices. Qui sunt spū pauperes? equidē quer  
bū dñi in māsuetudine excipiūt: q nō alta  
sapiūt, sed humi  
libus cōsentīt. Iacobi. 11:  
Isti demū exul- Roma. 11.  
tabunt in domi-  
no, q a beati pau  
peres spū, quo-  
niam ipsorū est  
regnum cœlo-  
ram. Vos, ait, cō  
tristabimini, sed  
tristitia estracō  
uertetur in gau  
diū. ¶ *Quoniād.*) Ioa. 16.  
Causam gaudij  
pauperū expo-  
nit, quia defecit qui præualebat. Præuale-  
bat Satan in orbe: per vnum enim ho-  
minē peccatū introiuit in mundū: & p pec-  
catū mors. At verò p vnūquoq; hoīem in  
troiuit iustificatio in mundū: & per iustifi-  
cationē vita æterna. Defecit ergo tyrānis  
Satanica, sanguine expugnata Iesu Chri.  
¶ *Cōsummatus est illusor, & succisi sunt om-  
nes, qui vigilabant super iniquitatē e.*) Spi-  
ritus maligni sunt illusores isti, & vigilantes,  
& accuratissimè studētes, vt irretiāt misé-  
ros hoīes, ad vniuersa pētōrum facinora.  
Isti sunt q faciunt peccare hoīes in verbo.  
Etem̄ verba Dei sua astutia torquēt, & di-  
ninarū scripturarū sensa perueritūt. Vt diui-  
nū homini mandatū primū exhibitū, si-  
nistrè ad Dei inuidiā torsit. Et Matth. 4. tēta  
turus hic illusor dñm verba sacra deprom-  
psit illa, Angelis suis Deus mādauit de te,  
vt custodiāt te in oī'us vijs tuis, in lōgē di-  
uersum sensum, quā spūs sc̄tūs dictauerat.

Gene. 3. Diabolus se  
cra torqueat  
ad Dei inuidiā  
diam & he-  
retici diabo-  
lū imitatur.

Et hic mos hæreticus est, scripturas corrū-  
pere, & à germano distrahere sensu, quē  
ecclesia catholica, pbatū habet. Vt Petrus  
quosdā Paulinas suo seculo commemorat  
torsisse epistol. 2. Pet. 3. Demones ergo &  
hæretici peccare faciūt hoīes in verbo: &

non

non solum hoc amāt vitium, sed etiam argentes in porta, supplantant. Sunt autem argentes in porta, diuini verbi declamatores, qui in porta, id est pro suggestu, ad plebes sacra declamant verba, vitia auditibus obuerten-

Mart. 6.  
Actorum 7.  
Matth. 13.  
Exodi 12.

tes. At verò ex ciebanthomines Satanica industria sepèveri p-dicatoressupplātanū. Adeſt ostē ſio rei huius Ioānes domini præcursor, q̄ arguebat Herodē propter Herodiadē quem Herodes ob reprehensionem truncavit. Et Apostoli dominic平capitalibus supplicijs, pp̄ter veritatis euāgelicæ testimoniū addicti fuēre.

Qui tamen fruſtra declinauerunt à iusto, id est, à iustitia fidei, & euangelica veritate. Quippe incredulis etiam num inuitis, veritas Christiana floret. Et vt quondam Pharao ille, quo magis Iudeos comprime re & minuere contendebat, eò magis increcebant: ita quò majores in Christum excitauerunt pestilentes homines tragœdias: eò vehementius floruerū. ¶ Propter hoc. Domus Jacob populus Israeliticus erat: cui populo loquitur vates modo. Illius nanque infidelitatem dudum descriperat. Ne autem putaremus omnes Iudeos excepto nemine, in infidelitate tenendos, subdit, Non modo confundetur Jacob. b.)

Rom. 1.  
2. Petri. 4.  
Luc. 2.

Quia cæcitas ex parte contingit in Israel. Post hac igitur Jacob quantum ad fideles suos attinet, non pudeſiet. Non erubesco, aiebat Paulus, euangelium: & Petrus si vt Christianus (subaudi patiatur aliquis) non erubescat: sed glorificet Deum in isto nomine. Fideles ergo Christi, sunt domus Ja-

cob: in qua regnat Christus. Et regnabit in domo Jacob, dixit angelus, in æternum. Non erubescunt ergo fideles in nomine, & fide Christi. Infideles autem Iudei hoc nomine offenduntur: est enim illis scandala-

lum graue do-  
bescet: sed cùm mini p-ræclarā  
viderit filios suos crux. ¶ Et sciēt. Errātes spiritu, opa manuū mea stultos vocat. Er- rū in medio ſui rantes enim ſpi- ſanctificātes no- ritu, ſunt erran- men meū, & ſan- tes mēte, & muſ- tificabunt ſan- fitatores, nebu- lones intellige-  
tum Jacob, & Etsensus eft tan Euāgeliō ex Deū Israel p-rēdi tam vim euā- in doctis fa- gelicam eſſe, vt cabūt, & ſcient homines igno- merrantes ſpiritu ransimmos do- intellectum, & c̄tos reddat: & muſſitatores di- homines perdi- ta vītæ, quales ſcēnt legem. ſunt irriſores, & illuſores, & cæ- teri hoc genus alij ad bonā diuinæ gratiæ frugem conuertat. Porro ſi Eſaiæ verba hæc de gentium vocatione intellecta vo- lumus prompta ſunt. Philosophi enim erabant ex ſpiritu. Multis nanque fuerunt irretiti erroribus, absurdaque multa tradi derunt, non ſolum circa diuina delirantes arcana, quinetiam de naturæ mysterijs, & de hominū moralivita multa nugati ſunt: adeo, vt Philoforū monarca Aristoteles expositiōis infantulos orbatos parentum p-ræſidio, perdeđos cēſuerit. Lege républi- cani Platonicā, & cæterorū Philosophorū, & errata aduertes ridicula. Hos porro Chriſti ſpūs luculenter instruxit, vt errantes ſpū, & diuina alioqui muſſitātes, & balbu- tientes, clarissimi ſint ecclesiariū magiſtri. Aſtorū, 17. Eſt tibi p-rēſto Dionyſius Areopagita: ſi oſtentationē huius rei desideras: ſunt tibi in huius rei argumētū illi, q̄vna philosopha- tes, Pauli cōmoti ſermone, libros errorū ſuorū igneis flāmis commiferunt.

# DE SENSIBVS TRO.

## pologicis ad Caput vigesimumnum Appendix.

**T R O P O L O G I C A** declamatio vniuersalitatis, De lapsis fidelibus à Dei charitate, cuius prothema est. Vx Ariel. Esiae. 29.



**V**I VIS FIDEI  
lium, qui à charitate Dei  
pristica lapsus est in mūda-  
nas voluptates, verba hæc  
aptari commodissimè va-  
lent. Etenim ut sermone priore præliba-  
tum est, Ariel altare holocaustorum, &  
templum ipsum Salomonicum, & deni-  
que ciuitatem illam sanctam denotabat.  
Erat autem nominis interpretatio Ariel  
leo Dei. Quæ sanè vniuersa lapsis fidelib-  
us quam cōcinnè aptentur, ipsa, quæ sub-  
iungam verba aperte demonstrabunt. Est  
Anima fidei  
lis altare est.  
Leuit. 6.

Matth. 22.

Affectus noxiex  
stiri Dei charita-  
te sunt deu-  
rendi.  
Non quo quis igne, sed igni sacro cremādi-  
sunt terreni affectus nostri, & in fauillam  
redigendi. Nam sunt, qui affectus suos no-  
xios deurunt sanè, at profano igne deu-  
runt. Philosophos nanque priscos legi-  
mus visibilia hæc spreuisse: ut Crates ille  
Thebanus, & Anaxagoras Clazomenius:  
& alij plerique quos referre in præsentia,  
est superuacaneū. Ceterum isti sua incen-  
debāt desideria non ex igne sacro. Nā nō  
ex Dei charitate mundū reliquerunt, sed  
vel in anis gloriæ studio, ut scilicet immor-  
tales sibi conciliarent memorias, aut seculi-

laris sapientiæ desiderio spectanda homi-  
nibus præstiterūt opera. Porrò altare hoc  
mysticum ignem diuinæ flammæ poscit,  
non profanæ ambitiōis ardores amat. Ne  
que solum fidelis anima altare Dei est,  
quinetiam templum Deo dicatum est. Id  
quod me tacente, Paulus clara voce testa-  
bitur, An nescitis, ait, quod corpora ve-  
stra templum sunt Spiritus sancti? Ad hæc  
fideles sunt instar leonis. Etenim si Chri-  
stus, cui fidem dederunt, leo est de tribu  
Iuda, quid quod Christi fideles leones ap-  
pellentur? Ut diuus Chrysostomus aliud  
agens, Ut leones, inquit, flamas spiran-  
tes sic à mensa illa descendimus, terribi-  
les facti diabolo. Et Salomonius Thro-  
nus quondam leunculis aureis distinctus  
ornabatur: quia ecclesia Iesu Christi, quæ  
veri Salomonis sedes est, fidelium varie-  
tate & ornatur & distinguitur. At ve-  
rò leones isti, si non leones se se præstant,  
in expugnandis rebellionibus carnis, Vx  
illis intonat Esaias prothematicis voce, Vx  
Ariel, quasi dixisset apertius, Vx tibi o leo  
Dei, Vx tibi o fidelis homo, qui quantum  
est ex fidei Catholicae professione leonē  
induisti, quando Christo in baptismo no-  
mina dedisti, & sub vexillo crucis te mili-  
tiamducere decreuisti; at enerueā te fe-  
cittuæ carnis illecebra, mundi delicium,  
diabolica denique fraus. Idcirco, Vx tibi,  
Ariel, vxtibi. Quippe cum sit Deo dica-  
tus spiritus tuus in diuinum altare, tu ta-  
men non Deo holocaustata incendis,  
imò desideria tua terrenis rebus habes de-  
mersa: & totum quod Deo offerendum  
& incendendum erat sacrificium tibi in-  
cendis, non Deo: ignisque diuini amoris,  
qui

<sup>1. Corin. 6.</sup><sup>Apocal. 5.</sup><sup>Typus exli  
br. 3. Reg. 3  
exponitur.</sup><sup>Peccatores  
altare Deo  
sacrum pro  
fanant cal-  
pis suis.</sup>

qui cœlesti meditatione in te alendus per petuo fuisset, perpetuo inanibus considerationibus extinctus extat. Quippe non legitimo, sed alio deureris igne execrato nempe, & noxio igne, qui est cupiditas seculi: quæ est radix malorum omniū. Rursum, Væ Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid. An non te expugnauit Christus, cum te adduxit ad meliorem spiritualis viæ frugem? quando deuictis peccatis in gratiam suam te reuocauit? Dauid. 1. Para pugnat fide lipo. cap. 11. arcem Sion expugnauit, quæ erat in Iebus, quæ labente tempore Hierosolyma nuncupata est. At maioris negotij est, & impendij, animam tuam expugnare, quam expugnat verus Dauid Christus, quam illam veterem arcem Sion. Ad ditur annus anno, & solennitates ecclesiæ

*Christus ex  
pugnat fide  
lipo. cap. 11.  
arcem Sion expugnauit,  
quæ erat in Iebus,  
quæ labente tempore  
Hierosolyma nuncupata est.*

quotannis voluuntur neque tamen subit tibi ô peccator animus, nouam inchoare vitam. Ideo subdit dominus, Circunuallabo Ariel, id est, fidelem animam obstinatum in malo: quæ etiam diuinis initia ta mysterijs, tanquam canis reuertitur ad vomitum. Et huiusmodi anima, circunda bitur Deo iustè permittēte à peccatorum suorum frequentissima turba, & à dæmonum phalange tæterrīma, in die illo postremo, quando efflabitur à misero suo corpore: & erit tunc tristis, & mœrens, &c. Quæ sequuntur non habent operosam tropologiam, ideo missa facio. Verum huic tropologicæ declamationi iunge declamationem ad caput 23. quæ quia cum hac symbolizat, ideo ex industria hanc latius non produco.

### Finis Libri Tertiij.

# DILUCIDATIO NUM ET DECLAMA- tionum tropologi.in Esaiam Prophetam.

L I B E R Q U A R T V S.

## Dilucidatio in Caput Trigesimum Esaiæ.



Vaticinium  
hoc præferē-  
dam esse di-  
uinam con-  
fidentiā hu-  
manis fau-  
ribus osten-  
dit.

**A**E FILII D E S E R-  
tores<sup>a</sup>.) Huius capitinis intel-  
ligentia quædam ex Hieremias  
prophetia.capitul.42.  
43.44. & 45. repeteret præ-  
exigit. In quibus docemur, primoribus Iu-  
dæorū a Nabu-  
chodonosore i-  
Babylonem ab  
actis, p̄misū  
vulgus, qđ sub  
Godolia à capti-  
uitate Babyloni-  
ca superfuerat,  
preces obtulisse  
Hieremias, vt  
Deū ppiciū illis  
redderet: vt Hie-  
rosolymis ipsi,  
qui reliquiae e-  
rant tranquillam ducerent vitam: fidemq;  
Hieremias dederunt, quidquid ipse man-  
dasset, opere præstatores. Hieremias igitur  
precibus à Deo obtenta illis pace, si  
Hierosolymis perstiterent, fidem datam  
violauerunt: & Hierosolyma deserta in  
AEgyptum (inuito Hieremia) se transtu-  
lerunt: inibique idolis AEgyptiorum cul-  
tum impenderunt. Ad hoc ergo alludunt  
Esaiæ verba, Væ filij desertores. Quippe  
malo suo Iudæi spreuerūt Hieremias con-  
siliū: vt descenderent in AEgyptum:  
quippe pacem, quam quærebant in AE-  
gypto, in AEgypto non habuerunt. Et  
enim Nabuchodonosor percussit terram

AEgypti: & reges suos, Pharaonem, E-  
phre, & Pharaonem Necho, Cuius gla-  
dius etiam inuoluit Iudæos, qui in AE-  
gyptum se contulerant. Proptereaque il-  
lis dicit, Væ, Fecerunt enim consilium,  
quod libido propria suaferat: & non quod  
diuinus spiritus,  
per Hieremiam  
illis indixerat.  
Et hoc est, qđ  
ait, vt faceretis  
consilium, &  
non ex me, &  
ordiremini te-  
lam & non per  
spiritum meum:  
vt adderetis pec-  
catū, super pec-  
catum. Quippe  
in Aegypto ido-

la rursum coluerunt. Ad hunc ferme sen-  
sum Hieronymus, & vtraque Glossa or-  
dinaria & interlinealis locum istum du-  
xerunt, Nicolao Lirano repugnante. In-  
firmo enim fretus argumento hunc lo-  
cum ad Sedechiam retulit: qui vim Baby-  
lonicam euasurum credebat auxilio Pha-  
raonis regis AEgypti fidens, Hierem. 37.  
quo tamen Sedechias, leuatus non est. Ar-  
gumentum autem eius hoc est, quia hoc  
capite mentio fit de nuntijs destinatis in  
Hanes, & de principibus in Tanis. At ve-  
rò credibilius est regem Sedechiam, hos  
destinasse legatos, qđ promiscuum vulgus.  
Cæterū in huius legationis nulla mentio  
fit, neque

fit, neque in libris Regum, neque Paralipomenon. Et satis rationi consentaneum est, reliquias populi Iudaici superstites, sub Godolia legatos fecisse ad Regem AEgypti, qui requirent regis placitū, tutumq; accessum in AEgyptū : alioqui iniussō rege nō tentarent descēsum in AEgyptum. Quapropter legatio hęc cuius meminit Esaias, nō habet cur cōpellat nos à sensu Hieron. declinare. At hę sitabis: quid est, quod ait, Et os

*Collatio ap-*  
*pares in fcri-*  
*ptura tollit.*

meum non interrogasti: si qđem vt prædiximus Hieremiā interrogauerūt, non solum principes bellatorū, & Ioanā, filius Carreæ, & Iesoniās filius Ozię, quinetiam & Se-dechias Domini-nū consule-runt, per Hiere-miam . Quale est igitur, quod modo inquit, & os meum non interrogasti? At consulere Domini subdolè per inde est ac non consulere: imò potius est Dominum ad iram irritare. Isti ergo, qui Dominum consulebant, subdola mente id fecerunt. Quia non animo parendi diuino oraculo, sed vt autorem proprij desiderij, & affectus haberent Hieremiam. *Tani*<sup>a</sup> vt Esaias inquit, In Tani principes tui, Tanis est legendum, & non Taphnis: & ita Septuaginta legunt. Erat autem regia Pharaonis, vt Hieronymus est autor:

& Thanes non est legendum, sed Hanes. Et est vrbs, in finibus AEgypti. Tanis verò Zoam est Hebræis. ¶ *Onus iumentorū Austrī*<sup>b</sup>.) Glossa ordinaria sequuta Hieronymū, locum hūc exposuit in hęc verba.

*Tanis Zoam*  
est Hebræis.

Post decē one-radiuersarū gen-tium, vndecimū onus reliquarū duarū tribuū po-nit, quę remāse rūt ducto Sede-chia, & alijs prī-cipibus, in Baby-lonē. At si mal-luerimus nō ad hęc confugere, & aliter expone relicebit. Aduer-tendū enim est AEgyptum, Au-stralem respice-re plagā. Et hoc loco indicat ma-leactū iri cū iu-métis Iudæorū deferētibus, mu-nera in AEgyptū, cōciliādi re-gis grā. Quippe leo, & leæna, & viperā, & regulus, & id genus animalia virulēta deuastura hu-

iusmodi iumenta prædictū. Vocat autē iu-menta Austrī, quippe à Hierosolymis iter faciētia in AEgyptū vergebāt in Austrū. Ethoc iter terram tribulationis & angu-stiæ appellat: quia Iudæis curantibus auxilia AEgyptiaca in fœliciter cessit. Ethoc est quod ait, AEgyptus enim frustra, & vanè auxiliabitur. Qđ verò subdit, *Clamaui super hoc, Superbia tantū est, quiesce*<sup>c</sup>.) aper-tius reddit alia translatio, *Propterea clamaui ad hanc: robur eorū quiescere, id est clamaui per Hieremiā prophetā Hierosolymitas monens,*

*Consulere*  
*Deum est*  
*subdolē &*  
*fidei.*

# Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 3<sup>o</sup>

monens, ne fidant robori AEgyptiorum, & præsidio, sed Hierosolymis figant pedes, vt pacatam vitam ducant. Et sunt verba in persona Dei: & præterita pro futuris accipe. Quia Babylonica captiuitas, cui

Meremias  
fuit lōgo &  
uo post Esaiam.

mias, fuit longo æuo post Esaiā. Lege dilucida-tionem ad ca. i. si aliorum inter pretum, & non hæc tibi arrise-

rit interpretatio, apud illos legendi tibi copia esto. Verū hæc nostra satis literæ Esaiæ congruit. ¶ Nunc ingressus<sup>a</sup>.) Hebraicè in quibusdā codicibus legitur. Nunc ergo ingressus. Buxum verò, Septuaginta transflerunt in hæc verba latinè reddita, Nunc ergo sedens scribe in buxo. Hebraicè vero, luha, habetur: quæ dictio tabulam, in qua scribitur significat. Mandat ergo Dominus prophetæ, vt prophetiam hanc scribat super tabulam, vt olim præcepit Mosi Exodi 31. Qui mos scribendi erat antiquus. Interpretatum autem fuit nomen, luha, buxus fortassis, vt lignea tabula, & non lapidea intelligeretur. Est autem buxus arbor nodosa, croceo nitens colore.

Buxus qd.

Prouer. 8.

Buxus tro-pologicæ 2-  
patur diu-næ sapiëtiæ.

Esaiæ 40.

Lege Albertum, de vegetabilibus, & plantis libr. 5. cap. 10. Et arbor hæc solida viget substantia, strictissimosque habet poros: propterea que non super fertur aquis, sed profunda illarum petit. Rursum leuem habet, atque tersam materiam, denique foliorum viriditate semper gaudet. Quæ omnia diuinæ sapientiæ aptissimè conueniunt, quæ solida est, nullas permittens falsitatis nugas: quæ profunda est, & cordis arcana scrutatur: quæ terfa est, quia nihil immunditiæ admittit. Denique semper virens, quia verbum Domini manet in AETERNUM. Quam ob rem recte Esaiæ præcipitur, vt diuina verba super buxeam tabulam scribat, & exaret diligenter. Dicitur autem, & arbor buxus, & lignum buxum. Quanquam diuinum verbum non tabu-

las amat buxeas, aut lapideas, sed cordis tabulas: super quibus altè scribatur: vt Salomon scribendum voluit dicens, Describe ea in tabulis cordis. Quod si cordis obstinatio huic scripturæ restiterit ( vt resistit non nunquam )

nouissimo in testimonium vsq; in æternum. Populus<sup>b</sup> enim ad iracundiam pro

ventura Iudeis portendit, scilicet, aut captiuitatē Babylonicā, aut Romanā. Nam ad diem iudicij finalem tabulæ non sunt necessariæ in testimonium, quando libimentales cunctis patefient. Verba igitur Dei si conténuntur, scribi à Domino mandantur, in testimonium contemptus, vt dominus Apostolis euangelium annuntiantibus, puluerem pedum excuti iussit in testimonium aduersum eos, qui euangelicam vocem neglexerūt. Sermo enim diuinus vacuus non redit: aut enim agit pro nobis, aut contra nos. Etenim si illic edimus nobiscum facit: si obsistimus, contra nos. Quapropter Christus ait, Si non venissem, & locutus eis non fuisset peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habet. ¶ Populus<sup>b</sup>.) Frequens

est Iudaica obduratio in scripturis. Tria sunt autem denarrantur ab Esaiæ, quæ obduracionem testantur: & ad iracundiam provocare Deum, & filios esse mendaces, & nolentes audire legem Dei. Horum autem mendacium supra diximus, quale fuerit in exordio capitil huius. Et obduracionis pessimum est indicium, videntibus, id est prophetis, aut monita salubria denarrantibus dicere, Nolite videre, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia. Desperatus enim censetur morbus, qui ( alioqui acutissimus ) pharmaca odi, & quæ sibi aduersantur amat. Et de peccatoribus actum quoque est si salubria monita, quæ tanquam pharmaca à mini- Perditionis signum, stris

Prouerb. 3.

Matth. 10.

Marci. 6.

Luke. 9.

Ioau. 15.

Lucr. 9.

Tria sunt quæ testantur animi obdu-

rationem.

stris verbi diuinis propinuantur, reliquuntur: aut illa eligunt, quæ propriæ libidini suffragantur, ut isti fuerint de quibus hoc capi-  
mentio facta iam est: qui Hieremias etiam  
commodè consulenti stabilitatem Hierosolymis, morē nō  
gesserunt. Talis

Mar. 9.  
fuit Herodes, q  
Ioannem clamā  
tem, id quod di-  
uina dictauerat  
lex. Non licet ti-  
bi habere vxorē  
fratris tui, occi-  
dit. Et Domini-  
num denique

Iesum, qui eo in mundum venit, ut te-  
stimonium perhiberet veritati, suspende-  
runt in ligno. Tales Tyranni, qui beatos  
Apostolos, gloriosumque & candidatum  
martyrum chorū, morti adegerūt: quia  
Dei euangelium testabantur. Sed ait ali-  
quis, Ecquid, est ne quispiam tam demēta  
tamentis, qui hæc audeat verba promere,  
Nolite scilicet aspicere nobis ea, quæ sunt  
recta, loquimini nobis placentia videte no-  
bis errores? Dionysius enim ille Areopagi-  
ta neminem testatur peccare ad malum a-  
spicientem: at vt dixit alter, fallimur spe-  
cie recti & si rem apud nos pendimus, ipsa  
docebit rei veritas, malum omnia fugere,  
& omnia bonum appetere: nisi quod tota  
fallentia est hæc, quia mala sub cuiusdam  
boni prætextu, diligimus ut meretrix pi-  
cturata facie amanti imponit: sicut idolo-  
latræ exempli causa falsos Deos, veros pu-  
stantes, illis cultum diuinum impendebant  
& fideles cultui obstantes nefario ab iido-

lolatriis trucidabantur, ut superstitioni, si-  
cūt etiam homicidae atrox facinus occi-  
dendi alium audent, quia rectum putant  
iniuriam (quam ex alio accepisse cogi-  
rant) morte vlcisci. Adulteri quoque volu-  
ptati ducunt esse indulendum, & hoc si-  
bi estimant bonum. Quid ergo est quod  
ait, Videte nobis errores? Nimirū quia iij,  
qui iam animo decreuerunt viam iniqui-

incertorum

tatis amplecti, illa audire quent, quæ pec-  
catis abbladiantur: palparesquent, qui  
ea suggestant, & instillent, quæ peccati  
pondus alleuent, aut ea quæ opus patra-  
tum ab ipsis, non peccatum esse, sed lau-  
dis opus esse per-

b⁹, Nolite aspice  
renobis ea quæ  
recta sunt: loqui  
mini nobis placē  
tia, videre nobis  
errores. Aufer-  
te b à me viam,

Homines  
mat errores  
non nudos  
sed fucatos.  
dos sed fucatos, & sub specie veritatis lar-  
uatos. Quid quod ea est nostri arbitrij li-  
bera facultas, ut etiam errores citralar-  
uam, citra fucum, amare valeat. Nanque  
peccator cum in profundum peccatorum  
venerit contemnit. De qua materia uber-  
tim nos differuimus in declamatione ad. 6  
Esaï. cap. Interim satis nosse fit Deum po-  
suisse ante hominem & bonum, & ma-  
lum, & lucem, & tenebras, ut qualia voler,  
talia accipiat. Igitur errores, & mendacia  
& mala vniuersa, etiam sine bonitatis fu-  
co, aut veritatis larua, potest eligere ho-  
mo, sicut & reijcere. Quanquam, quod  
moris humani est, hoc est, nihil in amo-  
rem suum admittere, quod tamet si pessi-  
mum sit, in boni formam non transforme-  
tur. At de his hactenus in priora regredia-  
mur. Et obserua diligenter Esaïæ verba.

¶ Filii desertores, filii mendaces. a) Deus nan-  
que Iudæos etiam si mendaces, & deserto-  
res, filios tamen vocat: vt noueris quam  
desipient cum Vuilepho, qui fideles præ-  
scitos nequaquam appellandos filios Dei  
contendūt. Et bene admonuit glossa hæ-  
reticos dicendos filios Dei, cæterum de-  
sertores, & mendaces, & discolos. Sunt  
enim filii: quippe charactere filiorum Dei  
ex sacra ablutione baptismi sunt insigniti.  
¶ Auferre. b) Verba sunt impiorum ut prio-  
ra. Ij enim q dudu dixerant videte nobis

Potest hō  
malum eli-  
gere sui clar-  
ua bonitatis  
Fideles præ-  
scit filij Dei  
possunt vo-  
cari tatisper  
dum sunt in  
ecclesia ca-  
tholica.

Tom. 2. K errores,

# Dilucida.& decla.in Esai Prophetam.

errores, aut imposturas, isti augentesim pietatem, aiunt, Auferte à me viam, declimate à me semitam. Idest viam protri tam à prophetis loquendi, quæ sunt fana & quæ recta, auferte à nobis, dicunt isti filii desertores. I-

deo addunt, Ces set à nobis sanctus Israel. Qua si dixerint, iam fastidimus verba illa propheta rum, Hæc di cit sanctus Isra el.

**Nume. 10.**

Neque mirandum, si illis fastidio iam erat sermo de deo, quibus olim pa nis de cœlo præ stitus nau am commouebat. An non di xerunt verè, Ces set à facie no stra sanctus Is rael illiquos Job cōmemorat, Di centes dixerunt Deo, Recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus? Et

**Iob. 23.**

quid est dicere, Nolumus hunc regnare super nos, aut, Hic est hæres, venite occidamus eum, nisi, Cesser à facie nostra sanctus Is rael? ¶ **Propterea.** a) Pœnam horum, quos retulit denarrat vates noster. Quia repro batis (inquit) verbum Hieremij id est reprobaturi estis: & speratis in calumnia & tumultu, in opibus videlicet à vobis ini quæ partis. Opes enim calumniam vocat, quia calumnijs, fraudibus, litigijs, tumultibus siue violentijs, rapinis, & id genus con quiruntur. Quibus Iudæi tunc freti disces-

serunt à Deo viuo: qui mos diuitum est, sperare in incerto diuitiarum suarum: & aduersus Deum erigere cristas. ¶ **Proprie** **rea** erit vobis ini quitas hæc sicut, interru ptio cadens. b) Idest, sicut muri tumor vehe

mens de repen telabitur, & secum rapit muri bonam partem, & subito opprimit quos incautos reperit: ita vobis erit præsidium AEgyptiorum. Et ut lagena figuli conteritur contritione valida præter spem: ita murus, quiescit AEgyptiorū præ sidium comminuetur vehemē ter à Nabuchdonosore, & miser rima erit contri tio, ex qua nocte stula sit superstes,

deferendo comoda igniculo, aut pauxillo a qua portando.

Hyperbolic' est sermo iste, quasi

dicat, Tanta erit AEgypti stra ges, ut vix vnu

aut alter superstes sit. ¶ **Quia.** c) Propheti

cum seruat stylum duris blanda miscere,

& minis consolationes interserere. Si re

uertamini igitur à vijs(ait) vestris pessimis

si animum mutatis, non descendendi in

AEgyptum salui eritis in silentio. Idest si

manseritis Hierosolymis sedendo & quiete

scendo, tibi eritis ab omni malo. ¶ **In silen**

**tio**(ait) & spe erit fortitudo vestra. d) Silētia

vocat vacare & otiani Hierosolymis, qua

si dixisset, Vacate ab strepitu militari, &

vestram

**Diuinitas vo cat Esaias calumnias.**

t. Th. 11.

declinate à me semitam, cesser à facie nostra sanctus Israel. Propterea a hæc dicit Dominus noster sanctus Israel. Pro eo quod reproba stis verbum hoc & sperastis in calumnia & in tumultu, & in nixi estis super eo: propterea erit vobis ini quitas hæc sicut in terruptio cadens & requisita in muro excuso, quoniam subi to, dum non spe

regnare super nos, aut, Hic est hæres, venite occidamus eum, nisi, Cesser à facie nostra sanctus Is rael? ¶ **Propterea.** a) Pœnam horum, quos retulit denarrat vates noster. Quia repro batis (inquit) verbum Hieremij id est reprobaturi estis: & speratis in calumnia & tumultu, in opibus videlicet à vobis ini quæ partis. Opes enim calumniam vocat, quia calumnijs, fraudibus, litigijs, tumultibus siue violentijs, rapinis, & id genus con quiruntur. Quibus Iudæi tunc freti disces-

X . . . . .

*Sancti via  
vestram in me reicite spem, & hoc sit ve-  
strum robur: & AEgyptiacas copias auxi-  
liares vobis ne queratis. Huic silentio, &  
quieti vacandum esse sanctis, Paulus suos  
fratres, ut abundetis magis, &  
operam detis, ut  
quieti sitis &c. 2.  
c. 3. Cum silētio  
operantes, panē  
suū manducēt  
Est enim silen-  
tium iustitiae cul-  
tus Esaiæ. 3 2.  
¶ *Et noluitis. a)*  
Silentia & quietem Deo placi-  
ta, Iudæi nolue-  
runt: imo nequa-  
quam, dixerunt:  
sed ad equos fu-  
giemus, id est ad  
præsidia milita-  
ria AEgyptiorū.  
Quæ quia Iu-*

dæis non erant profutura subdit, ideo fu-  
gietis, subaudi, Nabuchdonosoris poten-  
tiā. Et rursum aiunt, Et super veloces a-  
scendemus, subintellige, celeres equos. I-  
deo contraponit Esaias, Velociores erunt  
qui persequuntur vos. Quasi dicat, Indu-  
stria, & solicitude vestra inutilis vobis e-  
rit. Nā mille hoīes à facie terroris vnius,  
& à facie terroris quinque fugietis tantus  
erit vester hostium pauor, vestraque re-  
pugnandi impotentia. Id quod Dominus  
quoque per Mosem prædixerat. Deuter.  
32. *Quomodo, ait, persequebatur vnu*  
*mille, & duo fugarent decem millia? non*  
*ne ideo quia Deus suus vñedit eos, & Do-*  
*minus conclusit illos?* ¶ *Donec relinquami-  
ni. b)* Quod dixerat Hierosolymitas Iu-  
dæos paucissimos super futuros, post belli  
cam increpationem Nabuchdonosoris, e-  
videntius inducta similitudine exponit.  
Vt enim pauci mali statuuntur in promon-

torijs altis, ad quos dirigant cursum nau-  
tæ: ita & Hierosolymitæ pauci super erūt.  
Hieremiæ lectio docet. ca. 46. à clade ista  
AEgyptiorum à Chaldaëis illata nonnulli  
los Hierosolymorum ciues mutato ani-  
mo Hierosoly-  
mam fuisse re-  
uersos, qui testa-  
rentur aliorū rui-  
nam. Et huc us-  
que Iudæi super-  
stites ex innu-  
meris cladibus  
Deo dispensan-  
te persistūt, qua-  
si signum super  
collem. Etenim  
ipſi ferūt secum  
veritatis Chri-  
stianæ signa: vt  
Diuus Augusti. *Iudæi super-  
tradit in volumi stites sunt  
nc contra faustū ad ostendo  
& in libro de fi- nem euange  
de rerum iniisi- lis.*  
bilium. c. 6. Nan-

que in synagogis suis modo legunt, & do-  
cent propheticos libros (quos vt diuinos  
colunt) in quibus tamen sacramenta Chri-  
stianæ religionis continentur. Ut verè di-  
xeris quod Moses prædixit, Et inimici no- Deut. 32.  
stri ipſi sunt testes. ¶ *Propterea. c)* Deus, qui  
diues est in misericordia, patiētissimus est  
expectans hominum pœnitentiam: vt di-  
gni sitis, quibus misereatur. Huius Patien-  
tiae Paulus ad. Rom. 2. (quam & ipſe lon- Longanimi-  
ganimitatem quoque vocat mentionem tas & patiē-  
faciens, An contemnis (inquit) diuitias bo- tia Dei.  
nitatis, patientiae, & longanimitatis Dei?  
Contemptores autem, quæ maneant sup-  
plicia indicans subdit, Secundum duritiam  
tuā, & impœnitens cor, thesaurizas tibi irā  
in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.  
Ne igitur hanc thesaurizemus nobis, pro-  
pterea ait vates. ¶ *Expectat Dominus, vt mi-  
sereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens  
vobis. d)* Misericordia em̄ Dei super exal-

# Dilucida.& decla.in Esai.Prophetam. 3°

Iaco. 2.  
Psal. 144.

tat iudicium, Iacobo testante, Et miserationes Domini super omnia opera eius. Parcendo igitur exaltatur Deus. Aut forte germanius ad literam, exaltationem insinuat esse, Chaldaeorum oppressionem quam Dominus effecit. Exaltauit ergo semet ipsum Deus, sumens de Chaldais commeratas pœnas: & per percit pœnitentibus Hierosolymitis: quia Deus est iudicij Deus. Quia in æquitate iudicat orbem terrarum. Pro-

ppter hoc Chaldaeos Tyrannos plaga persecutiens maxima iudicium fecit, & iustitiā: ut qualia iniquè intulerunt Iudeis, talia iuste sustineret. At beatos, ait, esse sperantes in Domino. Etenim qui spem suam collocauerunt, in præsidis AEgyptijs, perierūt, vana spe delusi. Qui vero de Deo spem certam conceperunt, non sunt falsi ex spe sua. ¶ *Populus.* a) Septuaginta populus sanctus in Sion habitabit, verterūt. Et ad Hebraicā caveritatē hoc mō videtur vertēdū. ¶ *Si populus in Sion sederit, in Hierusalem, plorans nequaquam plorabis.* Et sensus est pro patulus, qui noluerint in AEgyptum se transferre, sed in Hierusalem manere, ne quanquam mala, quæ commigraturis in minebant ferent: quia Dominus illos donabit sua misericordia: & propicius erit illorum precibus, quas Hieremias pro illis ad Dominum fufurus erat. ¶ *Et dabit.* b) Septuaginta in longè diuersum sensum transferunt Esaiæ verba, quam ipsa literæ contextura poscat. Et dabit (vertunt) Dominus vobis panem tribulationis, & aquam angustiam: & nequaquam ultra appropinquabūt tibi decipientes te. Nos tñ legimus non, decipientes, sed doctorem: non faciet auolare, à te ultra doctorem tuum.

Gene. 18.  
Psal. 9.

At vero hoc admodum discriminatur ab eo, quod Septuaginta verterunt. Nequaquam ultra appropinquabunt tibi decipientes te: diuersa nanque hæc sunt. Nō auolabit, id est non fugiet, & non appropinquabit. Nam

nō auolabit per inde est, atque si dixisset. Non recedet doctor

Séus obscurus Esaiæ reteratur.

audierit, respondebit tibi. Et dabit vobis Dominus panem ratum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te ultra doctorem tuum, oculum tuum. audierit, respondebit tibi. Et dabit vobis Dominus panem ratum, & aquam breuem suis porrigebat, fidelibus quibus calicem suum bibendum pollicitus erat. Calicem, ait, quidem meum bibetis Matth. vigesimo secundo. Nam quod duobus donabat, omnibus suis martyribus donandum insinuabat. Dedit ergo Dominus sacratissimis illis primitiis testibus, panem ratum, hoc est panem tribulationis, & nequaquam molestiæ, aut angustiam, siue angustiarum: hoc enim est, breuem. Qualis autem hic panis tribulationis fuerit, sacra te docet eloquia. Paulū cōsule posteriore ad Cor. c. 1. & videbis, quā latē pateat, quas Paulus calamitates pertulit. Et omnium (quos priscatulit ætas) sanctorū patrū memoriā facit: ut admoneat ad Hebr. 11. quāta fulciti diuina fide sancti perpessimāla fuerint. At verò non auolauit doctor ille verus Christus ab illorum præsidio. Et enim Christus sanctis suis præsto est, ut patrocinetur, & à seculi turbulentis fluctibus tueatur. Et oculi sanctorum vide-

Septuaginta variantab Hebraica lectione hoc loco.

runt

A&to. 7.  
A&to. 22.

Ioan. 13.  
Mat. 21.  
Ioan. 3.

runt præceptorem suum. Vnde Stephanus lapidibus obruebatur, & Christum in spexit à dextris Dei gloriose sedentem. & Paulus Christum vedit se animantem, & confortantem, vt munus ferendi per orbem Christi nō mē, fœlicissimē gereret. Et demum cæteri Apostoli Christū viderunt, & constrectauerunt vt. 1. Ioan. capit. 1. traditur. Hic ergo, qui verus est

magister, & unus est magister Christiani populi, & doctor, vt dixit ille, Rabbi scimus, quia à Deo venisti magister, non auolat, neq; auolabit à populo Christiano: vt olim auolauit, à populo Iudaico. Ego, ait, Vobiscum sum usque ad consummationē seculi Matth. 24. Nicolaus ad venerabile retulit Eucharistiae sacramentum. Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem. Quippe sub arcta quantitate Domini corpus veracissime latet. At verò panis arctus est panis angustiae, vt dilucidaui mus ex Septuaginta interpretatione. Et aqua breuis est aqua molestiae: qualis est illa quam Threni Hieremiacē commemorant, Aquam nostram pecunia bibimus. At vero hic panis, & hæc aqua, qui cum pane angelorum omni suavitate refertissimo congruat, non video, nisi distorte & inconcīne. Fortassis ergo de pane, & aqua quam habuerunt Hebræi in captiuitatem Babyloniam abstracti hæc exponenda veniunt. Est namque panis captiuorū imocibaria omnia, cibaria angustiae quālibet lauta sint. Etenim captiuitatis tanta est miseria ut panis etiam deliciosus, vt dicebam angustiae sit, & tribulationis. Præsertim quando fideles subiguntur ab infidelibus: vt iij, qui Christiani apud Turcas captiuitatem experti sunt, libertate tamen donati, quam arctissimo vescerentur pane, quamque breui refocillarentur aqua apud

Eucharistia  
est panis ar-  
ctus.

Captiuitatis  
mala ciba-  
ria faciunt  
se doloris.

infideles, satis denarrant. At vero considerandum erit, à Babylonica illa captiuitate, Iudæos idola non coluisse vt olim, immo mala durissima experti, quia idolorum addicti erant venerationi, ab illis post captiuitatem abstinuerunt. Neque in euangelicis historijs hoc Pharisæis vitio vertisse Christū legimus, idola. c. colere. Quod enim Dominus Luce. u. ait, Generatio

mala & adultera hoc est idololatra, nō ad præsentes Iudæos dirigebat sermonē: sed Iudaicæ nationis maiores notabat perfidos fuisse & sacrilegos, subindicans eisdem sermone prædicto Pharisæos, & doctores illos negaturos tādem verum Deū Christum maiorum suorum harentes vestigijs: qui spreta vera Dei religione, in sacrilegam superstitionem idolorum incubuerunt. Hoc ergo est, quod vates noster insinuat, Non auolabit à te ultra doctor tuus (qui Moses erat) qui inter cætera, hoc summè commendauerat præceptum, vt vni Deo h̄erent, alienis dijs post habitis. At quod sequitur. ¶ *Et erunt oculi tui vidētes præceptorem.*<sup>a)</sup> Vt cohæreat priori, non facile patet. Oportet igitur per doctorem & præceptorem Deum intelligere: qui primus omnium doctor est, & præceptor: cui vni impenderunt cultum relictis deorum umbris Iudæi à captiuitate Babylonica, vt diximus. Propterea vates inquit, Et non faciet auolare ultra doctorem tuū: & oculi tui videbunt præceptorem tuum. Videbunt, inquam, perfidem vnius Dei: & aures tuæ audient verbum, post tergum monentis. Verbum autem hoc est diuinum verbum, quod in tenebris in auribus mentis resonat & monet. ¶ *Hæc est via ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram.*<sup>b)</sup> Solemus autem homines à longe distantes post tergum vo-

Deus primus  
est omnium  
doctor &  
præceptor.

care, qui à nobis recesserunt. Et quia Iudæi a patro cultu vnius Dei se abstraxerant, propterea ait, Post tergum vocatos, & subaudi, reductos ab idolatria ad Dei veram latriam. Hæc igitur via recta est viae Deo hærente, neque ab hac via declinandum ad dextrum, neque ad sinistrum. Virtutem dixit philosophorum princeps, medium occupare sedem: extre-

Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatis auritui, & disper-

ita succenserent, ut illam esse superuacanam existimarent, & operibus duntaxat sindendum esse autumant, sinistrum isti atque ripuerunt iter. A charitate vero itidem bifida est declinatio. Qui delirant dicentes actiones nostras omnes quilibet non xias, meritorias esse tamen coelestis præmij, modo scopus illarum sit charitas, ut qui futurut eleemosy-

nam inopi porrigit, addextrum declinant: unde Begardi & Beguini, fornicarium accessum à peccato excusabant, modo ex charitate fieret. Qui rursum nulla esse promeritoria opera contendunt, quilibet incorrupta extiterint, ad sinistrum diuertunt: ut sunt hæretici huius seculi, qui merita humana pessundant. Et demum, qui iactans diuinam clementiam sibi ad blanditur, ut in peccatorum facibus quiescat, addextrum declinat. Veruntamen qui de diuina difidentes clementia desperant semetipos, sinistrum tenent. ¶ *Et contaminabis.* <sup>Ad Eph. 4</sup> Consono sequitur ordine quod suudit. Nam quod dixerat, non ultra auolatum doctorem verum, Deum: & oculos Iudæorum visuros præceptorem legitimum, & non visuros idola adorandi gratia: aut falsidicos vates falsa principientes, exprimit evidentius. ¶ *Contaminabis laminas sculptilium argenti tui.*) Contaminare autem in scripturis est contaminata esse ducere: proculare illa, & nihil pendere, quæ ad ornatum cultum vederum spectabant. ¶ *Et egredere dices ei.* <sup>Syllepsis in scriptura</sup> Syllepsis est. Idest idolis vniuersis dicetis, Egredimini de templo Domini, egredimini, & à nobis perpetuo discedat iniquus cultus. ¶ *Et dabitur.* <sup>c</sup> Temporalium bonorum affluentiam ritè colentibus Deum, frequens erat Deo exhibere.

*Declinare addextrum est excede-re & decli-nare ad fini-strum est de-sicere.*  
Eccl. 7.

*Lex Dei me-dium amat iter quo fer-tur ad astra.*

*Hæretici quidā decli-nant addex-trum aliq ad sinistrum.*

hibere. Contaminantibus igitur pompaticam illam idolorum culturam, pluia opportuna promittitur. Et patent quæ sequuntur usque in illum locum. ¶ *Commistum migma comedene.*<sup>a</sup>) Est autem vox Hebraica, Hametz, seu Chamez per Zade secundum modum transferen di interpretum, vnde, Hamiz, quæ vox purum, & exacte à pulueribus repurgatum in vano frumentum significat. Alijs vero pabulum grati saporis esse magis arrisit. Ideoque locum hunc sic reddiderunt, tauri quoq; & pulli asinorū, qui operatur terrā, farragine m̄ lapidissimā comedēt. Quæ vēto, & vano euentilata est. Sed siue edatur locus hic hoc, vel altero modo, unus est accipiendus sensus. Vberrimas futuras fruges, adeo ut propter eximiam vbertatem brutorum alimenta repurgatissima illis ministranda prædictit Propheta. Septuaginta transtulerunt paleas commistas in hordeo ventilato. At si repurgata sunt prorsus frumenta, palearum commistionem non admittunt. Propter quod fortassis interlinealis migma hordeum mistum cum palea esse duxit. Migma porrò vocabulum Græcum est quod misturam significat. Quapropter. ¶ *Commistum migma.*) Est commistum mistum, id quod nungatorium esse videtur. Quare. Nicolaus aliam lectionem sequutus est. Commistū forte comedent id est dabitur tauris, & pullis asinarijs, cibus fortis, ad comedendum. Sed ad veritatem Hebraicam, quid congruentius sit iam exposuimus. Poteris

hæc allegoricè retorquere ad venerabile sacramentum Synaxeos. Est enim in sa- cerrima eucharistia migma hoc, quod vbertatis spiritualis eximiæ (qua Ecclesia Christiana abundat) indubitatum sym bolum est. Migma istud cibus est repurgatissi- mus, & mun- dissimus, à va- no, & vento hu- ius seculi. Quippe peccatum nō fecit Christus, neque est inuen- tus dolus in o- re eius. Est enim <sup>1. Pe. 2.</sup> sanctificatus hic cibus, & à Deo in mundum mis- sus, quem admo dum ipse testa- tus est, Quem Pater ait sanctifi- <sup>Ioan. 10.</sup>

commistum mi- gma comedēt<sup>a</sup>, sicut in area ven- tilatum est. Et erunt<sup>b</sup> super om- nem montem excelsum, & su- per omnem col- lē eleuatū riui cu rrētiū aquarū: in die imperfectiōis multorū, cùm ce- ciderint turres<sup>c</sup>. cauit, & misit in mundum &c. Et hanc su- premam repurgationem ipse significans, rogitat pharisæos, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Sanctificatum autem aut repurgatum cibum puta, non à sordibus, quas non habuit, sed ab illis quibus vniuer- sus inficitur orbis. Quib⁹ quia expers fuit sanctificatum, & repurgatum cibum dixi- mus. Lege declamationem nostram de venerabili sacramento altaris. ¶ *Et e- runt.*<sup>b</sup>) Pluiam seminantibus, iam pro- miserat: at copiosam illam futuram mo- do promittit: tantamque eam futuram asserit, vt super omnem collē eleua- tum, & super omnem montem excel- sum id est supra vertices montium, & col- lium, (quæ alioqui aridam tenent faciem) tanta sit plenitudo defluentium à cœlo aquarum, vt illos frugiferos reddat. ¶ *In die imperfectiōis multorum, cùm cecide- rent turres.*<sup>c</sup>) Subintellige celebrimam illam cædem Assyriorum, sub Senache- rib. Et hostes fortissimos metaphoricos

turres vocat. *¶ Et erit lux Luna.*<sup>2)</sup> Hieronymus Origenem aliquando damnavit, qui stra & cœlos putauit animata & obserua platum alio- cum autorū dērē hac locū enim hunc Esaię, quem ver- samus, Solem & Lunam autumāt in die nouissimo iudicij promer- cede laboris, (quem subeunt ministrando lucem homi- ni) præmia maioris lucis, & clarioris rela- tura. Propterea quæ lux Luna solaris lucis copiam tunc affequetur: & lux Solis erit multo fulgentiōr quam modo est. Indicat in hanc sententiam Paulinum verbum ad Romanos. 9. Omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc, gemitum exten- dens etiam ad luminaria magna. Et ordi- naria glossa sapit id ipsum cum Hierony- mo: id quod illi familiare est. Interlinealis vero rem istam amplius produxit. Putat enim Solem, & Lunam, propter primi ho- minis lapsum à primogenitali luce excidi- se: inquam in die iudicij restituentur, in eā inquam, quam primo condita habuerunt. Itaq; tunc Luna primitiua luce, ut Sol ful- gebat: & Sol etiam micabat tunc fulgēti- simè. Nanq; eius lux erat septuplo maior, quam modo. Aut, ut translatio alia vertit, erat lux septem dierum id est hebdomadę primę, quæ peccatum primi hominis præcessit. Fortasse accepit decretum hoc ex diuino Cypriano in lib. contra Demetrianū vbi non nihil ad hæc alludere videtur. At verò de animatione cœlorum quæ tenen- da censuerim si habere cupis, lege diluci- dationē nostram ad. c. 1. Esaię. Quantum vero huic loco aperiendo necessarium est tibi exponere nō grauabor. Etiam si non palā est quid velit: puto autem ad Hebrai- cas phrases recurrēdū esse, siue ad Hebrai- cos tropos: secundū quos lux, gaudiū, & le- titiam denotat, in scripturis. Hester. 8. Iu-

dæs noua lux oriri visa est, gaudium, ho- nor, & tripudium. Locus ergo hic Esiae summam letitiā, parabolico sermone sub indicat Iudeis futuram, ex prædicta ce- lebri Assyriorum nece. Quod ergo, ait, Lux Lunę, sicut lux Solis, & lux Solis erit septē- pliciter, perinde est ac dicat, Vo Lux inscri- bis noctu, & in ptura quid &, tenebrē terdiu gaudia e- quid, rū summa, mul-

to maiora prioribus. Et sicut lux gaudium denotat, ita & tenebrē mœrorē. Quia ergo procul erat fugandus omnis mœror, omnisque tristitia (Senacherib superato) propterea Lunā splendidā fore, ut Sole est. Et demum, ut paucis dicam, perinde est at q; si dixisset, Superatis potentissimis hosti- bus, nō erit vobis nox: & claritas diei mul- to absolucionis erit, id est non erit locus tristi- tiæ, summo gaudio repletis. Quod vero lu- cem septem dierum, aut septuplicem vo- cat, ideo est, septem enim perfectionē in scriptura significat. Propterea q; gaudiū im- mensitatē, per numerū septenariū accipe. Sunt qui referant verba hæc ad diem iudi- cijs, quando renouabūtur omnia: tūc enim quoq; luminarium erunt incrementa. De qua re nos plura diximus in declamatio- ne de iudicio finali, ad caput. 24. Cæterū luminaria puto non imminuta fuisse à na- tiuo lumine, propter lapsum primi homi- nis. Nō enim legimus Solē, aut Lunā ma- ledicta à Deo esse, primo hominem lapsō: ut serpentē legimus maledictū: & terræ non ab solutè maledixit Dñs, sed solū in opere hominis. i. incultura hominis. Maledicta (inquit) terra in opere tuo. Quid qd si lux solis primitiua erat septuplo maior q̄ mō, Solis, ardore, quis tūc ferre potuisset si pri- mus nō peccasset homo? Re vera lux illa nō esset ad seruādā rerū vniuersitatē, imo ad perdēdā. Etenī si mō vrēte canicula, so- lares æstus iniquè ferimus, qd fieret, si au- tor esset solis lux q̄ mō est? Nec me latet primo

primo homine nō peccāte, luminaria mi-  
cantiora futura, non ab intraneo lumine,  
sed quia non obducerētur nubibus, & ter-  
renis, & aquosis vaporibus, non offuscarē-  
tur vt modo. Secundū quā rationē in die  
nouissimo vbe-  
rius micabūt: &  
non solum lu-  
minariam magna,  
quoniam etiam & a-  
stra vniuersa.  
Nihil enim fu-  
midi vaporis ex-  
halantibus ele-  
mentis, mūdus  
clarior tunc ful-  
gebit. Quāquā

Ecce nomē Do-  
mini a venit de  
longinquo, ar-  
dens furor eius,  
& grauis ad por-  
tandum: labia e-  
ius repleta sunt  
indignatione, &

Nicolaus non recipi-  
tur.  
non admodum recipio quod Nicolaus in-  
ecit, eō ita futurū mundū splendidū  
quo beati diuinitatem, clarius in creaturis  
perspiciant: siquidē splendor iste visibilis  
mentem nihil iuuat sanctorum, vt diuini-  
tate clarius intueantur, quippe qui in lumi-  
ne glorię illam cernunt. Demum fabulo-  
sum puta Solem, aut Lunam esse creatu-  
ras ingemiscentes, aut tædio laboris affe-  
ctas, quasi rationabiles animas haberēt: &  
Hieronymus gētile hoc esse dogma, cre-  
dit atq; Platonicū, Pamachio scribens, cō-  
tra errores Ioannis Constantinopolitani.  
Et rursum in Epistola aduersus Ioannem  
Hierosolymitanū eundē correxit errorē,  
Lunam, videlicet, & Solē, pro sui laboris  
mercede in die nouissimo vberiore lucis  
facultate donanda esse: & in Epistola ad  
Auitum Origenis lapsum denarrans abij-  
cit: vt & in commenta. ad Ecclesiasten.

Hieronymi verbaduriū scula expo-  
nuntur.  
Quod verò hoc loco eūdem recipere vi-  
detur, illud non ex sua sed aliorū sententia  
credamus intexuisse. Et locus Pauli, Om-  
nis creatura ingemiscit, quid velit expo-  
situm habes, in nostra iam de finali Iudi-  
cio indicata declamatione. Et haud du-  
biū locus Esaiae hic qui hanc excitauit  
causam, nisi ad phrasim scripturæ diffu-  
giamus non est perius. In quam puto dif-  
fugiēdū tandem si modo literalem sen-

sum assequi tibi animo fuerit. Porrò quod  
de Senacherib superato intelligendus  
sit locus, ipsa textus huius contexta se-  
ries, non obscure demonstrat. Nam in-  
frā dicet, A voce enim Domini pauabit

Assur, siue Assy-  
rius, qui est Se-  
nacherib. In die  
illo erit lux Lu-  
næ, vt lux Solis  
& lux Solis se-  
ptempliciter, in  
die, in quo Dñs al-  
ligauerit vulnus  
populi sui. Hic  
aut dies alligādi  
vulneris, non a-

lius est quam triumphalis victoriae, & me-  
morādi trophy, qñ prostratis copijs Assy-  
riorū in numeris Hierosolymitæ sunt libe-  
rati. Erāt em Hierosolymitæ instar vulne-  
rati hominis, & plaga seu percussionē fe-  
rentis, qñ obfederat, scilicet vibem, tā im-  
mensa barbarorū acies, quā Iudæi huma-  
nitus euadere nequibāt. Alligauit aut dñs  
vulnus sui populi dolēdāq; huius curauit  
plagam, qñ barbaros in cineres rededit.

Prouer. 1. 2.  
¶ Ecce nomē Dñi. a) Utq; nomē Dñi fidēti  
bus sibi instar munitissimæ turris est, & fir-  
missimū est præsidū. Sperauit igit popu-

lus ille tunc in nomine Dñi, idcirco erepti  
sunt. At ais, Quid est, venit deloginquo?  
An nō de longinquo venit, qđ de cœlo ve-  
nit? Hoc aut dicit, qđ Angelus Dñi de cœ-  
lo descēdēs diuinā gerēs potestatē deuissit  
Assyrios, ideo adiecit, Ardēs furor eius, &  
grauis Assyrijs ad portādū: labia ei⁹ reple-  
ta sunt indignatione, & lingua eius quasi  
ignis deuorās. Certū aut in solo nomine  
nō esse labia, aut lingua, neq; furor, sed sub  
nominis voce ipsum Angelū vices Dei a-  
gentē, subintelligere oportet. Et sequētia  
itidē hoc manifestat. Et spiritus eius, idest  
flatus Angeli, tanquā torrēs inundās vſq;  
ad collum. Inundante enim torrente vſq;  
ad collū quid restat, nisi strāgulatio? Pro-  
pterea subdit, Ad pdēdas gētes in nihilū.

**¶ Et frenum.** a) Quasi dicat, Hæc calamitosa, & infelicia Assyrijs accident, quia in maxillis, id est principibus & magistris, fuit iniectum erroris frenum. Vocat erroris frenum erroribus obsecratam

Assyriorū men-  
tem. Credebāt  
enim Deū He-  
bræorum infir-  
mū esse, & im-  
potentem vteri  
peret populum  
à præualida As-  
syrorum potē-  
tia. Et quanquā  
in diuinis literis  
frænum in bo-  
& in malū.

Frænum in  
diuinis lite-  
ris usurpa-  
tur in bonū  
& in malū.  
nonnūquā, hīc  
tamen malum  
denotat, errorē  
scilicet, perfidū  
cōstringētē As-  
syriacam prin-  
cipum mētem  
vt Deo obſte-  
rēt. Hoc igitur  
frænum confre-  
git Deus sua mi-  
rabili potentia. ¶ **Et canticum.** b)

Hebrei à ve-  
spis suas  
inchoant se  
lennitates. Et aduertendum erit Hebræos à vespera  
suas inchoasse solennitates. Exodi. 12. &  
alibi. Quare vespera priore, sua Iudæi ad-  
dornabant sacrificia, canticaque diuina  
hostijs præparandis in sacrificium immi-  
scebant, Deoque laudes personabant.  
In cæde quoque Assyriorum, quæ Deo  
gratissima fuit, cantica esse prosequenda  
lætitia vates prædictit. Idcirco igitur nox  
dicitur sanctificatę solēnitatis. Etenim no-  
cte celebrata fuit ab Angelo barbararū il-  
larū nationum strages. ¶ **Et lætitia.** c)  
Erit quoq; cordis lætitia sicut qui pergit cū ti-  
bia sacrificaturus in tēplo Domini locato

supra móte Sion. Vocat Deum vſitata no-  
menclatura fortē Israel. ¶ **Et auditam.** d)  
Creditur ex hoc loco antequā Dñs dissi-  
paret Assyrios tonitruo vehemēti tonas-  
se. Idcirco ait, *Auditam faciet Dominus glo-  
riam vocis suæ.*

Et patet quid ve-  
lit. ¶ **A voce.** e)  
Assur, id est As-  
syrij, hoc toni-  
truopaebeūt, &  
q; erat orbis vir-  
ga omnes percu-  
tiens, à dñō, per-  
cutietur: virga  
Dñi hoc est diui-  
no miraculo As-  
syrij corruent.  
¶ **Et erit Virga**  
**transitus funda-**  
**tus.** f)  
Id est, per-  
cussio hæc erit  
apud Deū fun-  
datissima, hoc  
est. Decreta ita  
firmiter, vt ne-  
mo illā reuoca-  
re valeat. Et vir-  
ga hæc erit sanè

Assyrijs hērēs. Hoc est em qd ait. ¶ **Requi-  
scet super eum.** g)  
Quia perpetuo crūt deu-  
sti nō solū corpore, ex flamma corporali,  
quinetiā corū spūs inferni deurenī ignib'.  
Requiescerat aut super eū dñi suppliciū. At  
in tympanis, & citharis: q; exultatio ve-  
hemens erit vniuersis, ad quos peruererit  
fama ex celeberrimo gesto diuina. s. de Af-  
syrijs vltiōe. Tyrānis em prostratis nemo  
est q; non hilarescat. ¶ **Et in bellis præcipuis**  
**expugnabit eos.** h)  
Nimirū bella sunt præci-  
pua dñi bella: quæ sine armorū strepitu in  
pūcto suos deiçit, aduersarios. Ali⁹ trāstulit,  
In bellis motationis, (sive) pulsationis, ex-  
pugnabit eos. Neq; discrepat à priore edi-  
tione. Etem bellū pulsationis est bellū, qd  
sine negotio geritur: vt pulsare citharam  
aut chordas motare, leuissimi negotij est.

¶ **Prepa-**

Bella Domini  
ni sunt pre-  
cipua.

Tophet  
quid sit vi-  
de supra.

**P**reparata.) Quid Tophet sit, supra longiusculè exposuimus. Et sensus hic est Asyrios iam denarrat igne deurendos, & voce Domini deterrendos, & grādine de uoluendos, in quibus corporis supplicia denotantur, quæ Affyrios astice sunt. Iam modo de supplicio æterno subiungit mētionem, *Præparata est heri To-*

*pher,*) vel ab initio (ut voluit Hieronymus), quæ Tartarū hoc loco significat: in quem locū deducēdos Affyrios i sinuat. Obijcit fortassis qui spīā Tartareum ignē nō nutriti lignis: sed à Domini tantum flatu, qui ignē hunc accedit, ut æternas agat moras. Nō enim est ut ignis iste, qui est apud nos, quē si fome to lignorum non foueris, Paulatim perit. Cæterum parabolicus est sermo, & ignē à lignis foueri in Tophet, ne accipe: sed illius sempiternā durationem docere voleans vates ait, inibi esse ignē & ligna multa. Verum. ¶ *Nutrimenta* (ait) *eius ignis.* b)

Dignadū: tatio que li- teralem sen- sum exigit.

Cuius iam querendum restat, nutrimentum, est ignis, & ligna? Non em ait ignis, nutrimentū esse ligna, sed potius, Tophet. At locus Tophet nō nutritur lignis, neq; igne. Quare non reiicio translationem al-

teram, quæ non nutrimenta eius sed penetralia legit, cui satis concinuit penetralia eius, ignis, idest in penetralibus Tophet ignis, & ligna sunt multa, quæ tamē fatus Dñi sulphureus, sine fine incendet. Vnde in psalmo, Ignis trimenta eius, ignis & sulphur spiri- nis<sup>b</sup> & ligna mul- tus procellarū, pars calicis eo- rū. Sulphur por- ro habet substā succendēs eam. tiām leuē, & mi- nimo negotio inflammabilem. Substantiam ergo sul- phuream in inferno nō credamus delusi. Etenim sulphur minerale est quod ut cœ- tera vniuersa corruptibilia diuina opera in seculi consummatione cessabunt. At ex similitudine sulphurei incendijs, nos scriptura manu dicit ad incendijs illius infernalis, intelligentiam. Hoc igitur incen- dium fatus Domini excitat, quia natu- ræ vires, hoc incendium prouocare non valent, sed diuina iustitia, quæ ab initio de- creuit præparare Tartarea loca, & illa ini- quorum sempiternę vltioni deputare. De igne isto si alia desideras scire, declama- tionem nostram de finali iudicio siluber, consulere poteris. Illa enim repetere quæ inibi diximus non iuuat: occidit enim mi- feros dis crambe repetita magistros.

Sulphuris  
substācia le-  
uis est.

Ignis infer-  
nalis à Deo  
incenditur

non à natu-  
ra.

## D E S E N S I B V S T R O. pologicis ad Caput. 30. Appendix.

**T**ROPOLOGICA declamatio vñica, *De prestantissimis viribus orationis, cuius prothema est. Ad vocem clamoris tui statim, vt audierit respondebit tibi. Esaiæ. 30.*

**T** E orationis præstantissimis viri b' acturis, ille nobis implorādus est spiritus, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nos enim quid oremus nescimus, qđ si quid oremus nos fugit, ut ergo vires orationis explora- tas habere q̄bim⁹, nisi ipse met Spūs setūs, qui autor est sanctarū orationam, nobis

afflet & inspiret, cuius afflatu directi pre- cses nostræ ad tribunal diuinum sistere va- leant? Porro nihil mortalibus tam neces- sarium esse, quam est oratio, etiam si mul- tis exemplis demonstrare possemus, in omnia tamen discurrere facto nō est o- pus. Satis enim fecisse arbitror, si paucula & illa selectiora in mediū portulerim.

Est enim

Oratio est  
fidelium di-  
gnissima  
patrona.

## Dilucida.& decla.in Esai.Prophetam. 3<sup>o</sup>

Est em̄ oratio, quę cœlestia bona, atq; terrena, nobis conciliat, quę spiritualia, & temporalia nobis donat, quę homini infirmorobur addit, vt viam Dei alioqui difficilē alacriter arripiat. Huius fulti præsidio sancti non solū visibiles hostes deuicerunt, Luc. 33. quin etiā & inuisibiles superauerunt. Quapropter dñs Iesus Christus, vt cōmendatā haberemus orationis potentia, orate (inquit) ne intretis in tētationem: & rursum, Matth. 6. Matth. 17. Hoc genus(ait)dæmoniorū nō ejscitur, ni si in iejuniō, & oratione. Et tribunal pater nā dextrę ascensurus, certam fecit Ecclesiā suam, de eximia orationis efficacia. Siquid(inquit) petieritis patrem in nomine meo, ipse dabit vobis. Id quod vt petremus aperto iā iussiterat sermone. Petite, ait, & accipietis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Et ne inertia nos premeret in fundendis precibus ad Deum, semel, atq; iterum nos admonitos voluit, ne tantę supellestilis, quāta est oratio, imme mores essemus. Vnde postquā dominus cœlos penetrauerat quod in primis Apostoli Dñi cum mulieribus & Maria matre Iesu exequuti sunt, vt gratiā Spiritus sancti promissam sibi compararent, orationibus fuit incumbere testante Luca, Hi omnes, ait, erant perseverantes una nimiter in oratione. Ut non ineptè eorum nomine illud psalmographi canere possimus. Os meum aperui, & attraxi Spiritū, Exod. 32. Psal. 118. quia mandata tua desiderabam. Et quid mirādū nobis erit de Apostolis, si de Apostolorum magistro Lucas docuit. Iesu, inquit, baptizato, & orāte, descēdit Spiritus sanctus, sicut colūba in ipsum. Quanquā inter magistrum, & discipulos, huius Spiritus sancti per orationem descensus, latissimum sit discriminē. In discipulos enim Spiritus sanctus orationis vehiculo interueniente descēdit, vt illuminaret, reficeret, atq; perficeret Apostolicas mētes: in magistrū verò, non itidē. Neq; enim sub columnina specie descēdit, vt vel illustraret tunc totius orbis lucē, vel perficeret aut reficeret eum, qui est hominum refectione, atque perfectio: verū eo descēdit, quo palā fieret fidelibus cunctis Christū, largitorem esse Spiritus sancti: & Christi baptismum, qui exteriori lauacro geritur, interiori quoq; spirituali absolui lauacro, demonstraret. Christus ergo iudicans populo Christiano necessariam esse orationem, precandi formā Apostolis suis præscripsit. Sic ergo vos orabitis, Pater noster, qui es in cœlis. Et meritò vtiq; insightis est habenda ratio orationis, in qua ipse Deus vniuersa mortaliū bona collocata esse voluit: ab illaque pendere. Orat enim Moses, & veniam im petrat sacrilego populo, & victoriā cōtra Amalechitas donat: orat Elias, & cœli plu uias sistit, easdemq; terræ largitur: orat Samuelis mater Anna, & integerimum iudicem, illustrisq; sanctitatis virum conciperet, & parere promeretur: oratq; rursum ipse met Samuel, & Deum offendit (quia regem sibi petierat Hebræi) precibus placat: orant Tobias & Sara, & Raphael Codæmonem, viris orbantem Saram compescuit: orat Zacharias, & Ioannem Dominum præcursorē mundo tribuit: orat Iosue, & vniuersi orbis ordinē immutat: parenteq; Deo hominis precibus, sol fixus stat in celo, vt de Gabaonitis trophæa dux egregius reportet: orat pius rex Ezechias & solem decem lineis retrocedentē facit, & qui cōclamatam iam corporis sui habebat salutē, sibi oppido gratulatur in optima iam accepta ex oratione valetudine. Meminerat enim Ecclesiasticū dixisse. 38. fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominū & ipse curabit te. Quę velut repetens verba Iacobus.c. vltimo, Oratio, inquit, fidei, saluabit infirmū: & si in peccatis fuerit, dimittetur ei. Vbi spiritualia, & corporalia cōplexus est bona. Peccata em̄ donare spirituale bonum est, vt fœlicē adipisci valetudinē, tempore est. Aspice iā obsecro ex pauculis istis paradigmatisbus quantę sint orationis vires. Quamobrem merito discipuli Domini orandi formam petunt, & à supremo magistro orandi formula illis traditur.

Quomodo  
Spiritus sanctus  
descen  
derit ī Chri  
stum.

¶ Ac

Oratio q̄d exigit ut sit frugifera. **¶** At vero sunt pleriq; multi qui cū oratio ne temere expostulāt, illā impotē existimantes, quos Iacobus. c. 4. cōmemorat. Petitis, air, & nō accipitis, eò quod male petatis, vt in cōcupiscētijs vestris insummatis. Idcirco sedula opera curandū nobis est, ne fructu saluberrimo oratiōis orbemur, & aduertere quē sint petēda à Deo, & qua ratione sunt petēda. Quæ porro sint petēda, à nobis non exigamus illa: nāq; veritatis magister nos illa docet in oratione dominica, in qua ea, quæ vt petātur Deo gravissima sunt cōprehēdūtur: extra quē quid quid petitur Deo ingratū & insipidū est.

**Lucas. vii.** Ad hanc enim orationem fideliū preces oēs vt sint opportunæ, testāte August. re ferūtur. Ab inuocatione igit̄ cœlestis patris, hæc oratio sibi fecit exordium. Pater, inquit, noster, qui es in cœlis. Quæ aut̄ sit patris cœlestis maiestas ex patribus, qui nos carnaliter genuerūt, pro nostro penso scrutandū est. **Pater noster**, & **C. 10. 5. filius tuus genitrix tuus spiritus tuus**, et quæ **spiritus tuus**, & **spiritus filii tuus**. **C. 11.** Prolē enim sibi similē edunt. Deus itidē humanæ substantiæ (vt cæterarum) cōditor est. Elargitur quoq; spiritū: quia quos considerat humanā donando naturam, eosdem Spiritū sanctificationis tribuens, reformat. Vnde & si pater sit universorum Deus, testāte Iob, **Quis est pluuiæ pater, ait, vel quis genuit stillas roris?** de cuius vtero egressa est glacies? & gelude cœlo quis genuit? cæterū propter sanctificantem spiritum Deum patrem nostrum appellare iubemur: vt olim Esaias appellabat, Et nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Et apud Ioann. capitulo. 1. hanc spiritualem filiationē legimus. Dedit, inquit, eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neq; ex volūtate carnis: sed ex Deo natī sunt. Est nāq; spiritus iste Dei, qui nō regenerat, & adoptionis filios Dei esse præstat. Misit em̄ Deus spiritū filij sui in corda nřa, clamantē, **Abba pater, id est pa-**

**Oratio Dñi ca explicatur.** **¶** **Quæ aut̄ sit patris cœlestis maiestas ex patribus,** qui nos carnaliter genuerūt, pro nostro penso scrutandū est. **Pater noster**, & **C. 10. 5. filius tuus genitrix tuus spiritus tuus**, et quæ **spiritus tuus**, & **spiritus filii tuus**. **C. 11.** Prolē enim sibi similē edunt. Deus itidē humanæ substantiæ (vt cæterarum) cōditor est. Elargitur quoq; spiritū: quia quos considerat humanā donando naturam, eosdem Spiritū sanctificationis tribuens, reformat. Vnde & si pater sit universorum Deus, testāte Iob, **Quis est pluuiæ pater, ait, vel quis genuit stillas roris?** de cuius vtero egressa est glacies? & gelude cœlo quis genuit? cæterū propter sanctificantem spiritum Deum patrem nostrum appellare iubemur: vt olim Esaias

**Ezra. 6. 4.** appellabat, Et nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Et apud Ioann. capitulo. 1. hanc spiritualem filiationē legimus. Dedit, inquit, eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neq; ex volūtate carnis: sed ex Deo natī sunt. Est nāq; spiritus iste Dei, qui nō regenerat, & adoptionis filios Dei esse præstat. Misit em̄ Deus spiritū filij sui in corda nřa, clamantē, **Abba pater, id est pa-**

ter pater. Chaldæi em̄ Abba, vocat patrē & Hebræis, Ab, pater est, vel generatiōe, vel atate, vel honore. Indeq; Abbas latini nomen receptū est. Spiritus ergo, qui nouos Dei filios fideles facit, ipse met̄ clamat, id est clamare nos facit. Est cōnīper metonimiā capiēdus Pauli sermo: vt & ille locus, Postular pro nobis gemitibus in enarrabilibus: & ille alter Genes. 2. 2. Nūc cognoui, quia timeas Dominū, id est cognoscere te o Abraham feci. Hic verē igit̄ spiritus est, quo qui fuerit imbutus dignè clamare poterit, Pater noster. Spiritus autem ex Philosophorum sententia vitam donant, sensumque, & motum impariuntur habenti. Sublatis nanque spiritibus, animalis vita perit. Spiritus quoque Dei nos regenerans, & motum, & sensum, & vitam præstat, non animalē: anima & motus nanq; homo nō percipit ea, quæ sunt clargit. spiritus Dei: stultitia enim est illi. 1. ad Corint. 2. sed spiritualem vitam. Nam quælis est regeneratio, talis & vita, talis & sensus, talis & motus. Omnia nanque spiritualia sunt. Spiritualis homo iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur. Porro quid est iudicat omnia? Num regeneratione hæc scientiam præstat omniū? Etenim qui iudicat omnia, vt cognoscat omnia necessariū est: alioqui nō recte iudicabit omnia si ignorat omnia. At nemo dicet adoptiuam hanc filiationē Dei mathesim, astrologiam, physicas disciplinas, & cæterā id genus docere. Multi enim harum rerum rudes sunt & planè a symboli, qui tamen filiatione Dei adoptiuā fruuntur. At vt iam prædiximus, qualis est regeneratione, talis est sensus, atque iudicium: ea autem est spiritualis, cœlestis & diuina. Quapropter & iudicium, cuius Paulus meminerat dicens, spiritualis iudicat omnia: de diuinis est non de terrenis hoc iudicium. Spirituales enim Dei filij, cœlestium habent iudicium, & sensum quo carent animales filij. Vnde Paulus dilucidans quod obscurē dixerat, subdit, **Quis enim cognouit sensum Domini,** Locus Pauli ad Ro. 8. per metoniā habēdus.

aut

# Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 30

aut quis instruxit eum? & absoluens caput, & veluti sibi respondens, Nos autem (inquit) sensum Christi habemus. Duo enim quæsierat, alterū quis cognouit sensum domini? alterum, quis instruxit eum? hoc postremum quia liquidū erat non diluit. In proposito nāq; est Deum à nemine instrui posse. At primum soluens ait, Nos autē sensum Christi habemus. Quasi apertius dixisset, Nos qui spirituales dei filii sumus, sensum Christi habemus: & cognoscere sensum Domini possumus. Istud ergo est, spūalis homo iudicat omnia. Quæ em̄ sibi necessaria sunt, & alijs, vita æternæ capessendæ gratia callet, & tenet. Quæ vero nocua sunt huic fini asse-

Filijs referuntur  
ex figura patres.

Gene. 2.

Imago crea-  
tionis & re-  
creatiois, &  
similitudi-  
nis.

Imago natu-  
ralis in qui-  
bus confi-  
stat.

quendo ab utilibus discernere nouit. Postremò filiorū est similitudine, patres referre suos. Sic quoque adoptiui filij Dei Deū quoq; promodulo referūt. Fecit nāq; Deus hominē ad imaginē, & similitudinem suam: vt Augusti, ait in cōmentario ad Psal. 4. tractans verba psalmi, Signatū est super nos lumen vultus tui dñe. Imago porro hæc creationis est, & recreationis, & si militudinis. Imago creationis eodē autore super Genesim ad literā iacet in tribus, primo in eximia imitatione, per quam homo diuinitatē sapit. Vt enim Deus sciens & intelligēs est, ita & homo pro sua portione, & malū & bonū nouit, & verū à falso discernit. Deinde imago hæc creationis in potestate quadam naturali, & domino homini cōcessis cōsistit. Vt em̄ Deus cunctis præest creaturis, ita homo conditus est cū præsidentia, & principatu rerū visibilium. Quare staturā rectam homini soli dedit Deus, vt eleganter dixit ille, Os homini sublime dedit cœlūq; videre, Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Postremò imago hæc naturalis (quæ hominē ab ipsa creatione humanæ naturæ, ornat) in origine iacet. Quēadmodū em̄ Deus omnī est principiū, & origo, itavoluit vt humanū genus ab uno homine originem duceret. Quapropter ex viri costituta fœminā cōstituit, vt hominū vniuersitas,

ab uno homine ceu à fonte, tota riuarerit. Porrò immēso interuallo distat imago, ad quā homo per recreationē, & renovationē Spū sancti accedit, quanto beatior est gratia, q̄ natura. Nāq; Spū sancto renouā Imago re- creationis qualis. te humanā mētē, etiā si inuisibiliter, diuinatatis tñ fit imago, & multo fœlicius, q̄ per naturā imago erat. Fiūt nanq; conformati mes imaginis filij eius Iesu Christi indec; fideles in præexcelsum prouehunū honore: vt orātes, Deū verè patrē suū cōpellat, re possint. Quare hos vt filios amat Deus, hos erudit, hos corripit, & mulcet, istis Thesauros cœlestis vitæ præparat. Hæc nāq; sunt patrū in filios debita officia. Vnde Paulus Hebræis scribēs. c. 12. Patres (inquit) carnis nr̄æ eruditores habuimus, & reuerebamur eos: nō multo magis obtēperabimus patri spirituū? Nā quis filius Proverb. 3. est, quē nō corripit pater? Namvt morigerū sibi diligit, ita & erratē corripit, & correptū suscipit ut pater ille misericors filiū discolū illū, qui bona paterna protegerat iam castigari rēcepit. Lue. 1. 5. Nā quomodo misereſ pater filiorū, ita horū misereſ return Dñs. Istis adhēc inuigilat filijs, cœlestis pater, quos sanè suorū cœlestiū Thesaurorū hæredes fore præuidit. Nā patres 2. Corin. 11 thesaurizat filijs: nō filij parētibus. Sūt aut̄ Thesauri isti hæreditas illa immarcessibilis, & incōtaminata, diuinæ naturæ æterna societas. Atq; qn̄ hos filios ad fastigiū hoc diuinum perduxerit pater cœlestis vñformes & similes sibi erūt. Nā. 1. Ioā. 3. cum apparuerit similes ei erimus. Sed quid est apparuerit? Vtq; qn̄ apparuerit per semet ipsum, nō per creatas specula, non per ænigmata, sed quando videbitur nudē, aperte & clarissimē sanctis suis fulserit, tunc similes ei erimus. Tria nanq; retulimus ex car- Ex genera- tione subfia- tia & spū & similitu- do. nali generatione filijs prouenire, & substantiā, & spiritū, & similitudinē, & ex spiritali regeneratione, spiritum quidem adoptionis filiorum nobis conciliamus, tantisperdum hoc viauit seculo. At similitudinem (quæ filiorum est ad patrem) non assequitur humana mens, dum misero

misero ergastulo mancipatur corporeo,  
nondum enim dum hic agitur similis est  
mēs humana cœlesti patri spirituum: sed  
expectandum illi est, quousq; euacuetur  
terrenum quod ex parte gerimus, & simi-  
les tunc Deo euademos. Est vtiq; similitu-  
do in præsentia humanæ mentis cum bea-  
tissima diuinitate, quā satis prosequit bea-  
tus Augustin. libris de Trinitate. Quippe  
intelligit, modo, amat, odit, & memoratur  
quæ in Deo esse, quis inficiabitur? Porrò  
non hæc est, de qua noster habetur sermo  
similitudo. Hæc nanque nativa est & fa-  
miliaris, cunctis hominibus & iustis, & in  
iustis: at alia est similitudo in quam inten-  
dimus, illa inquam, quam dudum denarra-  
rat Ioannes, cum apparuerit dicēs similes  
ei erimus non enim naturæ hæc, sed gra-  
tia est similitudo. Ut autem nubes etiam  
si substantiam terrenam habeant, & densi-  
tate nimia quandoq; obductæ caliginem  
spectantibus offundat, cæterum si illas so-  
lis nitidissimus perfuderit radius, mirum  
est quam transformentur in solem, quāq;  
illæ similes se præstent: in eundem propemo-  
dum beati ex massa terrena, ut cæteri pro-  
dierunt, caligineq; peccatorum obducti,  
fuerūt aliquando ut cæteri, at hos quia be-  
nignissimè penetrauit diuinitatis lucetissi-  
mus radius, ideo iam terrenos ne dixe-  
ris, sed cœlestes, quia detersa propriæ  
naturæ caligine, claritatem diuinæ indu-  
runt. Nam fulgebunt iusti ut sol in regno  
patris eorum. At vero hic diuinitatis ful-  
gentissimus (de quo meminimus) radius  
filios Dei, caducam istam degentes vitā,  
non ita prorsus penetrat, ut omni terrena  
caligine detersa penetrati numini similes  
etiam num reddat. Etenim in multis of-  
fendimus omnes. Porrò quando direpta  
vincula fuerint dura carnis nostræ, tunc si  
miles Deo perfecte quoad creaturæ licue-  
rit erimus. Deo em̄ tūc sine impedimento  
hærebūt sc̄ti, nulloq; sarcinæ carnalis gra-  
uati pōdere, nō parcē, diuinitate fruētur.

Ecclesi. 16. A patre igit luminū filij adoptiui substatiā  
Jacob. 1. humanā accipiūt, quæ cōmunis illis est cū

Mens homi-  
nis dū agit  
in corpore  
perfecta si-  
militudinē  
cū Deo non  
habet.

Similitudo  
nature &  
gratiae.

Math. 24.

Jacob. 3.  
Psal. 115.

reliquis hoībus. At filiorū adoptionē, quæ  
est diuinitatis beata quedam & indicibilis  
similitudo soli illi habet, qui soli illud clā  
mare possunt, Pater noster qui es in cœ-  
lis. Cæteri verò, qui spiritu adoptionis fi-  
liorū orbanū, filij sunt degeneres. Quibus  
Elias. c. 30: Væ (inquit) filij desertores. Po-  
pulus enim ad iracūdiā cōcitā est: & filij  
mēdaces, filij nolētes audire legē Dei. Ta-  
les sunt fideles, nōnulli, q; etiā si in filiatio-  
ne Dei gloriātur, cæterū diuina deserunt  
mandata, ut verē filios desertores eos esse  
dixeris, & filios mēdaces, & nolētes audi-  
re legē Dei. Quippe profitētur se fidē fi-  
liorū Dei habere, q; tñ factis negat. Qua-  
propter indigni, qui Deū dominica prece  
inuocent, efferentes illa Dñi verba, Pater  
noster, qui es in cœlis. Etenim absonū est  
patrē illum inuocare, cuius paternitatē de-  
serunt. Iam verò quāti honoris, quatæ re-  
uerentiæ sit inuocatio hæc, Pater noster,  
quāti deniq; sit fuduciz adimperādū pe-  
tētibus bona, & ad deprecādū mala, quis  
digna trutina expēdere poterit? Vnde sic Magnæ fidu-  
orabitis (ait) Pater noster. Nō dixit sic ora  
bitis, Dñe noster, aut princeps noster, aut trē nostrū,  
iudex noster, hæc enim diuinitatis timen-  
da sunt epitheta, rei enim iudicē timent,  
ut serui Dominum: at patris nomen, sua  
uitatem, dulcedinem & amorē spirat. Ma-  
lachia. 1. Si pater, ait, ego sum ubi est ho-  
nor meus, & si Dominus ego sum, ubi est  
timor meus. Neq; aliunde prodigus ille fi-  
lius prodigalitatis suæ veniam sperauit, ni  
si quia ad patrem suum reuerti cōfidebat.  
Surgam (inquit) & ibo ad patrem meum:  
& dicam ei, Pater peccavi in cœlū, & con-  
ram te: iam non sum dignus vocari filius  
tuus. Neq; sefellit filium, quā conceperat  
paterna spes. Impetravit em̄ facile q; opta-  
uerat. Nihil igitur homines allicere ita po-  
terit ad parandum sibi cœlestia bona, quā  
Christi autoritate & iussu, Deum vocare  
patrem nostrum. Si enim vos (inquit)  
cum sitis mali, nostis bona data dare filiis  
vestris, quantò magis pater vester cœle-  
stis dabit bona petentibus se. Et rursus,  
quis

qui ex vobis patrem petuit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut pisces?; nunquid proprios cœlestes petent dabunt illi? aut si petierint ouum, nunquid porrigeat illi scorpionem?

*Qui es in cœlis.* **Lucas. 11.** Quod vero adiecit, Qui es in cœlis, eò adiecit, quò à terra paternitate, ad cœlestē nos abstraheret. Ut alibi commemorans Christus ait, Et patrē nomine vocare vobis super terrā: unus est enim pater vester qui in cœlis est. Quanquam non propterea hæc commemorat, ut filii non reueretur patres, quos reuererit ipse iussit, Honora (inquit) patrē tuum, & matrem tuam, ut sis longauus super terram: sed ut mentes nostras, ad cœlestia desideria exigeret, & ut nouæ filiationis spirituæ ex quotidiana prece ista, nos commonefaceret. Id quod, ut vehementius nostris infigeret visceribus, ipse metu filius primogenitus Christus Dominus, patrem suum ex cuius substâlia ab æterno generatur, nichil inuidens nobis filiationis huius honorem, patrem suum, etiam patrē vocare nostrum iubet. Vnde ascensurus ad patrem, ait, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.

**Deutero. 5.** Matthe. 15  
**Exod. 20.** *Pater quidem christi singularis, est Deus. Idcirco ait, Patrem meum, ut singularem generationem & ineffabilem, ex proprietate nominis possessori subindicaret. Fidelium vero quia communis pater est Deus, ideo sermonem referens in Apostolos patrem vestrum nominat, à quo est omnis pa-*

**Ad Eph. 3.** *ternitas in cœlis & in terra. Qui ergo oratus a nobis est, ex oratione dominicali*

**3. Reg. 18.** *quidò monstratum est. Est enim pater, qui in cœlis habitat, qui quanquam terrarum orbem suo numine repleat, cæterū in cœlis hunc patrē habitare Christus testatur. Cœlum enim est tanquam diuinitatis regia quædā quam sibi in sedem elegit semperitnam. Id quod philosophos etiam non latuit, qui cœlum Dei sedem tradiderunt esse. Inibi enim Deus a sanctis vidēsus exhibetur, & summè colitur, & summè adoratur. Superest ergo, ut quæ petenda sint à patre cœlesti excutiamus. At qui primū q*

petendum iubemur, est quod cōsequitur ad verba priora, Sanctificetur, hoc est nō mentuum. Etenim diuinitatis cultus, omnibus alijs rebus petendis à Deo patre, anterendus est. Nam, ut summatim dicā, hæc petenda sunt, aut malorum à nobis remoto, aut bonorum adeptio. Bonum autem, aut spiritus est bonū, aut corporis bonum.

At vero spiritualia bona lōgo tramine excedunt corporalia bona. Et inter spiritualia hæc bona, quod primas tenet partes, cultus diuinus est: qui cultus sanctifica tio nominis diuini est. Ut enim qui peccata admittit nomen Dei nō sanctificat, immo vituperat, Paulo testante ad Romanos. 21. hoc idem virtus vertens Iudeis præuaricatoribus legis, Nomen ait, Dei perversi blasphematur intergentes, sicut scriptum est Ezechiel. 3. 9. Sanctificatur ergo diuinum nomen quando digna veneratione celebratur: ita sanctificatur, quando nihil indignum tanto patri admittimus: sanctificatur præter hæc, quando, ut tanta nominis sanctitas seruetur illæsa, animo decernimus funestis impiorum gladiis succumbere. Quod si opere præstamus, aliquando,

Martyrium  
eximia est  
sanctifica-  
tio diuini  
nominis.  
illam esse optimam sanctificationem dicto, quā martyres Christi præstiterunt. Neq; tamen crassa minerua (quod aiūt) istud intelligas obsecro, ut in animum inducas tuum, diuinum nomē, nostra sanctificatio ne egere. Quod enim nobis largitur sanctimoniam, nostra non indiget sanctificatione. Atqui sermo hic illum sibi poscit intellectum, quē & alij loci scripturæ amant. Paulus enim. 1. ad Corint. 6. Glorificate, ait, & portate Deum in corpore vestro. Quid est q̄ glorificemus Deum in corpore nostro, qui alioqui est glorioissimus, & glorificatione nostra nihil opus habet? Ceterum quod glorificare præcipimur in corpore nostro est, talia præstare corpora nostra, qualia decens est corporibus, quæ tēplū sunt Spiritus sancti. Qui enim spuri cijs, & carnis cōtaminationibus maculat corpus suum, ille non glorificat templum hoc Domini, neq; ipsum Deum in corpore suo.

suo. Qui verò ab huiusmodi Christi gratia se subducit, ut seruet vas suum in sanctificationem: & non in carnalibus desiderijs (quæ militant aduersus animam) ille glorificat Deum in corpore suo, id est, per corpus suum. Hoc enim Deus gloriæ & honori sibi esse dicit, si illius præceptis permoti fideles dicto sunt audientes: ut contra contemptum suum iudicat esse præcepta diuina spernere, iuxta illud. 1. Regum. 2. Qui autem me contemnunt, ignobiles erunt. Nulla ergo aut gloria maior, aut sanctificatio pótior, Deo in semet ipso ex nostris operibus bonis accedit, ut neque ex malis discedit. Quanquam in hominum conspectu diuino nomini & claritas, & sanctitas conciliantur. Sanctificetur igitur nomen tuum est primum, quod postulamus. Quod perinde est, ac si dixeris, Nominis tui o pater cœlestis, sanctitatem, gloriam, omnipotentiam, quam apud te metipsum habes, supplices precamur, ut horum notitiam in omnes effundas gentes, cunctisque mortalibus patefacias: nè tantè nominis maiestatis orbati homines notitia, ad extrema patienda maiorum perueniant. Hoc est enim illud nomen magnum, cuius mentio fit apud Malachiam. Ab ortu, inquit, solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omnilioco sacrificat, & offeratur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum ingentibus. Quanquam verendum satis est, quod subdit, Et vos polluistis illud, aut profanastis ipsum. Quid autem sit profanare nomen Domini, ipse vates exposuit. In eo quod dicitis, ait, mensa Domini contaminata est, & quod superponitur contemptibile est. Aiebant tamenque sacerdotes illius aui altare Domini nihil pendendū esse, quia vilia erant, quæ super illo offerebantur, legge Matthæi. 15. Et istud erat contaminare mensam Domini illam parui facere. Quia pinguisbus oblationibus referta non erat: quæ alioqui multi facienda erat, quia Deo dicata erat. Quapropter quod diuina non

estimat, sed illa versat tanquam profana, ille polluit diuinum nomen. Qui verò illa in oculis habet, & veretur, & ut diuina quis sanctificat, pro suo modulo tractat, ille demum est, qui nomen Dei sanctificat: & nomen Dei sanctificat, semetipsum magis quam Deum sanctificat. Neque posset germanè nomen Dei sanctificare, nisi sanctificationis munere ipse primum gauderet: alias illi occinetur illud, Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. ¶ Porro autem quæ sint diuina nomina memini me dixisse in declamatione de Augustissimo nomine Iesu, quæ huic quoq; Ad cap. 2. declamationi, q; maximè germanissima sunt: tamen huc vocanda nō sunt, quippe inde haurire tibi non magno negotio poteris. At ait, Deus utique varia habet nomina, utrum illorum sanctificare iubemur? At vero nisi prompta esset huius dubij responsio multis nos inuolueret ambagibus quæstio hæc. Cæterum Christus nobis iniungens, ut peteremus diuini nominis sanctificationem, non de hoc, aut altera quæstio, Aduertenda tero iniunxit nomine. Quippe quodlibet diuinitatis nomen, sanctificandum a nobis iniungitur. Nomina enim Aristotele tradente vicem rerum subeunt. Sanctificare igitur nomen Dei, est ipsum Deum in nobis sanctificare. Namq; qui nomen unum Dei sanctificant, & alterum maculant, quales sunt Iudei, atque Saraceni, & denique alii infideles, isti non sanctificant diuinum nomen. Quanlibet obseruatores diuinitatis esse esse iactauerint. Etenim nomen domini magnum, quod est Jesus Christus, non reuerentur, neque suspiciunt, immo irreuerenter maculant, & impudenter proculcant. Quam ob rem nomen Dei minimè sanctificant. Nam qui hoc nomen Iesus fastidit fieri non potest, ut aliquod diuinum nomen sanctificet. Immò hæc est cœlestis patris dispositio, ut nullus mortaliū Deum, neque semetipsum nisi hoc operante nomine sanctificare valeat. A Christo enim spiritum adoptionis filiorum homines recipiunt, continuoque sanctifica-

Nomen Dei  
cat.

Matth. 15.

Aduertenda

Qui nō sanctificat Iesum neque Deum sanctificat.

Ioan. 7.

Filiorū adoptiōrum mūnus.

tionem, ut commode petant, Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nō tuum.

<sup>Ioan. 17.</sup> Filiorum nanque est paternos honores in votis habere: exequenterque nominis paterni gloriae incrementa curare. Quapropter filius unigenitus Dei Iesus Christus, huc ad nostra venit, ut hanc paternam gloriam amplissime illustraret. Quapropter, ipse inquit, Ioan. decimo septimo. Pater manifestauit nomen tuum hominibus. Et rursum adoptiuorum filiorum est, huius nominis diuini claritatem ardentibus ex optare desiderijs: quibus vnicè sub praescripta forma precatoria Deum precari solum congruit. Sub illa inquam, de qua se-

<sup>Filiorū adoratu</sup> meminimus, Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nō tuum. Enī tibi,

quod sit filiorum proprium munus, paternum, scilicet sanctificare nōmen. Id quod non solum per fidem sanctificant, sed etiā per charitatem, & spem. Qui enim credit diuina verba, Deum cuius sunt verba sanctificat. Testatur enim Deum veracem esse, ut ille qui Deum amat singulari amore, quem nulli alij impendit, Deum quoque sanctificat. Cuius bonitatis excellētiam, amando talem profitetur, ut quæ sola digna sit ut incomparabili amore prosequatur. Et demū, qui nō vult cōfidere in si-

<sup>Psal. 145.</sup> lijs hominū, neq; in principibus, in quibus

<sup>Psalm. 54.</sup> non est salus: sed in Deo viuo, iactat omne suum cogitatum, & curam nonne Deum sanctificat? Quippe Deum fidelissimū sic sperando, esse testatur, qui nouit pios dete-

<sup>2. Petri. 1.</sup> rationibus eripere. Volue cunēta, si lubet, & palam habebis vniuersa virtutum san-

<sup>Studiavirtu</sup> starum studia, Deum sanctificare. Neque

<sup>tum Deum</sup> alia credimus otia, atq; negotia beatorum

<sup>sanc</sup>ificat. esse, quam huic vni incumbere rei, nempe in sanctificando Patris cœlestis diuino no-

mine. Etenim in cœlestibus regnis, non

sunt pauperes, qui alantur à sanctis, aut æ-

groti, quibus medelā præstent, aut carnis

insultationes, quas refrænando, ut indomi-

tas refrænent: equidem, ab omnibus id ge-

nus operibus vacant: ut vni operi huic san-

ctificandi, scilicet diuinum nōmen perpe-

tim vident. Cui dū vita mortali potieban tur, pro tantæ rei dignitate, operam indul gere pro suis votis nequibant. Etenim seculi negotia, & mundanæ fluctuationes, impedimenta illis erant, quo minus munus hoc iugiter exequerentur. At verò cœlestis pacis iam compotes facti, quod ardenter dum viuebant in carne efflagitabant, ardenter complebant, Deum scilicet iungi amore, & laude sanctificando. Et quale putas illud Esaiæ est cap. 6. Seraphim diuino astasse Threno, illasq; beatissimas laudatorias voces gloriose sedenti in throno resonare, Sanctus, Sanctus, Sanctus, domi-

<sup>Cœlestispi</sup> nus Deus sabbaoth, nisi diuinum nōmen

<sup>ritus Deum</sup> seraphicis sanctificare laudibus? Etenim si

<sup>sanc</sup>ticificamus Deum quando illius sancti-

tem propalamus, siue verbo siue ope-

re, an non beata seraphim Deū sanctificat,

cuius sanctitatis celitudinē, Ter sanctus,

repetito nomine promulgant? Qui ergo

diuinum blasphemant nōmen, ut sunt blasphemati, qui diuinitati conuiciantur, quo

modo in choro beatorum intererunt, nul-

la sanè illis pars, aut sors in beatissimo cho-

ro isto beatorum. Ilti enim sanctificant di-

uinum nōmen & illud intentis neruis ex-

tollunt, blasphemati verò illud contami-

nāt. Quapropter, lex vetus grauissima a-

nimaduersione in blasphematos ferebatur.

Homo, inquit, qui maledixerit Deo suo

portabit peccatum suum, & qui blasphem-

<sup>Lex vetus</sup> aduerit in

mauerit nōmen Domini, morte moriat:

lapidibus opprimet eū omnis multitudo.

Quod supplicium diuino docente oracu-

lo expertus est, filius ille mulieris Israeliti

dis nomine Salumith Leuitici 24. Quod

si te morantur verba hæc, meritò sanè in

illis hærebis. Etenim maledicere Deo idē

est, quod blasphemare. Cur ergo primo

inquit Moses, Qui maledixerit Deo por-

tabit peccatum suum, neque aliud suppli-

ciū expressit, dein vero idem flagitium

blasphemie commorans, durissimam

& extremam pœnam illi iniungendā tra-

dit: Id quod, ut perspicuum tibi faciā me-

cum aduertes, nōmen Iehoua (quod tetra-

Hæc cōsidera grammaton Græci vocant) erat nōmē, in  
ter cætera alia diuina nōia fuisse Hebræis  
reuerendissimū. Qui ergo Deum sub hoc  
nomine, Iehoua, proprijs expresso literis  
contumeliā inferebat, pœnam à Mose ta-  
xatam, hoc indicato loco sub ibat. Qui ve-  
rò sub alijs nominibus, Deo contumelio-  
sus erat, nō tanta afficiebat pœna. Quare  
Moses duo blasphemantiū genera suo fer-  
mone distinxit. Sed siue hoc siue altero  
modo, nomen Dñi vituperetur, nō filiorū  
est Dei, quorum est sanctificare patris cœ-  
lestis nomen: sed inimicorum est. Quos  
denarrans Ioan. in Apocalypsi. 16. Et gran-  
do magna, inquit, sicut talentum descen-  
dit de cœlo in homines: & blasphemauerunt  
Deum homines, propter plagam  
grādinis. Et demum hæc erit infelicissima  
barathri occupatio blasphemare. s. nōmē  
Dñi. Ridendi &  
vituperādi  
blasphemi.  
Blasphemias  
& blasphemias,  
mus.

etificetur: amat enim etiam, ut nomina  
sanctorum suorum sanctificantur. Legi-  
mus namq; in Numerorum historia capit.  
duodecimo. Mariam quondam sororem  
Mosi detraxisse Mosi fratri suo, propter  
eaque Dominum iratum contra eam fuis-  
se, illamque niuenti lepra aspersisse totam  
& capit decimosexto. Dathan Core, at-  
que Abiron quia obinurmurauerunt Mo-  
si seruo Dei, & Aaroni, terrā aperuisse os  
suum, & deuorauisse illos: cum taberna-  
culis suis, & vniuersam substantiā eorū: vi-  
uique descenderunt in infernum. Quod  
si isti, quorum non legimus expressas ver-  
borum contumelias, aduersus Mosem in  
carne mortali viuentem, tam acerbas de-  
derunt pœnas, quia famuli Dei imminue-  
bant honorem, quid tu mihi putas de hu-  
ius nostræ ui blasphemis, qui Deiparam,  
& sacrosanctam virginem Mariam ver-  
bis nefandis commaculant, cæterosque  
sanctos horrendis opprobrijs blasphemant:  
qui omnes cum Christo regnant?  
Si obruendi essent lapidibus, ut olim bla-  
phemii obrucebantur, dic amabo, qui lapi-  
des sufficerent? Et vtinam obruerentur,  
vt auferretur tam exitiosum malum de  
medio populi Christiani. Fortassis enim  
tanta peccati lues finem acciperet. Legi-  
mus quoque in libr. 4. Regum capit. pri-  
mo. quinquagenarios quosdam milites  
ab Ochozia capiendo Eliæ destinatos, vi-  
rum Dei appellasse Eliam, cœlesti deu-  
stos igne: qui sancti viri iniuriam vltus est.  
Quanquam reuera non verba protule-  
runt contumeliæ, speciem habentia, sed  
potius honorem præferebant. At quia a-  
nimō contumelioso illa efferebant, ideo  
efferentes ab igne depasti sunt. Quid  
quod si conuictoria proferantur? Et de-  
mum quis ignorat Elisæum prophetam à  
pueris conuictiatum verbis illusorijs illis,  
Ascende calue, ascende calue, at Deo ope-  
rante, vrsi in blasphemos pueros insæueni-  
tes pœnas sumpserunt conuitij. 4. Re-  
Hæretici  
gum secundo. Hæretici quoque, quos ista  
tulit ætas, sanctorum sunt blasphemii: tan-  
tum

Tom. 2. L 2 tum

Nomina san-  
ctorum sunt  
veneranda.

Corin. 5.  
Locus ex lib-  
bro Regum  
exponitur.!

tum abest, ut nomina sanctorum sanctifi-  
cent. Aiunt enim Beatos cœlicolas de-  
precandos à nobis non esse, precesque ad  
illos fusas inutiles esse, nihil aduertentes,  
quod psalmographus canebat, Et in ser-  
uis suis deprecabitur, Psalmus 134. Quod  
si locum hūc superfugerint deseruis Dei  
vuentibus, non mortuis habendum esse,  
dicant ipſi, si serui Dei adhuc viatores, in  
patronos nostros, qui causas agant no-  
stras, coram Deo sumendi sunt, cur com-  
prehensores iam, & cœlesti donatos vita  
precandi non sunt, ut idem patrocinium  
coram Deo nobis præstent? Nunquid me-  
lioris conditionis sunt vitæ ducentes mor-  
talem, quam immortalem? nō potiti Deo  
quam potiti? At si perstiteris in tua con-  
tentione, mecumque contendens mihi  
obieceris, sanctos latere preces nřas pro-  
ptereaque inutiles esse, friuola est obie-

fert, illisq; præsto nonnunquam esse, quan-  
do opportunitas poscit, tradidit. In libro  
quoque Machabeorum secundo, cap. 15.  
Oniam & Hieremiam iam vita functos,  
preces fundere ad Deum, pro populo Is-  
raelitico in discrimine belli constituto re-  
fertur. Et de Hieremia Onias dixit,  
Hic est fratum amator, & populi Israeli-  
tici: hic est qui multum orat pro populo,  
& vniuersa sancta ciuitate. Iam hic me-  
cum fige gradum. Animæ istorum san-  
ctorum adhuc in sinu Abrahæ repositæ  
erant, necedum ad cœlestes euolauerant  
sedes cæterū anxiæ erat de salute, & inco-  
lumitate, fidelis populi (qui tunc Hebrai-  
cus erat) & orabant Deum pro incolu-  
tate illius populi. Quid ergo arbitrādum  
erit de animabus, quæ iam cum Christo  
beata pace fruuntur? Vtique si animæ,  
quæ nondum quiete potiebantur plena,  
suum saluti prospiciunt anxiæ, quæ iam  
absolutissima quiete gaudent, nonne no-  
bis prospicient? Planè prospicient. A-  
lioqui, cur Saul tam solerter Samuelem  
per Pythonissam excitare curauit, si san-  
ctorum animæ, quæ nostra sunt non cu-  
rant? Vtique Saul excitationem non ten-  
tasset, nisi alta mente reposuisset, animas  
sanctorum nostra curare. Quod si illo se-  
culo hoc credebatur, nescio cur haeretici  
hoc seculo hoc idem non credunt? Sed de  
his haec tenus: hæc enim breuiter indica-  
se fatis fuerit. Iam ergo sanctificandum  
est nomen æterni Patris, sanctificanda  
quoque sunt nomina beatorum, qui sunt  
filii huius beatissimi Patris, ita angelorū,  
vt hominum. Neque te turbet locus ille  
Iob quinto. Voca ergo, si est qui tibi re-  
pondeat, & ad aliquem sanctorum con-  
uertere: qui locus videtur sanctos dedi-  
gnari nostra. At verba hæc Iob, in dignita-  
tem nostram docere prætendunt. Indi-  
gni enim sumus, qui à cœlicolis amenur,  
& curemur, proptereaque, vt deprima-  
tur fastus noster ait, Voca ergo, si est qui  
tibi respondeat. Et sunt verba Eliphaz  
cum Iob disputantis, illique obrudentis,

Notandus  
Platonis lo-  
cas ex Euse-  
bio;

*Sancti nřa* *Etio hæc.* Etenim etiā si beatos per semet-  
*sunt Deo re* *ipsos gesta nostra lateant, at reuelâte Deo*  
*uelante.* *Tobiæ. 12.* aut nunciantibus angelis, quis prohibebit,  
*capit. 1.* aperta nostra gesta satis beatis esse? Etenim  
angelorum hoc esse munus preculas no-  
stras in cœlum deferre liber Tobiæ nobis  
indicat. Diuus quoque Lucas commemo-  
rat Zachariæ precanti, Gabrielem ange-  
lum astitisse Lucæ. 1. Quapropter si notæ  
sunt beatis preces nostræ, cur illorum suf-  
fragia & patrocinia nō requiremus? Quid  
quod animas carne exutas, memorari eo-  
rum, quæ in carne gesserūt scriptura com-  
memorat? Diuitis enim epulonis anima  
apud inferos agens fratrum & propinquo-  
rum suorum memoriā tenebat: pro quo-  
rum salute Abraham precabatur. Quod si  
apud inferos agens suos curabat in mun-  
do agentes, quidquod qui in cœlis agunt  
fidelium negotia current? Et in. 2. Canoni-  
ca Epistola Petri capi. 1. Dabo, ait, Petrus,  
operam, & frequenter habere vos post  
obitum meum? Vnde Eusebius hoc idem  
versans libr. 12. de præparatione euange-  
lica capit. 1. huic decreto catholico con-  
sentiens, ex Platonica sententia animas  
defunctorum viuentium res curare re-

Animæ san-  
ctorum no-  
stra curant.

Lege prolo-  
gum secun-  
dum nostrū  
ad Esaiam.

Obiectio ex  
libr. Iob. 10.

animi elationem ex puritate, & sanctitate eximia olim conceptam. Cæterum et si merita nostra beatorum studia erga nos non promereant, quæ tamē est dignatio cœlestis patris, & beatorū spirituum, nostra curant, nobisque inuigilant. Et demum si Angelos tutelares confitentur hęretici, quibus mandatum est à Deo, vt custodiant nos in omnibus vijs nostris cur cæterorum beatorum tutelam diffitentur? Etenim maius est & præclarius opus nobis semper adiustare Angelicos spiritus quam animas in cœlo quiescentes pro nobis Deo porrigerere preces, quas pro nobis exaudit Deus. Quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Quare beatę preces cœlestium spirituum efficaces semper sunt: quippe fixum habent nihil petituros à Deo nisi exploratam habuerint Dei voluntatem illud petendum esse.

**Secundum p. tio adue met regnum tuum.** ¶ Secunda postulatio, quæ additur est, Adueniat regnum tuum. Post diuinum nominis sanctificationem, quæ primum in petitionibus istis (vt diximus) occupat locum, de aduentu diuini regni ad nos secunda attextitur à Domino petitio: neque iubemur petere nos peruenire ad regnum Dei: sed potius, quod regnum Dei nobis adueniat. Regnum Dei autem in scripturis nonnunquam ecclesiam Catholicam denotat. Iam verò cœlestia regna, quibus sancti corporibus depositis potiuntur in Luca legimus capi. 17. Ecce regnum Dei intra vos est: & capit. 13. Simile, inquit, est regnum Dei grano sinapis. Et rursum si in digito Dei ejcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Quibus & alijs locis manifestum est, non de cœlesti beatitudine esse intelligendum hoc regnum Dei. Nondum enim erant beati illi, cum quibus Dominus sermocinabatur. Illud igitur regnum Dei quærendum est, quod neque esca, neque potus est, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Hoc est regnum, quod huius regni princeps Christus, petendum docet, &

flagitandū dicens, Adueniat regnum tuum, id est, adueniat nobis iustitia tua, pax tua, & gaudium tuum. Per iustitiam enim tuā iustificamur, ab omni peccati labore. Est enim hæc vera iustitia, quæ homines peccatores iustos, ante Deum reddit, quales illi erant, quos commemorat Lucas ca. 1.

Erant, inquit, ambo iusti ante Deum incedentes in omnibus mandatis domini, & iustificationibus, sine querela. Et ista iustitia est, quam prædicebat futuram sub rege Christo, præcursoris pater Zacharias, Petimus dei iustificatio nem nobis hærente quā do aduentū diuini regni petimus.

In sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Huius iustitiae initium in nobis vera peccatorum pœnitentia est.

Nanque adamantes peccatorum suorum fæces iustificatio hæc diuina non peruenit. Iniquitatem enim odio habet Deus, & abominatur, & vt dixit sapienter ille spuriisti omnes discedentes à iudicijs tuis, & rursum satis idem cum re nostra facies, Declinate, ait, à me maligni & scrutabor mandata Dei mei. Primum ergo declinandi sunt maligni, seu malefici spiritus. Primum rursum diuertendum est ab iniuitate, vt verum scrutinium diuinorum mandatorum nobis contingat: diuinæque iustificationis participes simus. Diuina nanque iustificatio neminem instituit, nisi ablactatos à lacte terrenæ dulcedinis, & auulos ab vberibus mundanæ vanitatis. Postquam autem assentiuti fuerimus iustitiam hanc diuinam (quæ in limine regni diuini iacet) aderunt præsto nobis cætera duo pax, & gaudium, in Spiritu sancto. Sublata nanque iustificatione à peccatis, nulla pax vera nos manet, & gaudia vera à nobis diffugiunt. Nam quæ pax poterit esse, quæ sat sit tranquillitati humani mentis, si Deum habemus osorem? Nam

non est pax impijs, dicit dominus: at pax multa est diligentibus legem domini. Aut quod gaudium verum erit illi, quem manent cruciatus æterni? Sanctus Tobias aiebat se expertem esse gaudij: quia orbatus visu, lumen solis cernere nō poterat. Quid quod impijs gaudium non sit, qui suo vi-

Elia. 2.8.

Roma. 14.

psalm. 100.

psalm. 118.

Tobie. 5.

tiolumine divino fraudantur. Sapiens c-  
tiam ille sapienter quoque loquutus est, i-  
cum animam iusti, iugi conuicio contulit.

Prouer. 15. In iugi nāque conuiuio, iugiter & pax,  
& gaudium sociantur. Et vt pacem & gau-  
dium subindicaret, Secura mens, inquit  
quasi iuge conuiuio. Etenim vbi pax  
desideratur Dei, & securitas quoque desi-  
deranda est. Hanc ergo securitatem iusti-  
tia hæc diuina donat, testante Paulo, ad

Coloſſ. 1. Romanos octauo. Nihil damnationis est  
ijs, qui sunt in Christo Iesu: ipse enim est  
pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. Quam  
ob rem cum petimus adueniat regnum  
tuum, iustificationem nostram petimus,  
mentis nostræ tranquillitatem & securi-  
tatem ab omni malo petimus, gaudiumq;  
spirituales voluptates, atque delicias ex-  
poscimus: petimusque, hæc aduenire no-  
bis interim dum vitam mortalē agimus.  
Nam si hæc modo non libamus, regno  
Dei in æternum priuabimur: quanquam  
hæc ad plenum affequi in præsentia non  
datur. Nam si dixerimus peccatum in no-  
bis non esse, ipsi nos seducimus, & veritas  
in nobis non est. Hoc autem regnum Dei

Fidelibus in  
præſenti ſe-  
culo nō ple-  
nè adest dei  
regnū. fidelibus Christi petendū iniungitur. Et  
enim adueniente Christo, hoc quoque re-  
gnum Dei hominibus aduenit. Ipse nan-  
que Christus est nobis sapientia à Deo, &  
iustitia, & sanctificatio, & redemptio: que  
sunt huius regni opes. 1. ad Corinth. 1. Et  
demum hoc petimus, vt quoad nobis li-  
cuerit iustitiae cœlestis patriæ, que absolu-  
tissima omnibus suis numeris est, pacis di-  
uinæ, & gaudi compotes in præsentि vita  
simus. Et dubio procul ſi modo quis dixi-  
ſet Hispaniarum regnum ad Indos perue-  
niſſe, germane dixiffet. Etenim Indi legi-  
bus & moribus Hispanicis iam vtuntur,  
& reguntur. Iſtud ergo eſt, quod postula-  
re debemus, vt cœlestibus moribus in ter-  
ra degamus, vt cœlesti pace fruamur, vt in  
domino denique ſemper gaudeamus: qui-  
bus qui ſrauntur donis, impetrant quod  
petunt, Adueniat regnum tuum. Iſtud au-  
tem regnum, quo famuli Dei modo po-

tiuntur initium eſt regnic cœleſtis. Ab il-  
lo enim transiſtur ad hoc, & per illud per-  
uenitur ad hoc: illud venit ad nos, ad iſtud  
vadimus nos. Porrò quibus donatur re-  
gnum, reges ſunt, fideles ergo, quibus hoc  
regnum Dei aduenit, reges protinus erūt,  
& vtique reges, non carnis ſed ſpiritus, nō  
terreno regno, ſed cœleſti. Quos reges  
1. Petri. 2. Petrus commemorans inquit, Vos genus  
electum, regale ſacerdotium, gens sancta,  
populus acquisitionis.

¶ Fiat voluntas tua. Hoc eſt, quod tertio Tertia peti-  
petendum dominus iubet. Voluntatem  
autem diuinam Theologi distinxerunt in  
voluntatem antecedentem, & consequen-  
tem, prioris definiētis nomen. Eſt enim  
ea, que nos antecedit, & opera noſtra præ-  
uenit. Etenim hominem creans Deus di-  
uinitatis capacem, eō creauit, quo Deum  
intelligeret, & intelligendo amaret, & a-  
mando frueretur. Rurſum omnia illa no-  
bis parans Deus, que affequendæ æternæ  
vitæ necessaria iudicat antecedenter ho-  
minum ſalutem vult. Consequens autem  
voluntas eſt, que opera noſtra conſequi-  
tur, vt glorificatio ſanctorum, & impio-  
rum punitio. Eſt rurſum voluntas alia be-  
neplaciti, per quam æterno ſuo consilio at-  
tingit à fine vſque ad finem, & disponit ea  
ſuauiter. Demum aliam dixerunt eſſe fi-  
gni voluntatem, que eſt præceptorum di-  
uinorum ordinatio, confiſiorum admoni-  
tio, operum ſuorum oſtentio. Cuius Pau-  
lus mentionem faciens inquit, Hæc eſt vo-  
luntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtinea-  
tiſſimæ fornicatione &c. Neque mireris, ſi  
Deum dicamus, qui ſimpliciſſimæ eſt vo-  
luntatis, voluntates plures habere. Nam  
Pſalmus decimus quintus, Mirificauit, ait,  
omnes voluntates meas in eis. Hæc nan-  
que diſtinctio voluntatum non ſecundum  
rem eſt, ſed ſecundum variam diuinæ vo-  
luntatis conſiderationem. Iam ergo iu-  
ſta eſt hæc tertia petiſſio, vt domini vo-  
luntas fiat: id quod Christus exemplo ſuo Math. 16.  
docet, Patrem orans, vt transferret cali-  
cem mortis ab ipſo. Veruntamen, ſubdit,

Non

Sapient. 8.Diuinavolun-  
tas vna &  
ſimpliciſſi-  
ma at tradi-  
tur ut multi-  
plex.Math. 16.Luke. 22.

Non mea voluntas, sed tua fiat. Et præter hæc, si de voluntate signi sermo agitur, nihil congruētius petere possumus à Deo, quam obedientiam suorum mādatorum, & consiliorum, & Christi operum imitationem. Exemplum enim dedit ille, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus. Multa præter hæc bene placito suæ voluntatis Deus facere instituit, vt miracula, & plæraque alia, quæ præstat, quæ quoque precibus à nobis obtainenda esse dispositum. Vnde legimus per preces sanctorum, miracula Deum edidisse. Fiat ergo, precandum est, voluntas tua, non nostra. Nostra namque nos sèpè præcipitat, à bono diuertit, & ad malum flectit: at diuina ab omni præcipitio peccatorum (si illi acquiescimus) liberat, bona nobis conciliat æterna, & aduersantia omnia mala

Voluntas dei sincerrima, rectissima, omnipotens, iustissima, & clementissima: cui nos morigeros præstare operæ pretium est.

tona volun-  
Et nolite, ait, conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Quasi dixisset, Deo obedite, vt suam Deus in vobis exequatur voluntatem, quod ad vestram exaltationem est: vt experiamini quām bonus est Deus ijs, qui recto sunt corde. Hoc igitur demum petimus, vt hæc bona Dei voluntas, quæ ad regna cœlestia nos incitat, hæc beneplacens Dei voluntas, quæ ad beneplacita, & grata sibi opera cohortatur, hæc perfecta voluntas, quæ ad cōsummatas coronas milites suos vocat, in nobis compleatur, & absoluatur. Et totus scopus christianæ vitæ est, vt hæc voluntas domini fiat. Etenim peccatum omne discessio est ab hac voluntate, & virtus omnis ad hanc accessionem est voluntatem, modo vera virtus sit. Cum autem sit diuina voluntas in nobis, tunc & voluntatem Dei nos facimus. Et perinde est, Fiat voluntas tua, atq; si dixisset, Animos nostros præpara, vt voluntatitux non re-

pugnemus: corda nostra inclina, vt quæ tu vis, opere compleamus: vires dona, vt tametsi pusilli, & infirmi sumus, supremæ tuæ voluntatis decreta sic amemus, sic amplectamur, vt nulla creatura, ab illis nos separare valeat. Opportunè tamen petes à me, Quid est quod Lucas hanc petitionem prætermisit? natu in exemplaribus nostris prætermissam videmus. At verò te absoluet, quod in correspōribus Latinis, imò & Græcis Lucas eādem inseruit. Porro nudè Christus non dixit petendum esse, Fiat voluntas tua, sed adiesit, Sicut in cœlo, & in terra. In cœlo sanè diuinæ voluntatis sunt beati exequētissimi, in terrave ro nos non item. Hoc igitur oratione hac obtainere admittimur: vt instar cœlestium spirituum diuinis placitis obtemperemus. Quamverò sit Deo hoc plausibile metantente scriptura docebit, quæ omnibus sacrificijs, & victimis, obedientiam prætulit. Neque solum hoc Deo gratum est, vt sibi acquiescamus, quietiam, & præpositis nostris, Paulus hortatur obediendum. Et subiectos tādē nos voluit Petrus omni humanæ creaturæ ppter Deum, siue regi Hebr. 13. quasi præcellentii, siue ducibus tanq; ab eo missis &c. Nouerat autem Christus quā arduum sit, & humanas superās vires, proprijs renuntiarc affectibus, & hominem se se tandem prorsus abnegare operosissimum est, vt Deo se cōcedat. Quapropter rem difficilem hanc, vt scilicet fiat Dei voluntas in nobis, vt nostra pereat voluntas in nobis, atq; quassetur exemplo molle fecit dicens, Sicut in cœlo, & in terra, quasi dixisset, o mortales, arduū cœlebitis quod à vobis petendum doceo, considerate ergo (ne vos terreat petitiois huius sublimitas) beatos illos spiritus, quibus hoc vnum est institutum, diuinam exequi voluntatem. Si vos igitur cœlestis commercij illius tenet desiderium, pro modulo vestro huic rei vnicē & solertiſimē dabitis operam, vt diuina iussa expleatis. Hinc dilucidum erit, cur Dominus in prima petitione non subiecit, Sicut in cœlo, & in ter-

Aduertenda  
quæſtio ad  
confusum  
euangelista  
rum.

1. Reg. 15.

Hebr. 13.

1. Petri. 3. 4.

Diuina vo  
luntas est ex  
quirēdāsem  
per.

## Dilucida.& decla.in Esai.Prophetam. 3<sup>o</sup>

ra, quinimo absolute dixit, Sanctificetur nomen tuum. In hac vero tertia subiecit sicut in caelo, & in terra. Sanctificatio ne nanq; diuinis nominis, non tam horrēt homines, quam proprias in cunctis, etiam desideratis simis affectiones exuere.

**Quarta**  
postulatio pa-  
nem nostrū  
quotidianū  
da nobis ho-  
die petet.

**¶ Quarta** legitima collocatur sede petitio illa, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Piores nanque (quas de narrauimus petitiones) spiritualia bona concernunt. Etenim sanctificare diuinum nomen, aduentus diuini regni, Dei voluntatem opere praestare & affectu, ex farragine sunt spirituali. At verò petitio hæc quæ quartum tenet locum, bonorum corporalium speciem præfert, & recte satis & appositè additur. Spiritualia nanque sine temporalibus (tantisperdum in corpore degitur) diu seruari non possunt. Et hebraismus est hic notandus, nam per panem, cuncta necessaria humano vi-

**Hebraismus**  
notandus.

**Lucas Mat-**  
**thaei inter-**  
**pres.**

**Epiusios**  
quid.

**Tempora-**  
lia à Deo pe-  
tenda.

debis. Quod si dixeris vetera transierunt, si transierunt vetera, igitur noua despicio, quidque ecclesia sancta Dei sua quotidiano obseruet diligenter, considera, quæ abundantiam frugum, annorum tranquillitatem, pacem, & concordiam principum nunquam non obsecrat, & petit. Et dominus, quia solitudine nos temporalium voluit vacare, illam solitudinem duntaxat damnabilem insinuat, quæ infidelium est, aut eorum qui infideles sapiunt mores. Etenim horum est, ita se se demergere in temporalium rerum affectibus, ut ad vniuersa facinora se dejciant, illorum amore correpti. Verum ea curare, quæ victui nostro, & comedatui opportuna sunt, Christus nō dam I Cor. 11. nat, qui Iudā Apostolum, & traditorem & 13. huic dicauit muneri, ut sibi & sacratissimo conturbanio, pararet victui necessaria. Quapropter quotidianum panem à nobis petendum dominus iubet, non tam superfluas opes. Habentes (ait Paulus) alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli. Ideo crastinum postulet panem fidelis oportet: tanquam is, qui in crastinum victurus est, Legimus enim quandam, qui in longum protrahendam putabat vitam suam, dixisse sibi, Anima habes multa bona, posita in annos plurimos, requiesce comedere, bibe, epulare. Cui tamen, Stulte, dixit Deus, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti cuius erunt? Luc. 12. Tales sunt omnes, qui cōmeatum in multos reponunt annos, quasi certum habuissent multam acturos ætatem: quibus alioqui præripitur sœpè subito vita. Quam ob rem Christus crastinū nos petere panem docuit: ut vel ipsa petitio, de nostra mortalitate nos admoneret. Græca lectio habet, Panem nostrum quotidianum, da nobis quotidie. Quanquā aptissimum redditum est à nostro interprete, non quotidie, sed hodie. At dicet aliq; si super substantialē panē translatio nō legit, quī conue-

Notanda  
bitatio i do-  
minis verbis.

cōueniūt panis materialis (qui est quotidiani usus & humanæ naturæ alimētū) & super substantialis panis, qui panē significat super naturalē? Quomodo ergo de pane isto alimētario Dominicæ orationis petitionē intellectā volo? Porrò aduertendū est inter ea, quæ hominem alit, quod egregij nutrimēti est, & omnia alimenta superat, panis est. Quatuor enim recenset Aui-

*Quatuorbo  
ni alimenti  
& insigniter  
nutricia  
ex Auicēna.*

cēna, quæ insigniter nutriūt, panē, vinum rubēū, oua recēs nata, & ius carniū. Vinū autē tamē si p̄clarē nutrit, sua tamē fu-  
migatione nocet, sua quoq; inflāmatione iuuat nihil. Oua verò in p̄dominantem humorē transeunt facile: qui si noxius est, illius malitiā necessariò augent. Iuraverō, et si benē nutrit, non tamen nutrimenti sunt solidi: panis autē & p̄clarē nutrit, & nutrimentū eius solidum & tenax est: qua propter optimū nutrimentū est. Id quod insinuat Psalmus. Panis, inquit, cor homini cōfirmet. Quod enim de corde ille di-  
xit, de toto corpore dicere non verearis.

Quippe propter eius cohērētiā cū mem-  
bris toti homini vires suppeditat. Qua-  
pter etiā si epulis alijs splēdidissimis pares cōuiuia, si panis desideratur, epulæ frigēt  
oēs, atq; desipiūt. Idcirco iusto nomine in-  
terpres vertit panē super substātialē. Etenim nulla est alimētorū substātia, quæ illi con-  
feratur: imò panis omnibus superfertur.

¶ Et dimitte nobis debita nostra. A Equis-  
fimo ordine istæ, quæ denarrantur petitio-  
nes tres sequuntur alias denarratas quatuor.  
Tres enim quasmodo differemus, sunt de  
precādis malis cōueniētes, quatuor vero  
priorēs impetrādis bonis sunt aptissimæ.  
Est autē debitā hominū quoddā quod à  
diuinitate ipsa (quæ in homines est munificissima) proficiuntur: vt ex creatione, gu-  
bernatione, reparatione, & id genus alijs,  
quibus natura humana tanquā debitū qui-  
busdā Deo obnoxia est. At qui debita hæc  
non sunt ea, de quibus oratio dñica cōme-  
minit. Hæc enim debita remittēda nō sunt,  
imò remitti nō possunt. Etenim quia con-  
diti à deo sumus, necessario illi subdimur:

& etiā inuitis nobis, illi debitores sumus: &  
quia soluēdo nō sumus, laudes illi offerre  
& gloriā tenemur. Est porrò debitū aliud,  
quod ex nostri arbitrij facultate, ortū da-  
cit: quale peccatū est. Omnis nāq; qui pec-  
cat, luēdā poenæ & resarcīdā iniuriæ, de-  
bitorē se cōstituit. Hæc sunt debita, quæ re-  
mittēda petuntur. Nā solū Deus est, qui re Ex peccato  
mittere debita hæc potest. Ipse nāq; est, q; debitū p̄ce-  
peccatū nobis donat ex sua gratia, & misericordia. Deo autē donāte peccati culpā,  
donat itidē & poenā aeternā, & nonnunq; Ex peccato  
etiā purgatoriā temporalē, si internus mētis  
dolor ex sua grādi vehemētia, illud exege-  
rit. Et revera eximia est diuina charitas, q;  
verba hæc sequentia demonstrāt. Sicut &  
nos diuinitus, ait, debitoribus nostris.  
Nihil enim Deo (qui omnipotens est) re-  
laxādis f. c. noribus nostris, est necessariū  
expectare, vt videlicet f. atrū nostrum de-  
licita cōtra nos admisiā, dimittamus. Cate-  
rum horum meminit, vt qui fratris sui nō  
cōmiseretur donans illi delictum, neque  
diuinam expēctet misericordiā, quæ pec-  
cata sua remittat. Vt in Matthæo relatum  
legimus. Serue, ait, nequam omne debitū  
remisi tibi, quoniam rogasti me: nonne er-  
go oportuit te misereri conserui tui, sicut  
& ego tui misericordia sum? Et tandem sub-  
dit, Sic & pater meus cœlestis faciet vo-  
bis: si non remiseritis vnaquisque fratri  
suo, de cordibus vestris, Matthæ. capit. 18.  
& optimē de cordibus adiecit vestris: qui  
sermo veram remissionem peccati cōser-  
uorū denotat. Sunt enim qui sicutē parcūt  
proximis, & non de corde suo, illorum cō-  
suetudinem, colloquia, commercia, con-  
uiuia, non fugiunt: vt dixeris iam inimici-  
tias abolitas, & in amicitiam esse conuer-  
tas. Cæterū hæc subdolo corde, s̄pē gerū-  
tur, vt simplices & incauti offendores ab  
offensis, cauti' opprimant. Isti ergo nō ex  
corde, cōseruorū donāt offendam. Quos  
oportet meminisse Ecclesiastici illud nō  
prætereūdum. 28. Qui vindicari, ait, vult,  
à domino inueniet vindictam: & rursum.  
Homo homini seruat iram, & à Deo quæ

Deus ve rea-  
mittat debi-  
ta nostra ex  
peccato do-  
nemus deli-  
cta fratribus  
nostris.

Fiatē par-  
cunt quida-  
fratrum of-  
fensam,

# Dilucida. & decla. in Esaí. Prophetam. 30

rit medelam? in hominē similem sibi non habet misericordiā & de peccatis suis deprecatur? & Luc. 6. & Matth. 7. Dimittite docet, & dimittemini.

*Quia Deus veraciter peccata donat nos quoque non fit de donem iniurias.*

Quia ergo Deus veraciter peccata donat nos quoque non fit de donem iniurias. Quærerat aliquis fortassis, Quid ergo, si ex animo sunt donādæ offensæ, facinorosos homines ad facinora perpetranda hęc donatio stimulabit? Verū scito aliud esse non odio habere fratrem offenditorem, illū quę amare (etiam si inimicum) aliud esse poenas à iure statutas contra facinorosos non prosequi. Horum primū, ut exequamur, diuina iussio deamandis inimicis nos constringit: quę tamen ut postremum ab soluamus non nos ligat.

*Qui enim amans inimicū odio prosequitur inimici facinus, ideoque ex odio facinoris, & non facinorosi, iuris remedia sibi quærit, ut de pecca-*

*Exodio faci to iudex sumat poenas, nō iniquè facit, qā noris vltio. nē petere à iudice faci- norosi non vetat eu- gelium.*

ret nisi ita faceret: ut si peccata se offerant quę bonum publicum lędunt. Cæterum si priuatae sunt iniuriae, qui nolle coram iude fratri delictum deferre, sed omnino offenditatem fratris donat, melius ficeret, qā ex abundantiore charitate ficeret. Et de proprijs offensis in Deum remittendis ipso pœnitente, vehementer poterit spem concipere. Quippe nō solum quod necesarium erat amando inimicum præstitit, quin etiā, & quod super erogationis erat, hoc est iudicis officium non implorare ad vltionē fraterni criminis exhibuit, de quibus alibi disertior futurus est sermo.

Sexta peti- *¶ Sexta, quę sequitur petitio est, Et ne nos*

tio. *inducas in temptationem. Est autem tētatio quędam, in quā Deus inducit, vt est illud,*

Sapient. 3. *Tentauit illos deus & inuenit illos dignos se: & id genus alia in scripturis innumera.*

Tētatio du- *Hęc autē tētatio diuina homini admodū plex, & à Deo, & à diabolo. prospicit. Est enim ut humerus fastus vtiliter deiiciatur: & virtus vberius in nobis increbat. Virtus enim in infirmitate perfici-*

tur. 2. ad Corin. 12. Rursum, & inducit homo in temptationem: vt Heua tentauit Adā. Hęc autem tētatio varia est, iam in bonū, iam in malū. Diabolus vero inducit in temptationem semper in malum prospiciens. Semper enim tentat, vt noceat. Noxias ergo temptationes, vt à nobis submoueat deus hac petitione precamur. Nam proficuas temptationes non est cur auersemur. Sunt enim spiritus nostri medicamenta: & meitoram nostrorum incremēta. Petere igitur ne inducamur in temptationem, non est petere ne diuexamur à tētationibus: quoniam diuexatio hęc sępē dat intellectū: sed hoc petimus, ne à tētatione vincamur. Id quod beatitudinis dixit esse Iacobus. ca. 1. Beatus, ait, vir qui suffert temptationē: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronā vi-

*Bestitudo  
non vinci à  
tentatione.*

tæ. Sufferre autē temptationē est tētationi nō cedere. Qui vero nō cedit, ille est, qui superat. Fuerūt autē x̄tate Iacobi hæretici, quidā qui salubres, & noxias tētatiōes deo tribuebāt, tanquā illarū auctori, adnotante Beda in cōment. eiusdē loci. Quos elidēs Iacobus ait, Nemo cū tentatur dicat quoniam à deo tētatur: deus enim intētator maiorū est. Ipse autē neminē tentat, subaudi, ad malū. Etenim si ab illo petēdū est ne in temptationes noxias inducamur, huiusmodi temptationū ipse deus autor non est, sed dia- bolus, qui obtētandi huiusmodi munus tētator Matth. 4. cognominatur. Rursum dicitur. homo si se ingerit vtroneē in temptationibus istis, quærerit sibi subversionem, nihil aduertēs scriptum esse, Qui amat periculū peribit in illo. Quasi dixerit, qui amat temptationē, in illā inducetur. Fugiēda ergo sunt peccatorum irritamenta. At quia in uitis nobis plerunq; se ferunt, precan- dus dñs, ne inducat nos in huiusmodi pec- catorū irritamenta. Nā necesse est, vt scāda la veniant: & sępē mari tranquillo ferociē tes excitantur vnde, quas nos oportet p̄e uenire dominica petitione, ne scādalis aut mundanis fluctibus misere cum peccato-ribus inuoluamur. Hoc igitur est, Et ne nos inducas in temptationem.

¶ Et

Petitio septima, Sed liberat nos à malo, quam diuus Lucas non commemorat. Liberari autem à malo non aliud est, quam à Satana liberari, qui per antonomasiā malum appellatur. Est enim iniquitas totius origo, & incrementum, Ioannis. 8. Ille homicida erat ab initio: & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. Omne peccatum mendacium quoddam est: est enim discessio à prima veritate, quae Deus est. Vnde diabolus mendax est, quia diuinæ legis primus prævaricator est, & mendacij callidus pater, quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Est autem diabolica potestas, ad decipiendum quam vehementissima: vnaque est diuina potestas, quæ illi ob sistere potest. Quapropter pœnum nos docet Christus, ne hæc potestas tyrannica diaboli, nos incautos opprimat. Sed libera, inquit, nos à malo. Porro, quia idem est non induci in tentationem, & à malo liberari, idcirco Lucas suppres sit hanc petitionem ultimam, quæ Matthæus maioris dilucidationis gratia adiecit: ut palam demonstretur pugnam nostram cum malo hoc, id est, diabolo, & angelis eius esse certissimam: illumque esse iniquitatis vniuersæ, & incentorem, & patronum, à quo liberari merito nos pete re iussit Christus.

¶ Iā verò si hæc, quæ hactenus prosequuntur sumus, rectè callueris, promptum tibi erit, quæ sunt petenda à Deo: ne oratio frumentum suo fraudetur. Quanquam alia quoque sunt, quæ oratio ad se tanquam sibi auxiliantium vocat: ut ipsa suum collimet scopum, & quod prætendit impetraret tandem. Nō enim sat est, iusta (qualia diximus in septem commemorationis petitionibus, & iam à dominio præscriptis) petere nisi alia illi accedat. Quod ut certò tibi constet disce Pharisæum illum, quem Lucas docet cap. 18. gratias egisse Deo: id quod ad diuini nominis sanctificationem haud dubium attinebat. At verò illius oratio Deo minimè

fuit plausibilis. Quid ita obsecro? utique causam huius rei accipere licebit ex de narratis ibidem. Pharisæus ille stans apud se orabat. Gratias aiebat, ago tibi, quia nō sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, velut etiam hic Publicanus. Sanctifica bat sanè diuinum nomen, at qui docuit pœnitere diuini nominis sanctificationem, fratum maculare nomina non docuit: imo prohibuit. Quapropter sanctificatio hæc Deo ingrata fuit. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Et ipsam textus seriem si libras exactè huius Pharisæi elata deprehendes fuisse mentem. Stans namq; apud se orabat: stabat proculdubio corpore, quia elatus erat mente. Nihil iste meminerat Esaiā dixisse, & demissō vultu adorabunt te capitulo. 40. vnde dominus Lucæ. 21. procidit in faciem suam, Deum patrem suum oratus. Quod si hic stans corpore animum habuisset demissum coram Deo, statio nullius documenti esset. Porro quia status corporis animi internū habitum præferebat, idcirco animi Pharisæi turgidum supercilium insinuare volens, euangelista ex corporis habitu illum insinuat. At verò nihil, ni mea me fallit opinio, ita aduersatur & infidia orationis viribus, quam superba mens: quæ putat talia apud Deum merita habere, qualia alii non habent: & præter hæc, qui gratiae Dei detrahens, operum bonorum studia sibi accepto fert. Quamobrem egregie Euangelista hunc Pharisæum suis depinxit coloribus, Subdit enim, Et orabat apud se. Quid est apud se orare, nisi solus orare? Solus autem oratis, cuius preces, angelicum non defert in cœlum ministerium, ut olim per Raphaëlem Angelum, delatæ sunt Tobiae ad deum preces. Quid rursum est apud se orare? orare sanè, & non impetrare. Nam qui impetrat apud Deum orat, apud sanctos Angelos orat, apud beatos omnes orat. Quantu[m] secundum ille orabat, qui aiebat, Cumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei

Quæ sunt orationis formæ ut im petere.

Corporis habitus in ditat.

Superbia vi res orationis enerat.

Superbi orant apud se non apud Deum.

mei Israel, ut prosternerem preces meas in conspectu Dei mei Danielis. 9. Hec vti que oratio indubitata vires habet, quæ in animo contrito, & spiritu humiliato, Deo porrigitur. Oratio vero ampullosa, & turgens quæ in proprijs orantis meritis fixos habet pedes, hoc secum reputat Deum illam exauditurum, quia omni sanctitate ornata est, vana est, non Christiana, sed Pharisaica est oratio. Cui illud aptè congruir, Fiat oratio eius in peccatum. Vnde

ieiunia, & decimas, citra animum deiecit. Quanquam hæc, & illa amat dominus sicut gerantur. At si cupis exitum noscere utriusque orationis, & superbii iusti, & humiliis peccatoris, Lucas te docebit. Amē, Locus ex e. inquit, dico vobis descedit hic iustificatus uāgeliū Lu ab illo in domum suam. Quasi diceret, De cæ exponit. scendit publicanus magis iustificatus, quā ua.

Pharisæus, vel rectius, Descendit publicanus humili sua deiecit iōe iustificatus à minimis suis. Pharisæus autem qui suam pompatice iactabat munditiam, ex sua instantia illam sordidauit. Oratio igitur Publicani unde spectetur humilitatem spirat, siue ex verbo, siue ex corporis gestu. Obserua singula, propicius, ait, esto mihi peccatori. Cernisne profundè demissiōis verbum? Profitetur nanque se peccatore, & veniam delictorum assequi curiosè studet: rursum oculos in cœlū non leuat, ceu is, qui sedem & thronū diuinæ gloriæ maculatis oculis suspicere non audebat: demum à lōge stat & altaris diuini formidat maiestatem. Pharisæus autem nō curuus, non emissis vultibus, at stans orat, illum porro longe ab altari stare non cōmemoratur. Quare qui illum propè stantē & in penetralibus ultimoq; tēpli recessu domino orationē fudisse, crediderit measentia nō ineptiet. Quales vtinam non sint fidelium plerique qui ppe altare dominini nisi astiterint male cū illis gestum iri putat.

Quasi vero æternæ saluti assequēdē, multum intersit proximum ad altare domini corpushabere. Cum alioqui nihil intersit: siquidem Publicanus longè stans ab altari Dei, veniam delictorum suorum assequitus est: Pharisæus vero proprius stās, illa oratus est. Ille igitur stat, & hic stat: ambo in templo domini stant: alter propè, alter longè. Et qui propè stabat, longe à Deo recedebat, & qui longè stabat, penitissimè accedebat. Ad hæc qui propè stabat se magnificat, & merita sua gloriose recēset: at qui longe stabat, se humiliat, & deiicit, & peccata sua verecūde profiteretur. Quā obre ad Deum accedit hic, ille vero recedit:

Deus

Psal. 180: Ecclesiasticus docebat cap. 35. orationem humiliantis se nubes penetrare. Ceterum paulisper mecum obserua, quo progrediatur mentis elatio: ad contemptum enim

Superbia a  
nimi aliorū  
parit contē  
prum. etiam fratrū progreditur. Quid est enim quod Pharisæus ait, Quia non sum sicut cæteri hominum raptore, &c. & non contentus generatim cōtempsisce cæteros homines, etiam sicut iniuste in pauperculū publicanum, diuinos trementem sermones. Vnde, ait, Velut etiam hic est publicanus. Germanissimum equidem superbiæ est humilitatem, deridere ut superborum humiles contemnere: at vero deo familia riſſimum est humiles exaltare, & superbos disperdere. Aspice autem quam effrænis, & immoderata mentis humanæ superbia sit, cui non satis est se expertem iniquitatis profiteri, cum non sit homo qui non peccet super terram: quin etiam adeò sapienter erigitur, ut etiam sanctorum operum exercitia stultissimè sibi arroget. Audi Pharisæum loquentē, Ieiuno, ait, bis in sabbato: decimas do omnium, quæ possideo. Præmiserat autem se non raptorem, iniustum, aut publicanū, adiecit dein, ut prorsus inaniter & fastuosè superbiret. Ieiuno bis in sabbato, inquit, Atqui neque gratias Deo agere, neque ieiuna celebrare, neq; decimas donare in vitio sunt, neque ob id proponuntur in presentia, quia vitiosas sunt: quæ alioqui sunt pēsi, & debiti nostri. At ideo hæc ab euangelista denarrantur, quo persuasum nobis sit, Deo gratiorem esse humilem animum, & se spernentem coram deo citra ieiunium, & decimas, quam

3. Reg. 8. Fastus secu  
delium plerique qui ppe altare dominini in  
si astiterint male cū illis gestum iri putat.  
laris est pro  
pe altare se  
culares fa  
cra audire.

Præmiserat autem se non raptorem, iniustum, aut publicanū, adiecit dein, ut prorsus inaniter & fastuosè superbiret. Ieiuno bis in sabbato, inquit, Atqui neque gratias Deo agere, neque ieiuna celebrare, neq; decimas donare in vitio sunt, neque ob id proponuntur in presentia, quia vitiosas sunt: quæ alioqui sunt pēsi, & debiti nostri. At ideo hæc ab euangelista denarrantur, quo persuasum nobis sit, Deo gratiorem esse humilem animum, & se spernentem coram deo citra ieiunium, & decimas, quam

Superbi est  
animi bona  
quæ habet  
proclama  
re & mala  
subtice. Cōparatio  
Publicani  
& Pharisæi;

bis in sabbato, inquit, Atqui neque gratias Deo agere, neque ieiuna celebrare, neq; decimas donare in vitio sunt, neque ob id proponuntur in presentia, quia vitiosas sunt: quæ alioqui sunt pēsi, & debiti nostri. At ideo hæc ab euangelista denarrantur, quo persuasum nobis sit, Deo gratiorem esse humilem animum, & se spernentem coram deo citra ieiunium, & decimas, quam

Deus enim superbis resistit, humilibus autem gratiam dat. At vero opportunè quæ ret aliquis, Quid est, quod Phariseus hic referens egregiè ab ipso facta culpatur, at vero Ezechias rex in culpa non est, eadè vel similia referens? Esaias enim capit. 38. orationem eiusdem denarrās, inquit, Obsecro domine me mento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et Iob capitulo. 29. Iustitia ait, indutus sum, & vestiui me sicut vestimento: & diademate iudicio meo: oculus fui cæco, & pes claudio, & cætera alia magnifica, Iob de semetipso commemo rat. Id quod commemorare superbiae nullus Iob ascribet. Et hoc genus reperias alia in scripturis, vt. 2. ad Corinthios. 11. & 12. præclarissima multa, quæ fecit, & passus est refert Paulus. Quid ergo est, quod Phariseum se esse commendatē nunc nos car pimus? siquidem & alios plerosque commendantes semetipos sine iactantia vi tio, proposuimus. Observauimus autem diuum Gregorium Homilia. 9. prioris partis ad Ezechielem, qui rem istam scite disserit. Ait enim iustis semetipos laudare licitum esse: siquidem non ut laudem propriam venentur sed ut diuinam gloriam propalent id nonnūquam præstant. Quā obrem si diuina gloria hoc poscit, aut fratribus utilitas, aut propria necessitas exigit semetipos commendare, in vizio non est. Vnde Samuel inculpatam vitam se gessisse in publica concione ostendit. 1. Regū. 12. Hoc enim propria necessitas exigebat: quia illius Iudei prolem reiecerat, ne præ esset plebi: id quod in patris culpam regeri videbatur: quapropter se inculpatum ostendit. Ezechias vero ut spem suam roboraret in Deo, magnifica gesta sua recolit: vt Paulus, qui diuinæ gratiæ afferendæ insudarat vehementissimè heroica quædam opera, quæ gessit commemorat, ut diuinæ gratiæ eximiè attestaretur. Et Iob ab amicis sibi obiectam falso tyrannidem diluere nitens, suam clementiam, & miseri-

cordiam, & iustitiam multis exponit. At Cap. 29. vero Phariseum illum nihil horum excusat, non enim hoc habuit instituti, aut præ ximis subuenire, quos contemnebat. Nō inquit sum sicut cæteri hominum, aut si cut publicanus hic. Neque propriè necesse sitatis erat, semetipsum laudibus prosequi neque studio id fecit diuinæ gloriæ augendæ: imò quia iactatius erat, & inanis gloriæ studiosus. Quare se commendando peccauit. Porrò Publicanum hunc cum legamus à Deo exauditum, quid est quod legimus apud Ioannē. Peccatores Deus non exaudit? Nimirum peccatores non exaudit, superbos scilicet in delictis suis, & contumaces: qui nō verè, sed lusorè à Deo exaudiri petunt. <sup>Peccatores</sup> <sup>vt non exaudiunt à deo</sup> Iстi sunt peccatores, quos Deus non exaudit. Qualis fuit ille fastu os Antiochus, cuius mentio fit in lib. Machabæorum. 2. capitulo. 9. Orabat, inquit, hic scelestus dominum, à quo nō esset misericordiam consequuturus. Et in Psalmo 65. hoc ipsum docemur. Iniquitatem ait, si aspexi in corde meo, nō exaudit dominus. Et Esaiæ capitulo. 1. Cum multiplicaueritis orationem, nō exaudiam: quia manus vestræ plenæ sunt sanguine. Tunc autem manus nostræ plenæ sunt sanguine, quando in peccatis persistere animus est: quando demum ponimus mēdaciū spem nostram, & cum morte percussimus fœ dus, & cum morte fecimus pañum, Esaiæ 28. Est autem peccatum mēdaciū, mors secunda, & infernus primus. Qui ergo sunt peccatorum amantissimi, & hæc contētio se amant, & iugiter curant, diuino timore posthabito, isti sunt rebelles lumini diuino: & hos deus non exaudit, nisi mutauerint mentem in melius. Peccatores vero humiles, trementes diuinum iudiciū, (quale hunc publicanum descripsit beatus Lucas) hos exaudit deus. Quibus prothema nostrū mirè aptabitur. Ad vocē clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi. Et præmiserat, Plorans nequaq; plorabis, miseris miserebitur tui. Ut aut propria in semetipso cōfidētia phariseo obfuit: ita publica-

Confidētia  
in meritis  
quæ.

Iacob. 1.

3. Reg. 19.

3. ad Cor. 11.

Quæ cōfidē-  
tia nobis est  
necessaria  
ut oratio  
nostra sit ef-  
ficax.

1. Iacob. 5.

Nōnunquam  
noxia nobis  
orando im-  
petramus.

blicano propria ex operibus suis diffiden-  
tia mirabiliter profuit, vt ita denique eius-  
dem oratio iustificationem à Deo impe-  
traret. Deo ergo vni firmiter fidendum  
est, & non ex proprijs superbiendum est  
meritis, vt efficaces sint preces, quas iam  
Deo fundimus. Quare Iacobus de hac re  
nos instituens inquit, Si quis autem ve-  
strum indiget sapientia, postulet à Deo  
(qui dat omnibus affluenter, & non im-  
properat) & dabitur ei. Postulet autem in  
fide, nihil hæsitans. Neque tamen propte  
rea putes in omnibus, quæ petis à Deo, cer-  
tissimam te habiturum fidem, tibi quæ pe-  
tis à Deo præstanta fore. Etenim multa  
petētibus non præstantur: vt Elias, qui pe-  
tiuit animæ suæ, vt moreretur, & Paulus  
qui abigendum à se angelum Satanæ col-  
phizantem expetebat instantissimè: non  
adepti sunt quæ obnixè petebant. Cæte-

rum ea confidentia dum petimus quid-  
piam à Deo nos præditos esse oportet, ne  
vt nostra nos fallat confidentia, sed certissi-  
ma semper existat, nempe, si iusta sunt,  
quæ petimus salutiique nostræ conuenien-  
tia, si rursum si per nos non steterit, quo-  
minus consequamur, tunc dubio procul  
si petendo persistimus consequemur. Et  
de hac re nihil hæsitandum est: vt Iacobus  
dixit. Istudque est, quod in oratione  
dominica miscetur, vt diximus, Fiat vo-  
luntas tua. Id quod Ioannes commemo-  
rat, Hæc est, inquit, fiducia, quam habe-  
mus ad Deum, quia quocunque petierim  
mus secundum voluntatem eius, audit  
nos. Tunc illud Esiae. capit. 58. Experi-  
mūr, Tūc, inquit, inuocabis, & dominus  
exaudi et te, & clamabis, & dicet, Ecce ad  
sum. Omnia nanque, quæcunque petierim  
mus in oratione credentes, accipiemos:  
& nihil impossibile erit nobis, Matth. 21.  
Fides tamen hæc, quam oratio sibi neces-  
sariam exigit, est illa (quam prædiximus)  
vt quidquid petimus secundum Dei vo-  
luntatem, certissimum habere speremus.  
Quod si nonnunquam, quæ aduersantur  
diuinæ voluntati petendo impetramus, vt

Israelitæ sub Samuele petentes regē. Me-  
minisse oportet illud Gregorij nonnulla  
Deum concedere iratum, quæ placatus ne  
garet. Jam vero pro coronide huius decla-  
mationis varios precandi modos à Paulo  
denarratos. 1. ad Timotheum. 2. subiunge  
re libuit. Ait enim, Obscurro primum om-  
nium fieri obsecrationes, orationes, postu-  
lationes, gratiarum actiones pro omnibus  
hominibus. Est autem obsecratio, quæ re-  
mittendis peccatis, aut cauendis incum-  
bit. Oratio vero votum habet annexum,  
vt oratio Iacob, Genesis. 28. Si fuerit do-  
minus mecum & custodierit me in via,  
per quam ego ambulo, & dederit mihi pa-  
nem ad vescendum, & vestimentum ad in-  
duendum, & quibusdam interpositis, Cū-  
ctorum, quæ dederis mihi decimas offe-  
ram tibi. Postulatio vero est, quæ bono pu-  
blico consulit: vt cum pacem, pluviā, sa-  
lutem nostris, & alijs petimus. Gratiarum  
vero actio est, quæ diuina beneficia reco-  
lit. In quem modum Ioannes Cassianus  
Pauli verba collatione. 9. capitulo. 9. & se-  
quentibus dilucidauit. Ego vero mallem  
cum Theophilacto in commentario eius  
dem epistolæ obsecrationes, seu precatio-  
nes, orationes, postulationes seu interces-  
siones, ceu idem significantia à Paulo ob-  
maiores perspicuitatem fuisse assumpta.  
Et est repetitio familiaris scripturis, quæ  
per verba diuersa, idem səpè notificat.  
¶ Per hæc ergo, quæ de orationis viribus,  
enarrauimus hactenus, ad orationis studia  
nos incendi, & calcaria ad tantum exercē-  
dum munus nobis adiucere oportebit. Est  
nanque oratio oranti subsidium, Deo sa-  
crificium, Dæmonis flagellum, tradente  
Augustino. Neque aliud remedium effi-  
cacious est ad fugādas pestes mentis, quam  
oratio. Orationi ergo fundendæ animam  
tuam præpara: pœnitentia munda: perse-  
uerantiam iunge: feruorem adde: fidem  
tene: fraternalm charitatem amplectere:  
& oratio tua ascendet sicut incensum in  
conspectu Domini: & hæc te ducet in vi-  
tam æternam.

Epilogat  
quæ de ora-  
tione dix-  
rat.

Eccl. 18.  
Psal. 140.

## DILVCIDATIO IN

Esaiæ Caput. 31.

Vaticinium  
contra eos,  
qui ad hu-  
mana feco-  
ferunt auxi-  
lia deserto  
Dœ.



*AE QVI.*<sup>a)</sup> IDEM,  
quod superiori cap. moue-  
rat saxum mouet modo E-  
saias. Virtus nanque vertit  
Iudeis, quod iam verterat.

Spe nanque Dei viui relicta confugerunt,  
ad humana auxi-  
lia magis fiden-  
tes hominibus  
quam Deo ve-  
ro. Posuerunt e-  
nim carnē bra-  
chium suum, ni-  
hil obseruantes  
Hiere. 17. Davidicū illud,  
Psal. 145. Nolite confide-  
re in principib⁹,  
neq; in filiis ho-  
minum, in qui-  
bus nō est salus.  
Et ne diutius te  
morer cap. hoc  
taxat Israelitas,  
qui huic malo  
succubuerūt, tē-  
pore Osee regis  
*Israel.*<sup>4</sup> Regum  
17. Etiam si Di-  
nus Hieronym⁹  
argumētum ca-  
pituli huius idē  
putat esse, quod  
prioris. Ego ve-  
ro argumētum  
huius capi. illud  
puto quod præ-  
dixi. Osee nan-  
que Israelis rex  
fuit, cōtra quem  
ascendit Salmanassar rex Assyriorum, & il-  
lum redigit in suam seruitutē. A qua auxi-  
lio Suaregisi AEgypti rebellare conatus

est frustra. ¶ *Ipse autē sapiens.*<sup>b)</sup> Deus in cū  
ctis operibus suis sapiētissimus, tametsi ho-  
mines suæ libidini aliquā permittat, nouit  
tamē suo tēpore libidinem humanā corri-  
pere. Id q̄ modo insinuat inquiens. ¶ *Ipse  
autem sapiēs adduxit malum.* i. calamitatē  
& suppliciū con-

tra decē tribus:  
quia fidē suā ma-  
gis collokarūt in  
hoīem, q̄ i deū.  
¶ *Et verba sua nō  
abstulit.*<sup>c)</sup> Idest,  
prophetarū suo  
rum oracula nō  
irrita fecit. ¶ *Et  
confurget contra  
domum pessimo-  
rum.*<sup>d)</sup> Idest Is-  
raelitarū. ¶ *Et cō  
tra auxilium ope  
rantium iniquita  
tem.*<sup>e)</sup> Qui AE-  
gypti sunt. ¶ *AE  
gyptus enim ho-  
mo & non Deus,  
& equi eorū caro  
& nō spūs.*<sup>f)</sup> Ca-  
ro. n. infirma est  
spūs vero fortis  
& prōpt̄ est: ho-  
mo rursū fragi-  
lis est, deus vero  
oipotēs. Qua p̄  
pter dñs inclina-  
uit manū suā, &  
corruet auxilia-  
tor AEgyptius,  
& cadet Israel,  
cui p̄statur auxiliū: simulq; oēscōsumen̄.  
¶ *Quia h̄ec dicit dñs.*<sup>g)</sup> Diffidētiā decē tri-  
buū exp̄sserat, illiusq; cōmeritū suppliciū,  
nunc

Déns sibi si nunc confidentiam duarum tribuum in diuina ope aduersus regem Assyrium, diuinamque protectionem exprimit. Duas proponens similitudines, ut euidentiore, rem faciat. Altera est cum leo rugit, super prædam suam, quam tenet, etiā si occursantem videat pastorum turbam, vociferantem contra ipsum & tuimul tuantem, ut leonē deterreat, nichilominus leo non ex vocifera tiōibus commo uetur, neque frā gitur ex pastora li excitato tumultu, neq; red ditur mitior: ita domino prote gente Hierusalem tanquā leo fortis prædam te nens, irruenti bus Assyrijs principibus (qui sunt veluti pastores

Principes sunt plebis pastores.

gregum testante Homero) non dimisit nichilominus dominus prædam suam. Imo sicut aues incumbentes pullis, offendentium iniurias validè propulsant: ita Dominus Hierosolymitarum propulsaturū Assyriacam offensam pollicetur & obserua, capitul. 10. supra regem Assyrium minari se perditurum nidos cum auibus, at nunc hominis fumosam soluens arrogantiam Dominus capitulo hoc, se seruaturum nidum, & aues certò promittit. Porro consueta est in scripturis euangelicis similitudo hæc postrema, Quoties ait Dominus volui congregare te, sicut gallina congregate pullos sub alis suis, & noluiti. Et in Apoc. 5. Apcalypsi Christum leoni collatum esse legimus. ¶ Conuertimini. a) Paulus Romanis

scribens inquit, Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiae, & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra, seruire iustitiae, in sanctificationem. Hoc ipsum est, quod

Locus Pag.  
li ad Rom.  
6. Esaiam  
exponit.

nim illa abijciet vir idola argenti sui, & idola auris sui, quæ fecerunt vobis manus vestre in peccatum. Et cadet Assur<sup>b</sup> in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iuuenesei<sup>c</sup> vectigales erunt: et fortitudo eius à terrorre transibit, d) et pauebunt futu rationis ad Deum reddit. Quippe idola argentea, aut aurea, vana erant: nam idolum nihil est. ¶ Et cadet Assur. b) Ut victoriam celeberrimam, quam Hierosolymitæ contra Senacherib habuerunt, non sibi usurpent, ait modo, Assur siue Assyrius rex cum copijs suis carent non industria, aut armis humani: sed diuina potestate corrident. ¶ Et iuuenes eius vectigales erunt. c) Aut ut Septuaginta transtulerunt, Vici erunt. In iuuenibus autem robur significatur. Sensus ergo est, robur Assyriacum destituendum. ¶ Et fortitudo eius à terrore transibit. d) Explicat quod dixerat de iuuenibus. Angelo enim deuastante exercitum Assyriorum fortitudo illorum periret.

¶ Dicit

**D**ixit Dominus.<sup>2)</sup> Translatio altera non ignem, sed lucernam habet. Dictione namque Hebraica facili momento variata, utrumque significat. Et quia ignes sunt ambusti Assyrii, propter eainquit. **H**ac gientes principi dicit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus

in Hierusalem. ) Quasi diceret, Dominus, cui perpetuò ardet ignis in templo, quod est in Sion, ipse quoque qui est tanquam ignis consumens, mittere cœlitus igneas flammas, quæ hostes Assyrios in fauillam & cinerem conuertat.

Léui. 6.  
Deu. 4.  
Hebr. 12.

## DESENSIBUSTRO.

### pologicis ad Caput trigesimum pri- mum Appendix.

**T**ROPOLOGIA declamatio vñica, De conuersione humanæ mentis à peccati la-  
be ad diuinam gratiam, quæ aptabitur congrue feria quartæ Cinerum cu-  
m prothema est. Conuertimini, sicut in profundum re-  
ceperatis filij Israël. *Ezai. 31.*

**V**I VEL MINIMAM

cum sacrosanctis misericordiis suetudinem habet in numerato illi erit, familiarissimum illis esse conuersionem ad

**I**oel. 2,  
**T**ob. 13.

Deum frequentissime & exhortari, & precepere. Per Iolem enim Dominus in causa quadragesimalis ieiunij clamat, conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Quæ verba non solum conuersionem præcipiunt, sed & formam secundum quam conuersio hæc celebranda est, docent. Quam quoque formam non siliuit venerandus ille senex Tobias, qui luce oculorum iam diuinitus perfusus, in verba hæc gaudenter erupit, Con-

**P**ecatoris ad Deum conuersonis p-  
ceptum, for-  
ma, fructus,

**M**al. 36.

ueritimini peccatores facientes iustitiam, credentes quod Deus faciat vobiscum misericordiam. Conuersionem verbis istis iubet & fructum eiusdem insinuat, & formam tradit. Est autem forma conuersionis iustitiam facere. Est autem iustitiam facere, declinare a malo, & facere bonum. Est porro conuersionis fructus misericordiam Dei obtinere. Credentes, ait, quod faciet Deus misericordiam. In prothema-

te igitur nostro conuersio ad Deum nobis iniungitur. In cæteris vero (quæ illi subseruiunt testimonij) modus comprehenditur hic, in ieiunio scilicet, & fletu, & planctu, in iustitiae studio, & ad Christianam formam vitæ reformatione. Et tandem conuersionis fructus a Tobie expressus est. Cæterum quid & qualis sit conuersio hæc sedulò in primis a nobis vestigandam est. Quo sane explorato, ad cætera patebit sine offendiculo accessus. At qui ex minutulis natihi placet gradum ad Deum. Quid est conuersio peccatoris ad Deum. 1. cætera grauiora facere, disce igitur quod conuersio hæc reductio est sponsæ, in spiritu offensi gratiam, filij profugi in paternam amicitiam, serui fugitiui in herilem obedientiam, displantis gregis in pastoris caulam: & id genus cætera, quæ pristinam offensam tollunt, & nouam reparant amicitiam. Est porro mens nostræ sponsa Christi, sumus & nos filii Dei adoptiui, eiusdemque tāquā serui empti, incomparabili pretio enim diuini sanguinis Christi empti sumus prima ad Corinth. 6. Sumus præter hæc Christi pusillus gressus, & ipse pastor noster est Ioann.

Lucæ. 12.

## Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 3

¶ ab hoc tamen sponso, ab hoc patre, ab  
hoc hero, ab hoc denique pastore per  
peccatum discessimus olim, & discedi-  
mus modo : quæ est calamitas nostra.

**Peccatum diuisio est humanæmē tis à Deo.**  
Peccatum igitur est id, quod auertit nos à  
Deo Esaia testante. 50. capit. iniquitates  
vestræ diuiserunt inter vos, & Deum ve-  
strum. Suggestione nanque sua, delecta-  
tione, consensu, & defensione, vehemen-  
ter nos à Deo abducit. Hec enim quatuor  
sunt quæ commemorat Gregorius. 4. mo-  
ra. lib. quibus quatuor nos impedit & præ-  
cipitat, quorum primum suggestio est,  
per cogitationem: post quam reliqua tria

**Primum in peccato est suggestio de ius rei Gene. cap. 3. paradigmā tibi præsto in cōsensus est. Cur, ait, Satan, præcepit vobis Deus tandem opus & peccati dē fēnsio.**  
vt non comedeleretis ex omni ligno para-  
disi? En tibi suggestionem. Post hæc sub-  
ditur, Vedit igitur mulier, quod esset bo-  
num lignum ad vescendum, & pulchrum  
œulis. Hoc delectatio peccati erat, & qđ  
additur tulit fructu illius, & comedit,  
ad peccandum denotat consensum, at o-  
pus comedendi, effectus ipse peccati fuit

rursum ex prohibito esu maculam proca-  
citer defenderunt: nam Adam sibi patro-  
cinia ferens, inquit, mulier quam dedisti  
mihi sociam, dedit mihi deligno & co-  
medi. Heua vero in serpēte in regessit cul-  
pam suam. Serpens, inquit, decepit me, &  
comedi. Hæc igitur sunt, quæ nos auer-  
tunt à Deo, & ab istis diuersa: quanquam  
illis secundum rationem suam similia  
nos ad Deum reducunt, atque conuer-  
tunt. Diuina nanque suggestio, delecta-  
gio dele-  
ctatio in di-  
uina iustitia, consensus liberi ar-  
bitrij ad parendum diuinis mandatis, de-  
cōsensus ad fenſio atque tutela conciliatæ diuinæ a-  
diuina, & de-  
fenſio qua-  
tuor sunt in quædam, quibus inclinatur & incum-  
quibus abſolu-  
luta ad Deū conuersio humanæ mentis, in Chri-  
conuersio ia-  
stum sponsum suum, filiorum Dei ad pa-  
cet.

trem cœlestem, & aliorum demum quæ  
iam à me denarrata sunt. Est autem sug-  
gestio ipsa cogitatio, quæ in mentem  
subit, quæ sanè & origo est cœlestium bo-

norum ( si bona est ) & æternæ miseriæ  
exordium si mala est. Quapropter in Sa-  
lomonis extat prouerbij capitulo quin-  
to. Fili audi sapientiam meam, vt custo-  
dias cogitationes. Et alibi, Omni custo-  
dia custodi cor tuum : ab illo enim pro-  
cedit vita. Cuius rei quoque typum. 2.  
Regum. 4. aduertimus in Is-boseth per-  
cuso lœtifica plaga in inguine, ab aduer-  
sarijs suis. Ipse quippe dormiebat su-  
per stratum suum meridie, & ostiaria do-  
mus purgans triticum obdormierat. Est  
autem ostiaria animæ nostræ ipsa ratio,  
quæ cogitationibus inuigilare debet : vt  
sensatas excipiatur, & stultas rejciatur. Istud  
enim est purgare frumenta. At vero si  
contraſiat, vt ratio quæ excubias actura  
erat, obdormiat, periret, Is-boseth ab ho-  
stibus suis interemptus : & spiritus noster  
à prauis cogitationibus irruentibus iugu-  
latur mystice, & interiit. Magna ergo cau-  
tela obſeruandæ sunt suggestiones hoc  
est cogitationes, siquidem ab illis proce-  
dit animi nostri vita & mors. Cæterum  
quod famulos Dei infestissime torquet  
cogitationum prauarum tumultus est:  
id quod torquere non debet, si liber con-  
ſensus abeat, citra quem suggestio ma-  
la nocet nihil. Et quod mireris vehemen-  
tius, neque delectatio ipsa. Est nanque  
plorunque post cogitationem, peccati  
latenter subrepens delectatio : quæ si li-  
bera non est, noxia non est : necessaria  
enim est. Fieri enim non potest quin ex  
visis rebus sensibilibus humanus sensus  
non afficiatur. Maledixit Dominus quon-  
dam terræ in opere hominis. Spinas, ait,  
& tribulos germinabit tibi. Id quod se-  
cundum spiritualem intellectum de car-  
ne ista putida (quam nobiscum gerimus)  
qui acceperit non ineptiet: quæ sanè no-  
bis spinosas cogitationes, quæ mentem  
nostram pungunt nunquam non sugge-  
rit, neque aliter sancti Dei, & iusti, spiritua-  
li pane, vesci possunt nisi subharum spi-  
narum labore, atque sudore: est autem spi-  
ritualis panis Dei amicitia. Est enim non  
mini-

Typus ex  
lib. regū ex  
ponitur,

Cogitationes  
magna cau-  
tela sunt ob-  
ſeruandæ.

Cogitatio  
mala & de-  
lectatio nī  
hil nocentia  
libere non  
sunt.

Sub spinis & tribulis pane spiri- tur live scuntur famuli Dei.

minimus labor, neque exiguis sudor, has spinas carnis nostræ ressecare, ne suo incremento fructum spiritus, suffocent Id quod adumbratum est in sacrificio illo Abrahæ Genesis decimo quinto. Quo celebrante, descendunt volucres super cœdauera sacrificanda, & abigebat illas Abraham. Ita propemodum in sacrificijs nostris quando mentes nostras, atque cogitatus Deo sacrificare contendimus, nos que toto*li* illi mancipare, descendunt volucres, quæ sunt volitantes cogitationes pessimæ interpellaturæ hoc spirituale sacrificium. At reperias fideles timoratos, qui anxiæ nimis ferunt conscientiam, suam, si cogitationibus istis assensum præbuerunt, an non hæsitantes, id quod discutere, cum non valeant, anxiæ valde sunt. Porro Aristoteles. 2. Rheticorum ex præteritis, coniectanda esse futura prudenter tradidit. Quam obrem tu ipse considera, post quam accesseris ad Dei seruitutem, anteactæ vitæ habeto rationem, quando scrupuli isti te diuexauerint: si consensisti inquam iniquæ cogitationi an non. Etenim si libidini venereæ admodum indulsti olim, at pœnitentem iam libidinosæ cogitationes modo à pœnitentia pulsant animum tuum, & tibi nō patet, illis repugnasse, verisimilius puta in causa quam geris dubia, te illis assensisse. Et sub hac cautela conscientia tua sacerdoti reregenda est. Itidemque de cæteris peccatis, decernendum erit. Etenim vetus consuetudo peccandi etiam post conversionem in Deum, non drepente euomititur: sed paulatim extenuanda est. Nam etiam si à peccato per gratiam Dei cesseretur, nunquam non instillat, peccati antiquus habitus cogitationes sibi proprias: cuius stillicidia famulis Dei molestia sunt, & sepe admodum noxia pœnitentibus. Vnde Salomon duo quædam paria existimat, & tecta perstillantia in tempore frigoris, siue tempore pluvio, & mulierem litigiosam. Proverbiorum. 27. Et enim concupiscentia carnis nostræ est

tanquam tectum perstillans iniquitatem, & est tanquam mulier rixosa: quæ nunquam non cessat a mouendis iurgijs, & temptationibus, aduersus hominis spiritum iam ad Deum conuersum, Paulo testante ad Galatas. 5.

¶ Porro cogitationum quædam sunt, que patentem habent malitiam suam: ut cogitationes turpes, perniciose, sacrilegæ,

Cogitationes num discri- men.

& id genus quæ non aggrediuntur nisi aperto marte, neque insidiatoriae sunt. Nam simul atque in nos irruunt, suum venenum produnt: quas quidem (diuina opitulante gratia) seruis Dei non est operosum reiçere. Sunt autem alia, quæ occultas insidias moliuntur, & sub specie recti fallunt: quarum typus est in Ioab Regis Davidis clarissimo duce. Qui. 2. Regum. lib. capitul. 20. Amasa sub amicitiæ colore tenens mentum manu dextera, quasi osculans eum, illius latus percussit gladio: & effudit intestina eius super terram. Legimus quoque lib. Regum. 13. Virum illum Dei circunuentum à falsidico propheta: qui mentitus est Angelum se vidisse Dei: viroque Dei credenti impo- suit, ut diuinum prætermitteret mandatum. Instar quorum falsidicæ sunt cogitationes mentis, quæ occulto marte nos inuidunt. Et quid est, quod vetera hæc commemoramus, quando & noua satis hoc ipsum admonent? Quid enim est diabolum post quadragenariam Christi esuriem verba illa dixisse, Si filius Dei es, dic ut lapides isti, panes fiant. Callide sane verbis subdolis istis, tanquam subtili quodam stratagemate, Christum est ad ortus Satanam. Sub operculo enim rei necessariæ, hoc est virtus Christum trahere in pessima, suam sententiam contendebat. Alimentum enim vitæ humanæ necessarium est. Quapropter diuus Paulus rem istam pacis complexus est verbis dicens, Satanam se transfigurare in Angelum lucis. Et enim istud est, quod hæreticis in usu est, sub religionis Christianæ colore, ipsam religionem euertere. Non enim diabo-

Typus ex lib. regum aduertedus.

Alter typus ex lib. reg. exponitur.

Stratagema ra versura diaboli sunt

pessima.

Documētū ex Aristotele obseruan- dum:

Vetus con- fuetudo pec- cati non fu- bit euomi- tur.

Concupis- cia stillat peccatum.

Diabolica  
impostura  
aduertenda.

Altera dia-  
bolica im-  
postura.

Malæ cogi-  
tationes du-  
plex, aut  
quæ pmut  
suam mali-  
ciam, aut quæ  
illæ celant.  
Esai. 59.

Ius magnos , & illustres sanctitate viros aut foeminas audet apertis aggredi insidijs: sed sub aureis inuolucris venena propinat. Lege collationes patrū & videbis quam sophisticis illos tentabat argumen- tis. Et non longe ab hac ètate à fide dignis relatum audiui, foeminam quandam moribus integerrimam fuisse, diu quoque Francisco deditissimam. At vero tentator ille, qui non cessat vias Domini rectas peruertere, sub D. Fracisci specie, & vultu, scemi næ se se ostétabat & familiari cù foemina colloquio coutebatur, tandemque scemi næ suspendium persuasit, certo illi firmās, necessarium esse, ut festinò ad vitam volaret æternam. Id quod à foeminæ familia ribus cum resciretur deceptam à diabolo clamant esse: quibus illa obfirmato animo respondit, se à Francisco accepisse suspendium, illi opportunum esse, Franciscum autem fallere non posse. Et ita demum quod animo firmarat, infelix ope- re compleuit. Et fuit Hispali paucis ab hinc annis hæreticus quidam, qui hære- ses suas, me præsente retractauit. Qui sci- citatus cur hæreses illas fouisset, respon- dit se deceptum fuisse tempore multo à Satana, qui sub specie Iesu Christi cruci- fixi, in penetralibus domus suæ apparens, illum docebat, quæ post modum ille pu- blicitus vomebat: quia Christum se habe- re do storem putabat. Et huius rei exem- pla innumera sunt, quæ si tibi vacauerit ab alijs collige. Sunt ergo duo suggestio-

num malarum genera, alterum apertum, alterum vero insidiosum. Primo tentan- tur ut plurimum vulgares peccatores, secundo vero qui sanctitate & virtuti- bus sunt insigniores. Quæ duo genera Psalmo. 90. distinguntur. A negotio (in- quir) perambulante in tenebris, & ab in- cursu & dæmonio meridianu. Tentationes occultæ negotia sunt per ambu- lantia in tenebris. Dæmon vero meridianus tentationes sunt perspicuae, & ma- nifestæ: in quas plæriique multis se scien- tes & volentes inuoluunt, & sub meri-

diana luce errant, & offendunt. Quos Esaias notat dicens, Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis atrectauimus: impeginus meridie, qua- si in tenebris. Istæ autem suggestiones, quas denarraui non sunt leuiter præter eundæ: sed paranda est illis antidotus, qua præseruati illarum venena non nos inficiant. Illud autem, quod in primis se offert est quod in Esdra. 4. capitulo legi- mus Iudeos postliminio reuersos restau- rando templo Domini operam dedisse & sanctissimo operi, impij Samaritanæ ob- strepebant, & restaurationem pertur- babant. Cæterum non propterea ab o- pere cessabantur. Imo reædificando tem- plum manu una, altera gladium tene- bant manu: ut simul & artifices essent, & milites agerent. Id quod typus est pœ- nitentium, qui per pœnitentiam suam collapsum per peccatum animatum tem- plum Dei restaurant. Cui restauratio- ni insidiantur cogitationes praux. At non propterea vacandum est ab ope- re Dei: imo exequenter oblistendum est Samaritis istis, illaque induere arma quæ Paulus fidelibus docet induenda E- phesijs scribens. capitulo sexto. Et pœ- nitentiæ opera præstare, simulque coe- lestem agere militiam: ne opprimamur incauti. Legimus quoque in Ecclesi- ste. capitulo decimo. Si spiritus potesta- tem habentis, ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima. Tunc autem spiritus patestatem habentis ascendit su- per nos, quando diabolus, cuius po- testas non habet æqualem super terram, nos infestare suis suggestionibus iniquis Iob. 41. tentat. Eoque infestante sapiens monet, ne deseramus stationem nostram, id est statum gratiæ pristinum, in quem nos diuina benignitas conduxit. Et quod ait, Quia curatio faciet cessare &c. nos ad- monet tentationes has, quas diximus, non temerè à Deo permitti, ut vexent nos. Sunt enim curatio, & medela hu- manæ

Typus ex  
Esdra mota  
duis.

Pœnitentia  
restaurat tem-  
plum Dei.

Tentatio*cu*  
rat humana*ā*  
infidelitatem manæ superbiæ. Quis enim non infole-  
sceret si viam Dei semel arreptam felici-  
cissimo cursu citra offendiculum pera-  
geret? Experire in Paulo, si mihi non cre-  
dis, qui ait. 2. ad Corinthios duodecimo.  
Et ne magnitudo reuelationum extollat  
me, datus est mihi stimulus carnis meæ.  
Non ergo fluctibus pessimarum cogita-  
tionum quasi permittimur à Deo, vt illis  
obruamur, & in profundum peccato-  
rum demergamur, sed vt certum nobis  
sit semper nos à Deo pendere, illiusque  
auxilia perpetuo imploranda esse. Et fi-  
lii Israel promissa hæreditas non conti-  
git, nisi per bella & pericula multa: quia  
non coronabitur nisi qui legitimè certa-  
uerit. Hæreditate quoque cœlesti (quam  
repromisit Deus diligentibus se) frui non  
dabitur, nisi cruento marte strenuè ad-  
uersus vitia pugnetur. Legimus quoque  
in lib. Iudicum. capitulo sexto. Gedeoni  
purganti frumenta Angelum adfuisse. Id  
quod exponente diuo Gregorio diui-  
num patrocinium ad futurum illi, qui co-  
gitationes malas à bonis secernit, illas  
repudiens, has verò admittens, deno-  
tat. Iussit autem angelus Gedeoni, vt  
carnes tolleret, & azymos panes, & po-  
neret supra petram: qui obediens ange-  
lo iussa compleuit. Extendit autem an-  
gelus Domini summitem virgæ, quam  
tenebat in manu, & tetigit carnes, & pa-  
nes azymos, ascenditque ignis de petra:  
& carnes, & azymos panes consumpsit.

Typus ex li-  
bro iudicii. Quæ quidem historia latenter habet  
mysticum sensum supra petram veram,  
qui Christus est prima ad Corinthios de-  
cimo, affectus nostros collocandos esse:  
mastrand. inibiique mastrandos. Et ignis Spiritus san-  
cti, qui ab hac est Petra, viri affectus hos,  
vt casto corde & corpore Deo placea-  
mus. Quapropter falsos illos vates Elias  
propheta in Carmelo supra petram oc-  
cidit. Id quod facile adumbrat quod mo-  
do dicebamus. Et in Psalmo. 13. 6. Bea-  
tus, docetur qui tenebit & allider paruu-  
los suos ad petram. Sunt autem paruu-

Affectus no-  
xi super pe-  
tra Christo  
mastrand.

3. Reg. 18. propheta in Carmelo supra petram oc-  
cidit. Id quod facile adumbrat quod mo-  
do dicebamus. Et in Psalmo. 13. 6. Bea-  
tus, docetur qui tenebit & allider paruu-  
los suos ad petram. Sunt autem paruu-

li isti, qui sunt paruuli non malitia, sed  
sensu: quales sunt affectus nostri corru-  
pti, qui allidendi sunt ad lapidem angu-  
larem, & pretiosum. Sed dicet aliquis, Apparens  
si tenebit, vt allidet? si allidet vt tenebit? collisio in  
verbis Psal-  
mi tollitur.  
At qui aliud est quod tenendum est, aliud  
quod allidendum est. Tenenda nanque  
est diuina gratia, & allidendi sunt cor-  
rupti affectus. Expende autem tria col-  
locata supra petram, & panes azymos,  
& carnes hedinas, & harum carnium  
ius. Sunt autem panes azymi illi, quos  
Paulus commemorat, qui non sunt com-  
misti fermento veteri nequitiae, sed azy-  
mis sunt synceritatis, & veritatis: qualia  
sunt sanctorum opera. Hedus autem in  
scripturis peccatum insinuat, propter e-  
ius male olientiam. Carnes ergo hedinae,  
atque iura, sordida est peccatorum farrago. Panes ergo azymos & carnes supra pe-  
tram iubet Angelus collocari: quia ope-  
ra sanctorum, & pœnitentium peccata  
super Christo sunt reponenda, hæc, vt  
allidianter, illa vt stabiliantur, utraque vt  
summitate virgæ tacta inflamentur. Est  
autem virga hæc diuina iustitia: quæ sa-  
nè tangit nos, siue sanctos, siue pecca-  
tores, tantisperdum in hoc seculo agi-  
mus, non plenè, sed summate dun-  
taxat. Etenim neque sancti interim dum  
in hoc seculo degunt, suorum laborum  
præmia perfectè reportat: neque pec-  
catores, quas debent referunt pœnas. I-  
mo horum pœnæ, & illorum ex spiritu  
sancto gaudia, vestigia quædam sunt, &  
futurorum malorum, aut bonorum exi-  
les umbras. Ceterum summa virgæ hu-  
ius inflammatoria est. Nanque pios in-  
flamat, & impios non nunquam. Pios  
nimis inflamat, & accedit: certo  
enim tenentes futura laborum suorum  
præmia, calcaria sibi adjiciunt, vt spon-  
te, & alaci animo ad illa capeſſenda  
currant, vt de Isachar. Genesis. 49. com-  
memoratur. Asinus (inquit) fortis accu-  
bans inter terminos, vidi quod requies-  
ceret bona, & terra optima & supposuit

Hedus quid  
in scriptura

Summitas  
diuinæ iusti-  
tiae nostrig  
agentes in  
hoc seculo.

# Dilucida. & decla. in Esai. Prophetam. 3

humorum suum ad portandum. Quos etiam supponunt famuli Dei ferenda diuinæ legi: quia à longè perfidem cernunt bonorum laborum gloriosum esse fructum. Id quod etiam & ille cernebat, qui aiebat, Quam dilecta tabernacula tua Domine, concupiscit, & deficit &c. quia merita nostra imparia sunt tantæ affe- quendæ beatitudini. Inflammatus quoque impios tactus huius virginis: impij siquidem terrore diuini supplicij concussi pecata deponunt: ex quo timore flammæ diuini amoris excutiunt. Etenim si ferum ex filice flammæ discutit, quid mi- rum erit si ex corde humano, diuina hæc <sup>virga (quæ fortior est omni ferro)</sup> ignem diuini amoris producat? Imple dixit va- tes ille facies eorum ignominia, & quæ- rent nomen tuum Domine.

Habes igitur antidotum quo malarum cogitationum possis depellere venenum. Dicebamus autem supra quatuor esseque discessum, aut diuersionem à Deo operan- tur, cogitationem, consensum prauū &c. totidemque esse, per quæ in Deum restau- randa est conuersio. Et conuersio, & auersionis huius initium esse cogitatio- nem tradidimus. Quapropter summope- re aiebamus cogitationes iniquas arcen- das esse, ne infigantur cordibus nostris: quod si infixas eas iam aspexerimus, sum- ma cura abigendas esse. Id quod Christi præsidio & gratia conandum est: citra quæ labor noster inanis erit. Tunc autem demum infiguntur, quando illas intra cor dis intima, per consensum excipimus.

Quod si per solum consensum à Deo au- vertimur non est tam difficilis conuersio, quam si consensum opere exequamur. Etenim morbo in principio, qui pharma- ca fert, citius ægrotum leuat: quam si diu- tius immoratus subueniat. Nam rectè admonuit ille, Principijs obsta. Nam serò medicina paratur, Cum longas mala obti- nuere moras.

Iam verò multa sunt sparsa in diuinis li- teris, quæ citam hanc conuersionem de-

bere esse suadent vehemente, & ex omnibus vnum proferre libet. Quodre- gius vates commemorat. Nisi conuer- si (inquit) fueritis, arcum suum vibrabit; Psal. 7. arcum suum tetendit, & paravit eum, Que celere & in eo paravit vasa mortis. Hæc enim conversione in Deum mo- sunt, quæ minatur Dominus ijs, qui con- uersionem suam à peccato suo in Deum remorantur. Est autem arcus militibus in ysu, ynde diuinam iustitiam insinuat. Arcubus enim vtuntur sagittarij, quibus aduersarios sibi eminus feriant. Rursum arcus ex duplii materia conflatur. Ha- bet enim lignum duriusculum, chordam verò molliorem, quæ duritiem ligni con- stringit. Ita propemodum diuina iustitia quæ seuera à peccatoribus reputatur diuina misericordia mollitudine detine- tur. Nihilominus tamen grauis est arcus iste, & exactissimus peccatorum vindex. Horrendum enim est, testante Paulo, in- cidere in manus Dei viuentis. In hoc ar- cu autem parantur vasa mortis. Est au- tem Hebraismus, vasa mortis, iacula leti- fera nuncupare. Eademque sunt vasa mortis, quæ mox subdit, Sagittas suas ar- dentibus effecit. Est enim sagittarijs in y- su, vt festinam mortem hostibus suis pa- rent, sagittarum spicula ardenti imbucre veneno, quod plagam tangens, præsen- taneam efficit mortem. Hæc ergo leti- fera iacula, istas venenatas sagittas, quan- diu peccatores hanc mortalem degunt vitam, quantumlibet obstinato persistant animo, non experiuntur. Minatur qui- dem hæc illis mala Deus: at vero expe- ctat patienter Dominus, dissimulans pec- cata hominum propter pœnitentiam. Tunc autem apprehendent illos mala hæc, quando corporibus depositis, in aliam commigraverint vitam. Tunc enim iaculis istis mortiferis, & sagittis diuinis ardentibus, æterno configentur. Sunt por- ro iacula hæc, atque sagittæ pœnæ sem- piternæ, quas damnati dabunt: vt nos vbe- rius prosecuti sumus in declama. ad capit. 23. Esiae. Quæ omnia huc sunt vocanda

in de-

Hebr. 11.  
Psal. 83.

Rom. 8.

Psal. 87.

Facilius est  
conuersio ex  
consensu ma-  
lo quam ex  
opere.

Hebr. 10.

Hebreis  
quid vasa  
denotent.

Peccatis in declamationem hanc. Inibi enim disseritatem ex-  
ditare nō ritur de peccati fæditate , cuius conside-  
re leuis est ve-  
gocij ad cō-  
versionem.

Typ\* exlib.  
iudicium ob-  
seruandus.

Obscurush  
floricus sen-  
sus exponi-  
tur.

Beatitudo  
in se aggre-  
gat omnia  
bona.  
Psal. 35.

in depeccatis in lib. Iudicum capitulo nono. Ioatham parabolam finxisse hanc, Audite me viri Sichem, Ierūt ligna, ut vngent super se regem, dixeruntque Oliveræ, Impera nobis. Quæ respondit, Nunquid possum deserere pinguedinem meam? Rursum dixerunt ligna ad arborem ficum, Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit, Nunquid possum desere dulcedinem meam? Præter hæc loquuta sunt ligna ad vitem, Veni & impera nobis. Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætitiat Deum, & homines? Tandem tot legationibus spretis, comitijs postremis conuerterunt omnia ligna, ad rhamnum, & dixerunt illi, Veni, & impera nobis. Quæ annuens petentium votis, legationem recepit. Quæ omnia tametsi secundum historicum sensum aliud sapient, quam secundum tropologicum: etenim historicos per oleam, Othonielem, per ficum Deborah, per vitem vero Gedeonem, per rhamnum vero Abimelech Hebræi intelligunt priores enim rogati ut præfissent regno noluerunt, Abimelech vero, etiam non rogatus regnum, ambiuit, hoc tamen prætermisso sensu, dixerim mortales omnes, qui à Deo discedunt instar sunt horum Sichimitarum. Omnes enim pinguedinem, & dulcedinem, & lætitiam omnium bonorum querunt: omnes enim beatitudinem amant, & miseriam fugiunt. Est autem beatitudo status, omnium bonorum aggregatione perfectus. Quapropter in beatitudine sola pinguedo est olearum, quia vniuersa congerit bona, est dulcedo ficuum, quia summam secum habet dulcedinem: habetque lætitiam vini, quia torrente voluptatis diuinæ potabuntur sancti, & in exultatione exultabunt. Hoc ergo est, quod vnicè appetunt mortales, ut pinguedo hæc, dulcedo, at-

que lætitia illis imperiet: hoc est omniū hominum commune desiderium. Omnia nanque bonum appetunt. Cæterum maximam hominum partem, vera beatitudo veraque bonorum pinguedo, dulcedo atque lætitia, fugit: nam mortales fuko falsorum honorū illecti in vera bona non leuant mentis aspectum. Quamobrem beatitudo vera homines ex maxima parte negligit, illosque ut otiosos, & inertes & sibi indignos, despiciatur. Propterea mortales miseri ad rhamnum se conuentunt idest veris fraudati bonis, siæta concupiscunt. Est autem rhamnus genus rubi odorati, ferentis rosas, infructifera tamen, ideò mysticè denotat vniuersa temporalia bona, quæ neglectis æternis peccatores sibi curiosè deligunt. Quæ vniuersa tametsi odorata & rosea sint, pulchritudine nanque sua homines inescant, & ad se rapiunt, cæterum instar dumi aculeata sunt, & spinosa, & mentem humanam vulnerant, atque pungunt. Quare salvator noster diuitias spinis contulit suffocantibus semen, quod est verbum Dei. Deseriti tamen peccatores à vera dulcedine, & pinguedine, quæ in vera diuini numinis notitia consistit, spinas istas querunt, & amant. Verum à rhamno hoc egredietur ignis, qui deuorabit peccatores à Deo auersos. Etenim illis facer vates minabatur dudum, Nisi cōuersi fueritis, arcum suum vibrauit, arcum suum tetendit, & in eo parauit vasa mortis. A Equum enim est, ut qui deserti sunt à diuina pinguedine, atq; dulcedine, & in ditionem rhamni vltro se transmiserunt, à rhamno quoq; protegantur, aut potius euertantur, & miserè deurantur. Rhamnus enim est ignis alimentum. Et demum, ut apertiores rem faciam, rhamnus hic, (qui peccatoribus omnibus imperiat) concupiscentia mundana est, quæ radix est omniū malorum. Omnibus nāq; iniquis hæc præ est tanquā regina, & quod de lingua Iacobus dixit. c. 3. Et lingua (inquit) ignis est, vniuersitas iniquitatis, quæ maculat totū corpus, & inflamat

Quid sit  
rhamnus.

Math. 13.

Ioan. 17.

## Dilucida. & decla.in Eſai. Prophetam. 3

**Concupiſcē rotam natuitatis nostræ.** Hoc concupiſtice mala deſcribuntur.

**Iaco. 1.** ſentia aptiſimè congruit: concupiſcen-  
tia enim tanquam ignis exardescit, & in-  
ſtam omnes affeſtus noſtros, ut à Deo  
auertantur. Vnusquisque enim à concupi-  
ſentia ſua tentatur abſtractus, & illeſtus.  
Deinde concupiſcentia cum conceperit  
parit peccatum, peccatum autem cum cō-  
ſummatum fuerit, generat mortem. Vnde  
reſtē ſcriptura commemorat, Egrediaſt ignis de rhamno, & deuoret cedros

**Iudicū. 9.** Libani. Etenim cōcupiſcentia hæc princi-  
pes ſeculi (qui tāquā cedri procerimē Li-  
banis ſunt) deuorat, in quos inuehitur Ioā.

**Rhamn⁹ ce-  
dros libani  
deuorat.** 12. Dilexerunt, ait, gloriam hominis, ma-  
gis quam gloriam Dei. Ne ergo ab hoc  
igne deuoremur proceritatem cedorum  
huius ſeculi despicemur oportet: quo-  
niā beati pauperes ſpiritu ipſorum em̄

**Matth. 6.** eſt regnum cœlorum. Tunc vero verè  
euademus letifera iacula Dei, ſi conuerſi  
fuerimus ad Dominum: extenſique diuini  
arcus vibratas ſagittas tunc non per-  
mefcemus. Rumpamus ergo moras, ut  
conuertamur ad Dominum. Etenim qui  
arcum hunc vibrat potentissimus eſt, ſa-  
gittandique peritissimus. Fieri enim  
non poteſt, quin collimet ſi iaciat. Non e-  
nim lippis oculis eſt, nō tremulas gerit ma-  
nus, ut ab ſcopo aberret: quippe intuetur

**Hebr. 14.** omnia, omniaque portat verbo virtutis  
ſuæ. Vis videre quā egregius collimator  
ſit ſagittarius hic, arcum quondam teten-  
dit hunc in præuaricatores angelos, & il-  
los iaculis mortiferis confixit, reſtantate Iu-  
da catholica epiftola: vinculis nanque æ-  
ternis ſub caligine reſeruauit. De ſagitta  
Ionathæ canebat Dauid lugubri carmi-  
ne nunquam rediſſe retrorsum, & de gla-  
dio Saul, non eſſe reuersum inanem. 2.

**x. Reg. 31.** Regum. 1. qui tamen alioqui occubueret  
in monte Gelboe. Quanto ſatius de diu-  
nis ſagittis eſt hoc affirmandum: quarum  
iactum quis diffugere poterit? Sagitte nā-  
q; potētis acutæ ſunt cū carbonibus deſo-  
latorijs. Non enim ſunt ſicut mūdanæ ſa-  
gittæ, quæ ſunt ſagittæ paruolorum. Par-

uuli nempe iaciētes ſagittas, infirmi & im-  
becilles cū ſint, neq; procul ſagittare va-  
lent, neq; prope ſolido ſagittant iactu. Et ta-  
les ſunt humani caſus, paruolorum videli-  
cer ſagittæ: quippe nocere modicum va-  
lent. At diuinarum ſagittarum horrendus Sagittæ diu-  
nus iactus, & velociter declinandus, quo ad  
licuerit. Nolite, ait, timere eos qui occi-  
idunt corpus: ſed potius timete eum, qui  
poſt quam occiderit corpus, animam po-  
tentere in gehennam. Porrò ſcificata  
ris, Ut igitur iactum potentissimi declina-  
bimus? Nempe declinabimus, ſi conuer-  
ſi fuerimus ad Dominū. Id quod prothe-  
ma noſtrum docuit. Conuertimini ſicut  
in profundū diſceſſeratis filij Iſrael. Diſ-  
ceſſimus, heu nos miſeros, in profundum  
malorum: non fuit pratum, quod non per-  
transiuit anima noſtra. Ut cum illo dice-  
re non pigeat, In fixi ſumus in profundō,  
& non eſt ſubſtantia. Vires enim adsunt  
ut inſigamur in profundō iſto: at ut a pro-  
fundō hoc eruamur, vires non ſuppetūt,  
niſi diuina præſto ſint præſidia. Orandum  
igitur eſt inſtatiſſimis precibus Dominus  
ne absorbeat nos profundū hoc: in quod  
peccando nos conieciimus. Tunc autem  
nos absorbet, quando corde lapideo, & à  
Deo aueroſo hinc ideſtab hoc cōmigratur  
ſeculo. Tunc demergit nos tempeſtas a-  
qua: tunc vrget ſuper inſelices peccato-  
res, obſtinatioſis desperatus puteus, os  
ſuum. A morte nanq; clauditur ianua cœ-  
leſtis aulæ, & nulla relinquitur veniæ ſpes  
Conuertimini igitur peccatores, qui in  
profundum peccatorū demerſi eſtiſ: & au-  
xiliatrices manus vobis præbebit Dñs, nā  
mihi dicite cur in profundō veſtræ iniqui-  
tatis obſtinato animo iacere libet? Vti-  
que ſi vobis ſuoluitis creaſta vniuersa, illa  
videbitis irrequieta eſſe, niſi in propria  
conuertantur loca. Nam grauiſ ſi centrū  
non petant, & leuia ſupremum non at-  
tigerint locum irrequieta ſunt. Cui accedat  
ſi piſces à gurgitibus quibus degunt a-  
quarum ſubduxes, ſi auiculas in erga-  
ſula conieceris, requiem non habent,

**Pſal. 63.**

¶ ad

**Deus egre-  
gius colli-  
mator eſt.**

ſit ſagittarius hic, arcum quondam teten-  
dit hunc in præuaricatores angelos, & il-  
los iaculis mortiferis confixit, reſtantate Iu-  
da catholica epiftola: vinculis nanque æ-  
ternis ſub caligine reſeruauit. De ſagitta

Ionathæ canebat Dauid lugubri carmi-  
ne nunquam rediſſe retrorsum, & de gla-  
dio Saul, non eſſe reuersum inanem. 2.

**Pſal. 63.**

Qui conu-  
titur ad Do-  
minum ſagittas  
Dei de-  
clinat.

Pſal. 63.

Obſtinatio  
ſeu impeni-  
tentiā puteo-  
desperatus.

Conuertimini igitur peccatores, qui in  
profundum peccatorū demerſi eſtiſ: & au-  
xiliatrices manus vobis præbebit Dñs, nā  
mihi dicite cur in profundō veſtræ iniqui-  
tatis obſtinato animo iacere libet? Vti-  
que ſi vobis ſuoluitis creaſta vniuersa, illa  
videbitis irrequieta eſſe, niſi in propria  
conuertantur loca. Nam grauiſ ſi centrū  
non petant, & leuia ſupremum non at-  
tigerint locum irrequieta ſunt. Cui accedat  
ſi piſces à gurgitibus quibus degunt a-  
quarum ſubduxes, ſi auiculas in erga-  
ſula conieceris, requiem non habent,

Egregia ad  
monito ad  
conuersione  
præſtā.

& ad propria, & sibi nativa cōmigrare loca contentiose gestiunt. Porrò autem Deus hominis proprius veluti locus est: quod igitur tranquillitatem sibi polliceri poterit homo, nisi adhuc cōuertatur locum, à quo ex peccato se auertit. Ideo ex cōuersione in nostrum natuum locum restituimur? Senties autem te, o homo, in locū tibi cōsentaneum rediſſe, si iam humana nō formidas, sed timorem tuum in Deum collocas: Si rursum amor mundi non iam te teneat, sed diuinus te vrget igniculus: si iam præter hæc non lasciuijs, aut bacchanalibus dissolueris, si omnia deniq; vt stercore ducis, vt Christum lucrifacias, tunc de-

Ad Phili. 3. Quæ sunt q̄ in cōuertitur p̄petratoris cōuersio nē in Deū.

imū vtcūq; sentire licebit te cōuertisse in Deum animum. Nam verò occinetis mihi forsan qui hæc legit, nullum esse fidelium, qui hoc non mecum sapiat, optimum esse ad Dominum conuerti. Verū ne hoc exequenter præstetur, sunt multa,

quæ interturbant: & tantum non solum differunt, imo tollunt bonum. Alius relapsus excusat, alius pœnitentiæ austera-tem, aliis peccatorum veterem consuetudinem, aliis voluptatem, aliis vilitatem peccati temporalē. Et demum unusquisque suum excogitat commentum, quo vel sic conuersionem suam ad Deū dilatet, obli-

Conuersionis ad Deū ac celeranda.

titus verbi illius, Conuertere ad Dominum & relinque peccata tua. Ecclesia. 17. & ali-

bi, Quodcunq; potest manus tua instanter operare Ecclesia. 9. Quibus adde, si conuerti ad Dominū moraris, quia relapsus times, quando ægrotas igitur, si tibi bellè sapere putas, noli accersere medicum, si

Timor rela plus, cōsuetudo pecca- ti, peccati voluntas, vtilitas tem poralis re zrahūt à pœ nitentia.

fortassis relapsum in morbum vereris. At accarate considera, te tui iuris esse ut relapsum possis cauere, si voles. Neque diuitia peccandi consuetudo te moretur: etenim quod diutius illam protraxeris, eò ve-

getiorem cōtra te paras hostem. Imo hoc te vehementius excitare debuisset, vt praua consuetudinem excuteres. Quis enim est, qui etsi diu pauperem vitam, & abiecat duxerit, nolit ad pinguiorem, & honoratiorem vitam prouehi? Quis tam

affuetus est vinculis, tenebris, & carceribus, qui ab ipsis extricari summopere non exoptet? Et demum, quæ excusatio, aut qui prætextus obtendi poterit, vt crea- tura præferatur creatori, & temporalia æter- nis? Id quod sanè admittunt iij, qui conuer- ti ad Dominum respuunt. Conuercionis autem formā præmonuerūt (vt diximus) & Tobias, & Iоel. Ille enim aiebat, Cōuer- timini itaq; peccatores, & facite iustitiā coram Deo: hic vero, Cōuertimini ad me in toto corde vestro, in iejunio, & fletu, & plāctu. Tobias enim cōuercionē peccato- ris internā & intimā tradit: Iоel vero etiā externā docet. Namq; iustitiā facere corā Deo, prora est & puppis humanæ iustifi- cationis. Sunt enim plæriq; qui iustitiæ in cūbunt non corā Deo, sed corā homini- bus: qui à cōuercione hac admodū abhor- rent. Est autem iustitia testante Aristo. 5. Prora & Ethico. æqualitas quedā: est enim nemine puppis hu- mante iusti- lādere, & ius vnicuiq; tribuere suū. Cum ficationis, ergo homo se æquabilem corā Deo præ- stat, iustitiā operatur coram Deo. Tūc ve- ro se æquabilem præstat, quando diuinis mandatis morigerus est. Feci, inquit, iudi- cium & iustitiā (aiebat psalmographus) non tradas me calūniantibus me. Etenim huiusmodi iudicium, atq; iustitiā, et si diui- næ gratiæ sit exhibere, est quoque arbitrij nostri, vt vindex sit de semetipso aduersus semetipsum homo: vt id, quod per iniqū cōfensem admisit, per æquū dissensum di- mittat, ei ciatq; ancillā, & filiū eius de do- mos sua. Nō erit em̄ hæres filius ancille, cū Locus ex l. filio libera. Hæc est em̄ vera iustitia corā Gen. 21. ex ponit tre Deo. Est autem ancilla hæc, carnis cōcupiscē pologicē. tia, q̄ & si hominū feruēs libido sibi in regi- nā instituit, at vero eius natura seruilis est: siquidē caro inferior est spiritu, & sensus ratione est ignobilior. Furit tamen serua hæc, & blanditijs nonnūquam, terroribus q̄; aliquādo deprimit Dñm suū, & à legiti- mo imperio & dominio deturbat. Hincq; peccator auertiū à Deo: id quod iniustitiæ summae est. Quā iniustiam, si corrigere cupis, (vt corriger oportet) diuinum ora

## Dilucida. & decla.in Eſai Prophetam. 31

**Gen. 21.** culum obserua, Eiже ancillam & filium eius: vt Sara olim eiecit Agar, & Iſmael prolem eius. Est autem proles concupiscentiae, omnis corruptus affectus, siue is inuidiae sit, siue is irae sit, seu demum qui vis alter, qui à rationis recto tramite exorbitat. Hæc igitur est tota humanæ iustificationis mentis, hanc ejcere ancillam & filium eius: hic labor, hic opus est. Cæterū (quæ est nostra calamitas) hanc ejcere ancillam tanti perdum huic corporeo mancipiam ergastulo, non valemus, neq; ini quam eius Sobolem excutere, Paulo hoc ipsum claniāte Romanis scribente, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, & alia multa quæ capit. 7. in hanc rem testatur: quæ idētiderū idem testantur. Ut ergo faciemus iustitiam coram Deo, si istud est iustificatio coram Deo, hanc expellere ancillam, cum sobole eiusdem? Atvero si ejici prorsus non potest, sedulo curandum est, ab illa abhorre

**In carnē viuere & non secundū carnis legē.** An gelicū est. repro nostra virium portione. Scimus enim in carne viuere, & non secundum leges carnis, Angelicum esse potius quā angelicum est. Concupiscentiae igitur cōtubernia effugere non possumus, quia induiti in

**Ad Hebr. 5.** firmitate sumus. Porrò illius amicitia declinare Dei ope possumus. Hoc est demum ancillam hanc ejcere, id est concupiscentiae corruptæ affectus declinare, ut cum beato Zacharia hymnidicas possimus resonare laudes. In sanctitate, ait, & iustitia corā ipso omnibus nostris. At idē sunt hæc duo & sanctitas, & iustitia: nam qui iustus est coram Deo, hic itidem sanctus est. Hæc enim est voluntas Dei sanctificationis vestra. 1. ad Thessa. 4. Nisi quod iustus ēo dicendus est homo, quia ad libellā diuinam id est diuinis præceptis se morigerum præstat. Ut paries iuste is est fabricatus, qui ad libellam plumbeam ve reglam fabricatus est. Sanctus vero propterea appellandus est fidelis, quia ab immundis segregatus est affectionibus. Nā sanctus, mundus est, & qui carnis detersas habet fordes. Ideo qui iustus est coram Deo, hic

**Quid inter est in sanctum & iustum.** Quod iustus est in sanctum, & iustum. Et iustum est in sanctum. Appellandus est fidelis, quia ab immundis segregatus est affectionibus. Nā sanctus, mundus est, & qui carnis detersas habet fordes. Ideo qui iustus est coram Deo, hic

quoq; sanctus est. Nā qui explet Dei præcepta, fordes carnis non habet quanq; sanitonia hoc nomine à iustitia differt, qđ hæc respectū habet ad alterū, est em iustitia æqualitas quedam. 5. Ethico. at sanitonia non hoc, sed morum in corruptionem præfert. Istis quoq; si accesserit id quod apud omnes est protritum clariora euident quæ proposuimus hoc est iustitiam differre non nihil à sanctitate tametsi re sibi consentiūt. Est autem obseruandum, iustitiae opus esse rebellem serum, & cōtumacem verberibus quatere. Nam seruo (ait sapientissimus ille) maleuolo tortura, & compedes: mitte illum in operationem ne vacet. Et præmiserat pau**Ecclesi. 33.** lo ante hæc, Iugum, & lorum curuant colum durum, & serum inclinant operaciones assidue. Quapropter palam est nostrā concupiscentiam (quæ ex natura serua est) infrænare, iustitiae esse munus. Hac nanq; ancilla indomita, ut in Deum conuertaris impossibile ducito. Domuerunt ancillam hanc clarissimi olim philosophi, quorum gesta si legimus usque admiraculum extollimus: & fecerunt sanè iustitiam, at non coram Deo. Hoc enim est quod summo venandum est studio, ut nostra opera grata sint Deo. Et hoc demū est, quod nobis ipsa donat conuersio, & multi negotij sane hæc in Deum conuersio est. Nā que blandimenta carnis ab illa nos auertūt, & ab illa mundanæ abstrahūt pompæ, & ab illa diabolica deniq; vaframēta nos abducunt. Nū exiguū tibi videbit, à tot & tatis eripi hostibus? At bono animo esto, poterior est Deus, qui te, ut cōuertaris vocat, & hæc vocatio dñi poterior est qđ cætera vniuersa, quæ te à Deo auocant. Ad hæc tecū ipse pēde maiori hōi emolumēto esse conuersionē ad Deū, qđ auersionē à Deo. Et m̄ si carnis iuuat sectari delicias, maiores spīritus sunt deliciæ quāto præstāt veræ falsis etorū æquas delicijs, & æternæ temporalibus. Et ut nihil te retrahat: ne cōuertaris ad Dñm aspice quod si mundanæ te pelliciunt pompæ, id quod visibiliū rerū videtur honestissimū memi-

Nisi concu  
piscētia car  
nis dome  
tur ad Deū  
nulla exta  
bit conuer  
sio.

Nihil habet  
mundus qđ  
honoris an  
torū æquas

meminisse oportebit, nimis honoratos es  
Psal. 138. se Dei amicos. Sancti enim iudicabunt na-  
tiones, cui honori, nihil quanlibet magni-  
ficientissimum poterit donare mundanus  
Sapien. 3. fastus, quod illi æquetur. Quod si deniq;  
vaframentis teneris diabolicis, nisi cōuer-  
taris ad Dominum, ab illis perpetuo non  
extricaberis. Audi hoc docentem Paulū  
poste. ad Cor. 3. Cum autem conuersi sue-  
rint ad Dominum, tunc auferetur ve-  
lamen. Quid autem aliud obsecro velamen  
hoc est, quam diabolica fallacia, qua de-  
tentí peccatores pereunt? Animos ergo  
ad Dominum conuertimus si pœnitidine  
illum iustificamus, & sanctimonia illū  
ornamus. At vero nō sat est in animo gra-  
dum figere: quoniam Iоel clamat, Con-  
uertimini ad me in toto corde vestro: in-  
ieiunio, fletu, & planctu. Quæ tria cum ex-  
terna sint, etiam conuersionem secundum  
exteriorem hominem admonent. Quæ  
tunc vera interioris conuersionis indicia  
erunt, quando renouata mente in sanctita-  
te, & iustitia coram Deo viuimus. Est au-  
tem ieunium (quod libidinem & gastris  
marginam refrenat) indiculum, animā no-  
stram à carnalibus desiderijs ad spiritualia  
conuersam esse, denotās. Militat enim ie-  
unium contra carnis concupiscentiam.

Exodi. 34. Proptereaq; aptum reddidit Mosem cœ-  
Danie. 1. lesti colloquio, & Danielem idoneū, qui  
Prophetico imbueretur spiritu. Etenim  
Ieunij insi-  
gnes ppric-  
tates. cum carnis concupiscentia pugnet aduersus spiritum, vt equus indomitus aduersus infidentem: ieuniumq; hunc equum do-  
mat, vegetorem, & fortiorum spiritū red-  
dit, vt carnem sibi minori negotio sub-  
dat. Dicit porrò Ioan. Omne quod est in  
mundo, aut est concupiscentia carnis, aut  
oculorum, aut superbia vitæ. Carnis con-  
cupiscentiam, vt diximus, ieuniū purgat:  
concupiscentiam oculorū, fletus est, qui  
abstergit: superbiam verò vitæ planctus  
est qui reformat. Est autem vitæ superbia  
illa, quam graphice descripsit Esaias capi-  
tulo. 3. sub persona filiarum Sion in hæc  
verba. Eleuatæ sunt filiæ Sion & ambula-

uerunt extento collo: & nutibus oculo-  
rum ibant, & plaudebant: ambulabant, &  
pedibus suis composito gradu incedebat.  
Sunt nanque hæc superbi symbola animi.  
Planctus autem vehemens quidam fle-  
tus est. Nihil enim est, quod tantis lamen-  
tis prosequendum sit, quā insolentia men-  
tis nostræ, quæ adeò petulans est ut sea  
Deo auertere audeat: & conuertere re-  
nuat. Imo nihil esset in operibus nostris  
dignum lachrymis, & planctu, si à Deo  
opera nostra nō nō nos auerterent. In san-  
ctis scripturis sanctorum pro peccatis suis  
& aliorū lachrymas nō semel legimus. Da-  
uidicas enim quis ignorat lachrymas? Hie  
remiæ quoq; vberes fletus Threnorum.  
lib. indicat & Iоel. 1. cap. Plange quasi vir-  
go amicta facco, super virum paupertatis  
tuæ: id est grauissimum accipite fletum ò  
fideles. Quos virginibus cōculit Paulus di-  
cens, Despondi enim vos vni viro, virgi-  
nem castam exhibere Christo. Accipite  
ergo fletum, & induimini facco. Est autē Sac He-  
saccus Hebræis, sac, quæ vox lugubrē aut latinis &  
pullam vestem, quam in suorū funeribus pullā signifi-  
cat veletem.  
Iudæi accipiebant, significat. Propterea  
hortatur, vt saccum induant super virum  
paupertatis suæ. Solent enim mulieres mi-  
serabilibus lamentis viros optimos, quos  
in coniuges aliquando habuerunt vberri-  
mè flere, quia à vita discesserunt. Ad quæ  
modum Iоel, nostram in Deum cōuersio-  
nem format. Est enim Christus, velut ispo-  
sus vnicus paupertatis nostræ. Etenim in  
baptismatis sacro fonte, animam rationa-  
lem tanquam virginem sponsam, pudico-  
sibi copulauit amore. Quæ tamen alioqui  
paupercula est: quippe quæ peccatis obno-  
xia est, virtutibus destituta, carnisq; infir-  
mitate tandem depressa. Cuius miserabi-  
lem pauperiem, & torpentes sordes si-  
quis nosse cupit legat Ezechielē affatim  
hæc denarrantem capitulo. 13. & nos ali-  
bilongiusculè prosequuti sumus. Hanc  
ergo pauperculam & fordentem ani-  
mam, pulcherimus & optimus sponsus  
in sponsam sibi feligens, rectè dicēdus est  
sponsus

## Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 31

sponsus paupertatis nostræ. Non enim duxit in sponsam Christus locupletem rationalem animam, aut pulcherimam, vt diccas sponsum diuitiarum nostrarum, imo potius sponsus est pauperimæ animæ nostræ: quam ipse eò ascivit in sponsam, vt pauperie deposita, thesauris illam ditaret opimis. Porro quando crimen anima admittit, hunc sponsum paupertatis suæ mittit. Plange igitur ò paupertina virgo, plan ge, ò fidelis anima, faccum inde, cili- cium tibi cinge, quia amisisti virum paupertatis tuæ, quia eximum sponsum neglexisti Christum. Sivxores largissimis

**Notāda col** lachrymis optimos cōiuges, iam vita fun-  
ctos plangunt, eo quod charissimo conto-

rati viduatæ sunt: quidquod tu plangas, ò fidelis anima, quæ spiritus tui contoralem Christum, à te temerè depulisti, & fornicata es cum amatoribus tuis? Quas obsecro putabis pullas tibi idoneas esse vestes, quæ tantam protestentur calamitatem? Cæterum has non exigit à te hic spōsus: sed vt conuertaris & viuas. Conuertimini igitur peccatores qui in profundū peccatorum iam discesseratis, quoniā Do minus multus est ad ignoscendum, & præstabilis est super malitia. Nulla sit vobis subducēda ratio, quod multas cumulastis aduersus Deum offensas, modo penes vos ratio sit conuertendi ad Deum: facite iam iustitiam, qui operarij fuistis iniquitatis. Credite, certissima fide si conuertamini in Deum, facturum De uobiscum suam misericordiā, vt Tobias dixit. Tu lege declamationem nostram de pœnitentia ad cap. Esa. 4. & de diuina misericordia ad caput. 14. Duo igitur vt semel dixerim persequuti haec tenus sumus: & quod diuinis cōstringimur iussis, vt ad Dominum con-

**Conuersio** ad Deū du-  
plex & ani-  
mi & corpo-  
ris.

uertamur, & quod conuersio non solū il- la, quæ alta reponitur mente (quādo corde cōtrito & humiliato prædicti sumus) Deo placida est, quin etiam quæ hominem exteriorem ornat, & componit, quæ est in ieunio carnis, fletu, & plāctu, cæterisq; carnis macerationibus. Porro hæc, quæ exte-

riorem pronunciaui conuersionem, moderandam, & restringendam scriptura docet in Typo illo, cuius nos iam mentionē hac ipsa declamatione fecimus. Eiicitur enim Agar cum sobole, desertum petitura, at panis, & aqua scapulis imponitur. Genesi. 21.  
Caro est  
maceranda  
sed modera  
tē.

Quid ita? quippe si fundens lachrymas, si ieunans, si plangens vitæ pristinæ errata te afflixeris, memento, ne quid nimis: me mento rursum id quod Ecclesiasticus liber obseruat. 33. Cibaria, & virga, & onus asino, panis, & disciplina, & opus seruo. Si peccata doles, dole quantum vales, at si illa lachrymaris, si peregrinaris, si orationem fundis si lectioni vacas, si flagellis tuis nō parcis, modum tene: caro nanq; infirma est, & aliud est macerare corpus, aliud occidere. Neq; asino, aut seruo onus impo- nendum est, quod ipsum ad terram usque deprimat, sed quod æquabiliter ferat. Porro diuina sapientia omnia disponit suauiter, & vnicuique pro suæ naturæ consultit modulo, cur ergo tua prudentia, diuinam non æmulatur prudentiam vt tibi consulas, iuxta rationem tuam, iuxtaque pen- sum tuum, vt infirmæ carni non alliges oneragrauia, & importabilia? In sacrificijs diuinis quondam, iubente Deo, sal miscebat, quia oportebat rationabile esse sacrificium nostrum. At verò ait aliquis ieunandi vires non ad sunt, lachrymis fundēdis oculi sunt præduri. Quid ergo, conuer- sio non erit, si hæc desiderantur? Absit fra- ter procul à te istæ cogitatio, vnum est, quod sciueris, quod nullus est qui præsta- re non potest, cordis inquā conuersio: vt id, inquam, quod male placuit aliquando, semper benè displiceat. Quapropter qui peccata non dolet, impotentiam non do- lendi non prætexat. Mendax nanque est hic prætextus. Nihil enim tam est in arbi- trij nostri facultate, quam ipsa voluntas: vt scitè Augustinus docuit. At vero cætera alia, quæ exteriora sunt plærunq; iuris no- stri non sunt. Hominem reperias, qui sic- cis oculis parentum funera cernet, alium qui ieunandi impotens est, aut quia senio confectus

Cap. 3.  
Diuina pra-  
dæcia suau-  
ter cuncta  
moderatur,  
ita & nos  
oportet æ-  
quabilēha-  
bere mode-  
rationem.

Leui. 2.

Lachrymæ  
exteriores  
non sunt ne-  
cessariae co-  
nversioni.

Interiora  
nostri sunt  
iuris, exte-  
riora non  
item.

confectus

confectus est, aut quia stomacho imbecilio est, aut ob alias quas superuacaneū est recensere causas. Alius in eleemosynas in cumbere nequit: nam qui stipem petit, ut stipem erogabit? Hos ergo, nullum comprimit ius, ut ea exhibeant, quæ non valent. At si lachrymarum fonte prolui nequis, animi valido dolore, lachrymas compensa tuas, si ieunia carnis ferre nequis, accipe spiritus ieunia, ut à vitijs abstineas, si eleemosynā dispergere pauperibus nō vales, tibi illam porrigitō, ut miserearis animæ tuæ placens Deo. Scio tamē, ut hoc istis quoque accedat, plærosqué friuolos, & inanes colores obtendentes, ieunia, & eleemosynas non exercere. Quibus illud Pauli occine, Nolite errare, Deus non iridetur. Sunt enim qui nobilitatis insigne esse ducunt, si quadragenariā fidelibus celebrem quotannis parsimoniam violent, nulla tamen viridagant, urgente causa, nisi quod proceres seculi sunt, & à multis reverentur, & timentur. At qui quod di-

cere cœperam iam rursum repeto, Deus non irridetur. At qui sapientissimè ille dixit, leges esse instar aranæ telarum. Namque istis si inciderit musca irretitur & suspenditur, sin vero lapis inciderit tela perforatur. Instar cuius, si debiles violat iura Dei aut Ecclesiæ mūdus perstrepit totus, atsi potentes, tacent omnes, nemo est qui accuset. Soluite igitur, ut semel dicā, o peccatores moras cōuertendi ad Dominum nam dilatio damnum habet, & mora periculum. Quis enim tam iners, qui morbū (quo acriter premitur) letalem non curat, quanto oxyus potest depellere? quis tam vecors, qui hostē sibi immanissimum à se abigere negligit? at quis letalior criminis morbus, quis truculentior hostis, qui animam, æterno perdit & corpus. Conuertimini ergo peccatores qui in profundum malorum discesseratis. Ethicē vestra conuersio etiam si grauis & onerosa videbitur vobis, vitam tamen illam cœlestem vobis pariet, quam. &c.

Ad Gala. 6.  
Potentes se  
culi ieiania  
Ecclesiæ sa  
pè nō amāt  
& temerè  
violent.

Finis Libri Quarti.

DILUCIDATIO  
NUM ET DECLAMA-  
tionum tropologi.in Esaiam  
Prophetam.

L I B E R Q V I N T V S.

Dilucidatio in Caput trigesimum secundum Esaiæ.



**E**CCE.<sup>a</sup>) Quāquā Hebræo-  
rum sequaces de Ezechiā re-  
ge hoc intellectum velint  
caput: mea tamen sententia  
mediocritatem temporum  
Ezechiæ regis, & ipsam Ezechiæ personā  
huius ca. verba,  
& contextus fa- **E C C E**, in iusti-  
cile superant.

De Christo  
Dominō va-  
ticiinum.

Quām obrem mihi videor de Christo do-  
mino (qui est rex regum, & Dominus do-  
minantium) intellectum iri, siquidē Mes-  
siana futurum regem oracula diuina lon-  
gè ante Christi natalia secundum carnē,  
præciuinere quale illud est quod extat a-  
pud Zacha. 9. Ecce rex tuus tibi venit mā-  
suetus: & apud Lucā. c. 1. Regnabit in do-  
mo Iacob, & regni eius non erit finis. Hu-  
ius ergo sempiterni regni conditions de-  
scribit vates noster: & ait, *Ecce in iustitia re-  
gnabit rex: quasi dicat apertius non in ty-  
rannide, sed in iustitia regnabit rex hic,*  
quem describere curio:nam per iustitiam,  
non humanam, sed diuinam regnat Chri-  
stus. Iustum enim est ut qui Deus est se-  
cundum naturam suam omnibus imperi-  
tet: æquum quoque est ut Christus quaten-  
us homo est, & nō solum quia Deus est  
super omnes homines regnet. Nā quos  
sanguine suo à potestate principis tyran-  
nissimi diaboli subtraxit, & transtulit in  
regnum dilectionis suæ iure æquissimo  
in seruos habet: legenda tibi est declama-  
tio nostra ad cap. Esaiæ. 5. Operæ autem

pretium me facturum arbitror, ut dignis-  
fimi & iustissimi regni conditions ex-  
ponam, ut vel inde perspicuum sit vni-  
uersi, quanta Christi regni maiestas, at-  
que sublimitas sit. Esta autem regni iusti pri-  
ma conditio, ut sine violentia, sine frau-  
dibus paretur. **T**ale est Chri-  
sti regnū, quod ipse acquisiuit sibi nulli iniuriam faciens,  
nullum violentia trahens, neminem frau-  
de circunueniens, imo contra ipse op-  
probria, calumnias, & fraudes æquo fe-  
rens animo, tandemque crucis suppli-  
cio iniuste addictus, hoc sibi parauit re-  
gnum. **Q**ui enim poterat sola potentia  
Satanam superare, noluit, nisi ex iustitiæ  
exactissimo libramine seruato. Consu-  
le (si tibi hæc cordi sunt) declamationem  
nostram ad caput. Esaiæ. 2. de insigni  
Crucis tropheo. Secunda autem iusti-  
gni conditio hæc est, ut multa antiquita-  
te sit gloriosum. Antiquitas nanque re-  
gni est insigne ornamentum. **Q**uo enim  
antiquius est, eò firmiores habebit iactas  
radices. Noua enim regna, quia ex no-  
uitate sua inuidiam concitant, & odium  
ut Aristoteles testatur. 2. Rhetorico. capi-  
tu. 1 o. propterea ut plurimum infirmiora  
sunt. Vniuersa nanque à primo exortu nō  
tam præstant viribus, quam si ex tempo-  
ris progressu amplius solidentur: ut viuen-  
tia omnia dubio procul tibi demōstrant.  
Imbecilla nanque nascuntur ut cernimus,  
at sen-

at sensim roborantur, & augescunt. Quare apud plebem magni fiunt maiorum stem mata & gloria, atq; diuitiae. At vero Christi regno nullum antiquius quod catholica est Ecclesia. Et antequam regna essent in orbe, iam Christi extabat regnum. Et enim nascente mundo, Ecclesia Christi sua prima cepit exordia: nam in Abel primo iusto, hoc Christi regnum primordia habuit. At hæcitas cur in Abel Ecclesia Deisua accepit initia siquidem Adam pater eius iustus imo iustior conditus fuit, quam Abel. Hic enim primitiva originalis culpe labe foedatus fuit, etiam à materno suo conceptu, Adam vero minimè. Dixerim huic dubio Abel à concepta semel iustitia, non lapsu in fuisse, fuit enim Abel iustificatus à Deo ab originali labore, siue ex sacrificio, siue ex quo quis alio lustrorio: Adam vero à primitiva iustitia in qua conditus fuerat defecit. Quamobrem Abel, in numero iustorum primus recessetur, Adam vero ab iustorum expungitur albo. Quippe ab Adam omnis humana cœpit in iustitia, etiam si ipse peccata sua planxerit, & diuinam sua pœnitudine amicitiam reparauerit. Sapient. 10. de Dei sapientia traditur, quod eduxerit primum hominem à delicto. Cæterū Adam non primum iustum sed primum peccatorem fuisse diuinis traditur eloquijs, ad Romanos capitul. 5. Abel verò primus iustus Matthæi. 23. appellatur. Hoc igitur regnum Iesu Christi antiquitatis honore cunctis præferendum est, quod in Abel initium est, dein vero per cæteros iustos, atq; sanctos deriuatum est. ¶ Rursum regni gloriam auget filatè pateat eius imperium, & in varias se effundat nationes eius ampliudo. Quale fuit Assyriorum regnum quondam, quod. 127. prouincijs distendebatur: quale itidem fuit, & Romanorum Imperium, quod tanquam œcumenicum & generalissimum toto orbe micabat. Et Sathon hoc nō siluit nā Prouerbiorū. 14. huic rei attestatur dicens, In multitudine populi dignitas regis. Sed regni vniuersa-

Adā iustior  
fuit creatus  
quam filius  
fuis Abel.

Matth. 23.  
Obserua di  
solutionem  
huiusdubij.

3. Condicio  
regni iusti.

Hester. 1.

Chri regnū  
œcumeni  
cum.

litate, & imperij dilatatione Christi regnum omnibus præeminet regnis, ut psalmographus præcivit. Dominabitur, inquit, à mari ad mare, à flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Quanquam terminos hos omnes transcendit Christi imperium: nam in nomine Iesu, omne genu fle Ad Phil. 3. stendum est, & cœlestium, & terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confitebitur tandem quod Dominus noster Iesus Christus, est in gloria Deipatris.

¶ Est præterea eximus regni decors sapientia. Melior nanque est sapientia, quam fortitudo. Sapientia nanque munus est, in præstitutos, rebusque consentaneos deducere fines, subditisque imperare, citra eorum molestiam. Quapropter multa corruerūt haec tenus regna, quippe citra sapientiam disponebantur. Et Platonis extat no

Principes à  
teneris unguiculis  
sunt imbue  
di sanctis dī  
sciplinis.

præclarissimus Philosopherus ille quanti referebat supremum reipublicæ moderatorem, ut illam incolument seruet, & augeat sapientia prædictum esse. Et libr. 3. Reg. capitulo. 12. perspicue 2. Paral. 10.

docetur, sub Roboam regnum Israëliticum discissum esse: quia ille sapientibus Salomonis patris sui consiliarijs, non acquieuit. Et hoc genus non solum sacræ, quin etiam, & prophæ historiæ, varijs abundant exemplis. At verò Christi regnum, quippe ab ipso qui est sapientia æterni patris, moderatur, ordinatissimum est. Cuius ordinem mirabilem, aciei ordinatissimæ castrorū scripture cōfert. Et diuus Dionysius libr. de cœlesti hierarchia, do Canti. 6. cte compositus: quite docebit, quanta sit huius regni Christi mirabilis dispositio, atque cœlestis compositio. Et Paulus scribens Ephesijs capitulo. 4. eundem ordinem non suppressit. Ipse, ait, dedit quo- dam

Psalm. 71.

Eccle. 9.

4. Condicio  
regni iusti,

Principes à  
teneris unguiculis  
sunt imbue  
di sanctis dī  
sciplinis.

Paral. 10.

Canti. 6.

# Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam. 32

dam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euāgelistas, alios autē pastores, & doctores, ad consummationem sanctorū. Id quodiam in Epistola. 1.

Quinta cōditio regni iusti. ad Corin. c. 12. cōmemorauerat. Rursum quod stabilia regna seruat & ne collabantur veluti manu tenet, regni consensus, & concordia est. Omne nanq; regnum in se diuīsum desolabitur. Lucæ. 11. Et nōbilis historiographus Salustius in Catilina, idē

Regnū chriſti maxime cōcōrſ est. sapuit. Concordia(inquit) paruæ res creſcunt: discordia maximæ dilabuntur. At qui regnū Iesu Christi in charitatis vniōne ſirmatur, nullamq; diuisionem admittit, vt huius regni eximius procurator Paulus ſuos Corinthios ad huius regni vnitatem hortatur dicens, Obsecro vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchismata: ſitis autem perfecti in eodem ſenu, & in eadem ſcientia. Et ad Epheseos. 3. huius regni fundamenta, atque radices, charitatem Dei, & proximi eſſe voluit. In charitate, ait, radicati, & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus sanctis. Et in' gestis Apostolicis capit. 4. quando regnum hoc (quod prius latuerat) iam ſe promebat in lucem, credentium (inquit Lucas) erat cor vnum, & anima vna. Et in Hierem. 32. longè ante prædictum erat, Dabo eis cor vnum, &

6. Cōditio regni iusti. viam vñā. Quæ vñitas regno Christi, ſem piternam pollicetur durationem. Hincq; pacem regno eſſe neceſſariam cum exteriis nationibus etiam reſultat. Vnde & Salomonicum regnum gloria nimia refuſit: quia neq; intestinis, neque extimis bellis diſturbatum fuit. 3. Regum. 4. Christi verò regnum multo maiori pace abūdat, quam vniuersa téporalia regna. Ipſe enim qui præſt huic regno Christus eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum ad Ephe. 2. Esias capitulo. 3. Huius regni pacem noſtans, ait, Non leuabit gens contra gétem gladiū, neq; exercebuntur vltra ad præliū. Et hoc ipſo. c. & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fi-

duciae: & in requie opulenta. Quæ autem aut qualis hæc pax regni Christi ſit, in dilucidatione ad.c.3. Esia ē memini me vberimè dixiffe. Eſt præter hæc & regno ſufficientia opum neceſſaria. Regno autem

Christi ſunt diuītiae illæ, quas Psal. cōmemorat, Gloria, & diuītiae in domo eius. Veſtæ nanq; diuītiae animi ſunt eximiæ virtutes, quas ſecum ipſe gerit, vt in æternum diues fiat Bernardo teſtante. Neq; ſolum

8. Cōditio regni iusti. opes quin etiam & fortitudo viriū regni neceſſaria eſt, que & arcere & abigere hoſtes valeat: qua tamē regnum Christi polentissimum eſt, aduersus quod portæ inferi non præualebunt. Matthei. 16. Quod planè dum opprimitur crescit, dum contemnitur proficit, dum laeditur vincit, dum arguitur intelligit: tunc deniq; ſtat, quādo ſuperari videtur, tradente Hilario. 3. libr. de Trinitate. Declamationem ad.ca. 5. de hac re consulito, & declamati.ad.cap. 22.

Inibi enim de viribus Ecclesiæ ſatis, ſuper 9. Cōditio regni iusti. q; diximus. Legum autem & quabilitatem regna amare nemo eſt, qui in dubiū veritat. Leges verò regni Christi, iuſtissimas eſſe nemo ignorabit, qui illas diuinæ crediderit eſſe. Ecclesia nanq; Iesu Christi legem habet Euangelicam in corde ſuo: & non ſupplantabitur gressus eius. Ad hæc

Pſalm. 36. 10. Cōditio regni iusti. rurſum rex sapiens, & gloriosus regni ſplendor & lux eſt. Beata enim terra eſt, cuius rex nobilis eſt. Ecclesiastes. 10. & rex insipiens perdet populum. Et Plato

beatam tunc credit rempublicam futuram, quando vel reges philofophantur, vel philofophi principiantur. Et Seneca in Epiftola quadam etiam improborum dixit antiquum fuſſe morem optimū quēque ex ſuo grege eligere, qui illorum res moderaretur. At quis sapientior Christo qui eſt ipsamet ſapientia, de quo extabat oraculum, regnabit rex & sapiens eſt? Dilucidationem ad capitulo. 9. tule- Hiere. 23. 11. Cōditio regni iusti. ge, vbi vberius hæc differuntur. Quod ſi ornamenta regni quāras, illuſtribus abundare viris præcipuum eſt regi ornamētorum, vt ſi ducibus marchionibus cæte-

risq;

risque primatibus, res publica ornetur. At vero Christi regnum non hos (quos diximus) multifacit primates: sed alios longè clariores, quos commemorat Ioannes in Apocalypsi capitulo. 5. Fecisti nos domine deo, reges &

<sup>1. Pet. 2.</sup> sacerdotes. Et Petrus illi conci  
<sup>Regnum Christi per-</sup>  
nens, Vos autē estis genus ele  
ctum, ait, regale fācerdotiū. Postremo quod est omnium maximum regni decoramentū, est ipsa re  
gni perpetuitas, quam omnia regna mun  
dana desiderant. Regnum autem Christi.  
<sup>Luc. 1.</sup> Solū perpetuitate gaudet. Quippe Chri  
stus regnat in domo Iacob quæ est eccl  
esiā catholica, & regni eius nō erit finis. Est enim regnum Christi regnum omnium seculorū: & dominatio eius in generatiō  
ne & generationem. Cætera nanque dis  
sipabūtur vniuersa, & collapso seculo col  
labentur: atqui tunc regnum Christi ad  
æternitatem transferetur Ambrosio do  
cente super Lucam, & Daniel capitulo. 2.  
apertè cōmostrat. Suscitabit, ait, Deus cō  
li regnum, quod in æternum non dissipabitur. Differe autem, si Christo secūdum carnis natalia, regnum Hebræorum iure debebatur, non est huius instituti, id quod ego in quodlibetō quodā nostro satis dis  
serui: idcirco ab huius rei disputatione su  
per sedendum in præsentia est. Perspicuū igitur iam est vt Esaiæ vaticiniū illud, Ec  
ce in iustitia regnabit rex ad literam intel  
ligendum sit. Etenim regni æterni Chri  
stus rex est. Hoc autem regnum in iustitia diuina moderandum erit. ¶ *Et principes.*<sup>a)</sup>

Qualis rex huius regni, tales & principes expecta. Principes ergo regni huius sunt Apostoli ecclesiæque doctores: qui om  
nes habent à Deo principatum non ab ho  
minibus. Ut enim Christus non oleo ter  
reno delibutus, vt Hebræorum reges, aut ex originis carnalis successione, sed Spir  
itus sancti gratia (quam vniōnis appellatā)  
rex & iudex est viuorum, atque mortuo

rum, vt tradidit Psalmus eiusdem personā gerens, Ego autem, ait, constitutus sum ab Psal. 2.  
eo rex, super Sion montem sanctum eius,  
prædicans præceptum eius: ita quoque & Ecclesiasti  
principes huius regni, non secundum car  
cī principes quales elige  
nalis originis iū  
ra aut secūdum ambitionis mu  
nera, aut fauoris flatum eligendi sunt: sed secun  
dum Spiritus sancti donum, qui distribuit  
munera sua singulis prout vult. Et ob hāc  
causam huius regni rex, ex meritis p̄ prijs  
regnum accepit hoc æternum, non ex fa  
uoribus mundanis, quos neglexit Ioannis  
6. neq; ex origine materna, vt scitè admo  
nuit Eusebius libro. 1. de historia Ecclesie  
stica capitulo. 1. Etenim à captiuitate Ba  
bylonica Hebraici regni ius extinctum e  
rat, & translatum ad exteriores. Sicut & in  
Genesis. 49. Iacob præsenserat. Non ause  
retur, ait, sceptum de Iuda. Aduentante e  
nim Christo Romanum imperium res Iu  
daicas iam gerebat. Et quanquam ius hu  
ius regni non esset extictum ad illū præ  
cipue pertinuisse, qui secundum lineam  
masculinam de Dauidica esset prosapia.  
Christo verò secundum lineam hanc ius

An ius regni Iudaici Christo ex  
temporalia na  
tuitate con  
gruerit.  
regni Iudaici compete  
re nequibat, qui nō  
habebat patrem super terram. Qui verò  
contendisse nullum talem extitisse sub  
Christo, qui genus duceret à regibus Iu  
da per virilem tramitem: sed solam bea  
tam virginem fuisse, cui si perstitisset id  
temporis ius regni, congruisset, ea facilita  
te istud, qua afferitur, eadem repellitur. Di  
xeris forsitan ius regni ablatum tunc tem  
poris non fuisse: sed regnum ipsum. Ego  
tamen censeo disponente deo & regnum,  
& regni ius ablata fuisse à Iudeis, exigen  
tibus illorum iniquitatibus, sed de his alibi  
vt prædictimus. ¶ *Et erit vir.*<sup>b)</sup> Dixerat re  
gis qualitatem, & principium huius regni:  
nunc subditorum qualitatem, id est, fide  
lium exprimit: quos dicit abscondendos  
à vento, & celandos à tempestate vt Psal  
Tom. 2. N mus. 30.

mus. 30. denarrat, Abscondes eos in absco-  
dito faciei tuæ , à conturbatione homi-  
num: proteges eos in tabernaculo , à con-  
tradictione linguarum . Vnde Dominus  
hanc protectionem pollicetur . Matthæi  
capitul. 24. Ego  
vobiscum sum,  
usque ad con-  
summationem  
seculi. ¶ Sic tri-  
ui aquarum. <sup>a)</sup>

Nihil tam dele-  
etabile æstuanti  
bus sit , quām  
si præclarus fœs  
illis contingat:  
vnde sedanda si-  
vis . Nihil rur-  
sum tam iucun-  
dum & amœnū  
ijs , qui fero re  
nimio Solis de-  
hiscunt , quām si  
specus vmbrosa acciderit . At multò suau-  
ior & amœnior est fidelibus Christi gra-  
tia , quæ est illi tanquam irrigous fons , a-  
quam vitalem in ipsorum mente gene-

Gratia Dei  
fons & taber-  
naculum in  
Ris.  
Ioan. 3.

rans , qui salit in vitam æternam Ioan. 4.  
quæ præterea est in tabernaculum , & vmbro-  
culum ab æstu diei , & in securitatem &  
absconsonem à turbine , & à pluia Esaï.  
4. ¶ Non caligabunt. <sup>b)</sup> Qui sequitur me ,  
Saluator ait , non ambulat in tenebris : sed  
habebit lumen vitæ . Quapropter fide-  
lium oculi interni , non cæciunt , vt ocu-  
li infidelium , qui hallucinantur in errori-  
bus suis , & sicut i luminatos habent fide-  
les oculos : ita quoque reuelatas habent  
aures , vt diligenter auscultent diuina ver-  
ba . ¶ Et cor stultorum intellegit sciētiam . <sup>c)</sup>  
Dictio Hebraica , nimharim , quæ hoc lo-  
co scribitur ab Esaia , & stultos , & præcipi-  
tanter agentes denotat . Quapropter trans-  
latio variat : sed sensus ex vtrâque signifi-  
catione petitus literæ quadrat . Etenim  
stulti , & insipientes homines qui leui &  
præcipiti agebantur iudicio , conuersi ad

Christi fidem mentem mutauerunt , &  
mores : & qui erant lingua balba , idest , inc-  
ipi ad differenda diuina eloquia , accepta  
Spiritus sancti gratia , disertissimi euase-  
runt , vt apostoli , & discipuli domini præ-  
sto tibi sunt in  
exemplum .

¶ Non vacabi-  
tur. <sup>d)</sup> Palpo-  
num , & adulata-  
torum est ver-  
tere malum in  
bonum , & tene-  
bras in lucē . Vi-  
tia nanque com-  
mendant : &  
vitiosos extol-  
lunt homines ,  
fauoris aucu-  
pandi gratia .  
Lex autem Ie-  
su Christi ne-  
minem palpat ,

nulli assentatur . Propterea inquit . ¶ Non  
vocabitur vltra is , qui insipientis est , prin-  
ceps . ) Idest , qui sordidus est , non dice-  
tur liberalis : neque fraudulentus , appelle-  
bitur maior , siue magnificus . Aduer-  
sus huiusmodi adulatores est tibi diluci-  
datio & declamatio ad caput Esaïe . 5.  
Sunt qui hæc ad diabolum torqueant , qui  
alioqui natura sapientissimus , vitio est in-  
sipientis , vt Dionysius ait , qui tamen à Lege Dio-  
nysiū de di-  
uini . nomi.  
Christo depulsus est . Nunc inquit prin-  
ceps huius mundi ejicitur foras . Idcirco par . 4. ca . 40  
insipientis Diabolus non vocabitur vltra  
princeps : stultus enim fatua loquetur . Di-  
ctio Hebræa est , nabat , quæ inter alia ho- Nabat quid  
minem stolidum , seu ignobilem aut for- Hebreæ .  
didum significat . Et nullus est stolidior ,  
& sordidior auaro : qui iure , & iniuria , vnde  
de vnde se offert occasio sibi corradit  
quas potest pecunias , qui sane congregat  
thesauros iniquos , & nescit cui con-  
gregat . Isti igitur sunt , qui sordida & ig- Plat . 38.  
nobilia semper loquuntur , & amant , mo- Auarorum  
do pecuniosa sint : contractibus & merci- monijs

monijs iniustis se immiscent: & pauperum iniurijs incumbunt: periurijs, & mendacijs non parcunt, modo locupletiores euadant. Hoc est, quod ait. ¶ Et loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitienti auferat.<sup>a)</sup> Et subdit eiusdem auari pessimum ingenium aliud.

**Fraudulenti vasa pessima.** <sup>b)</sup>

Quippe mensuræ auarorum, qui iniustis negotiationibus insistunt malæ sunt: & iniustæ. Quas commemorat Psalmus. Mendaces filij hominū in statu. Id quod prohibitū est diuinalege, Deuteronomij capitulo. <sup>25</sup> Non habebis, inquit, in sacculo diuerfa pondera: ma-

Psal. 61.

Auarij  
mensuræ  
niueæ.

Math. 19.  
Lucæ. 17.  
Lucæ. II.

ius & minus pondus habebis, iustum & verum. Auari vero non pondera iusta neq; vera, imò fallacia habent. Concinnant enim cogitationes iniquas ad perdendos mites in sermone mendacij. ¶ Cum loqueretur pauper iudicium.<sup>c)</sup> Idest, quando propter rapinas & fraudes deducuntur in iudicium à pauperibus & mitibus hominibus, mentiuntur & deierant, vt piorum coram illis causa cadat. Quapropter au-

& loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitienti auferat.<sup>d)</sup> Fraudulenti vasa pessima<sup>b)</sup> sunt: ipse enim cogitationes concinnabit ad perdédos mites in sermone mendacij, cùm loqueretur pauper iudicium.<sup>c)</sup> Princeps vero, ea, quæ digna sunt principe conscientiae opulentæ, i

peribus, & sequere me. Et rursum, Date eleemosynam: & ecce omnia erunt mundæ vobis. ¶ Princeps vero, ea quæ sunt digna principe cogitabit.<sup>d)</sup> Dixerat iam in capitulo principio, Ecce in iustitia regnabit rex,

significans iustissimum regem esse Christum, opere & sermone: nunc quoque & cogitationibus esse candidissimum aperit. Cogitat enim dignissima sibi, qui Deus & homo est. ¶ Et ipse super duces stabit.<sup>e)</sup> Ipsum enim dedit Deus pater, caput super omnem ecclesiam.

¶ Mulieres opulentæ.<sup>f)</sup> Describit calamitatem venturam Iudeis, qui infidelitate obditi, disociati sunt à regno Christi. Et per mulieres, opulentas, vrbes & loca insigniora Iudeorum subaudi: etiamsi varia sit loci expositio. Istis ergo in clamat Esaias, ut surgant & à verbis Domini contremiscant neque sibi fidant, sed Deo. ¶ Post.<sup>g)</sup> Correctior lectio est. Post diem & annum: id est annis sibi consequentibus conturbando demonstrat Iudeos, qui fidem Christi neglexerint, sterilitatemque illis minatur dicens. ¶ Consummata est vindemia.<sup>h)</sup> Collectio (subaudi fructuum) non veniet. ¶ Obstupecite opulentæ.<sup>i)</sup> Ipsa namque vestra quam patiemini calamitas erit vobis stuporis materia, & conturbationis. Exuite igitur vos, & confundimini, exuite vos ò

Colof. 1.

dæi indumenta lœtitia, & gaudijs, & induitæ vestes laceras, quæ vestro stupori attestentur. ¶ Super hubera plangite.<sup>a)</sup> Ideſt, plangetis propter hubera. Tanta enim erit fructuum sterilitas, ut mulieres paruolorum nutrictes intolerabili inediari ferentes, lac lactadis pueris in vberibus concipere non posſint. ¶ Super humum.<sup>b)</sup> Hostes deuastaturos Iudæam spinas, & vepres vocat: quos dicit ascensuros in humum populi illius.

Quod vero ait.

¶ Quanto magis super omnes domos gaudijs.<sup>c)</sup> Germanior est versio hæc.

¶ Quid in omnibus domibus lœtitia, & in vrbibus petulans exultatio.)

Et est sensus aperitus, eð deuastandos Iudeos, quia prophetica verba exhibabant, & vino, & otio, & gaudijs indulgebant: vt iam superius admonuit vates hic. ¶ Domus enun.<sup>d)</sup>

Inculcat vastitatem, quam dixerat. ¶ Tenebre.<sup>e)</sup> Litera Hebraica duas habet hoc loco voces, hipel, quam noster interpres vertit tebras, & bahan, quam vertit palpationē.

At verò prima vox arcem aut turrem, siue propugnaculum significat: itidem & secunda eiusdem est significantia, et si diversa vox. Idcirco perspicuè reddi posset. ¶ Turres, & propugnacula in speluncas redigentur perpetuas. Et quod subdit, Gaudium onagrorum.) Ideſt, in quibus onagri carpentes pascua lœtabuntur, & gaudio sufficientur. Etenim hostium est, turres, &

propugnacula postquam in ius suum deprehenderint vrbes, demoliri illas: ut emolumento non sint neque defensioni victis. Propterea que vertuntur in speluncas. Septuaginta locum transtulerunt hoc modo.

¶ Et errit vilia speluncæ usque in eternum gaudium onagrorum.) Sunt autem onagri sylvestres asini nam sylvas collunt: vireta mortuum audissime deglutiunt: rugiunt instar leonum, & sub æquinoctio rugitum hunc edunt, & noctu, & inter diu ad totidem horas. Indeque equidium, & æquinoctium animaduersum est. Est autem onager, & si imbecillior leone,

velocior tamen illo. Leo nanque onagrum sectans apprehendere non potest: imo lassus in via subsistit. Si verò versio nostra magis tibi arridet, sensum habet promptum. ¶ Tenebre & palpatione super speluncas factæ sunt.) Significat enim diffugientes hostes, sub medijs nocturnis tenebris, in speluncas (præsidij gratia) se contulisse Iudeos: quas palpando petebant. A Simacho & alijs antiquis interpretibus multa huc congeruntur, quæ apud Hieronymum tulæ leges. ¶ Donec.<sup>f)</sup> Miseriam quam prophetarat, vt euident Iudeo-cket. Si spiritum Jesu Christi, de excelso effusum, ipsi suscepereint. Christus enim ascendens in cœlum hunc spiritum super filios adoptionis effudit: quo effuso anima quæ fuerat olim deserta virtutibus, in

Char-

Charmel versa est hoc est abundauit spirituali vbertare , & Charmel in saltum reputabitur . Quippe Iudæa sterilescet . ¶ Et habitabit .<sup>a</sup>) Per solitudinem gentes intellige : quæ receptæ ad fidem IE-

SV C H R I-

S T I spiritua-  
lem pruden-  
tiam, atque iu-  
dicium sortitæ  
sunt . Et ex  
C H R I S T I  
dono verten-  
tur , quæ squa-  
lidæ erant, & in  
frugiferæ, in a-  
bundantiam &  
pinguedinem  
spiritualis car-  
meli . Carmel-

In eccllesia melus autem  
catholica iu-  
stificatio est  
& nō extra.  
16. commemo-  
ratum est . In  
hoc igitur my-  
stico carmelo ,

quæ ecclesia catholica est ex gentibus  
adunata , iustificatio , atque sanctifica-  
tio sedit . ¶ Et erit opus iustitiae pax .<sup>b</sup>) Id  
est , effectus huius sanctificationis erit  
pax , & cultus iustitiae silentium , idest ,  
tranquillitas & securitas , usque in sempi-  
ternum . Nam regnum Dei non est es-  
ca , neque potus , sed iustitia & pax , &  
gaudium in Spiritu sancto . ¶ Et sedebit  
populus meus .<sup>c</sup>) Huius pulcherrimæ pa-  
cis , et si vmbram sancti in hac vita attin-  
gant duntaxat , in cœlesti tamen vita illa  
fruentur plenissime : vbi . ¶ Sedebunt  
in pulchritudine pacis ,<sup>d</sup> & in tabernaculis fi-  
ducie .<sup>e</sup>) Idest , securissimis , & in requie  
opulentissima . De re hac plura ex su-

perioribus colliges . ¶ Grando autem .<sup>f</sup>)  
Persaltum infideles sub intellige : quippe  
qui inculti sunt , & à diuina cultura or-  
bi . In hos autem grando descendet . Quia  
poenis affientur æternis . ¶ Et humili-

tate humiliabi-  
tur ciuitas .<sup>g</sup>)

Tautologia est,  
ciuitatis Hiero-  
solymorum ve-  
hementem sub  
uersionem por-  
tendens . Nam

hoc loco hu-  
militas non est  
Humilitas  
non semper  
animi virtus :  
est animi  
sed urbis deie-  
ctio est . Nisi  
velis per ciuita-  
tem intelligere  
ecclesiam ca-  
tholicam , quæ  
quidem ex de-  
pressione Iu-  
dæorum , non  
se extulit ne-

que super biuit : sed in meta Christia-  
næ humilitatis , persistit . ¶ Beati qui se-  
minatis .<sup>f</sup>) Sub temporalium bonorum  
insigni opulentia , spiritualium abundan-  
tiæ sub C H R I S T O adumbrat . Ait  
ergo . O fœlices vos , qui tunc seminabis .  
Est enim tempus præsens , pro fu-  
tu-ro . ¶ Super omnes aquas .<sup>g</sup>) Idest , super  
omnem locum , aquosum , vel humen-  
tem . Quasi dicat , Quilibet locus erit vo-  
bis aptus semini serendo . ¶ Immitentes pe-  
dem bouis , & asini .<sup>h</sup>) Idest , tam luxuriabūt  
campi vestri , quam necesse erit ut immit-  
tatis boues , & asinos , segetibus depasen-  
dis , ne nimia luxuries agrorum sterilita-  
tem pariat .

Nimia lu-  
xuries agro-  
rum sterili-  
tate parit .

# D I L V C I D A T I O I N Esaiæ Caput. 33.

Vaticinium  
contra Se-  
nacherib.



*AE QVI PRÆDA-*  
ris.<sup>a)</sup> Quantum literæ con-  
textus docet capit. hoc de  
Senacherib accipiēdū est.  
cuius superius frequentissi-  
mā mentionem fecimus, & sub typō Se-  
nacherib diabo-  
li euersio per  
Christum facta  
subintelligenda  
est. Neque mi-  
reris quid sit,  
quod toties glo-  
riosam illam vi-  
ctoriam aduer-  
sus Senacherib,  
repetat vates  
hic. Etenim ce-  
leberrima illa  
fuit, longeque  
clarissima, quam non ex humano gladio,  
reportauerunt Iudæi: sed ex diuina ope  
sibi pararunt: quamobrem dignissima  
quæ in memoria semper versaretur. ¶ *Væ,*  
*ait, qui prædaris.)* Vere reges, & imperato-  
res mundique principes, si non digna im-  
perio, quod vice Dei gerunt factitent, præ-  
dones sunt: quibus, vñ, erit perpetuū vt Esaias  
Senacherib intonat: *Vñ qui prædaris.*  
Nōne & ipse prædaberis, vt q̄ inuria in tu-  
listi, tu ipse iustissimè recipias? cætera quæ  
sequuntur eiusdē sententiæ sunt eñ repeti-  
tio, sub diauersis verbis. ¶ *Domine.*<sup>b)</sup> Vox  
precatoria est, q̄ Esaias fudit populi illius  
nomine, qui tūc Hierosolymis aderat, sub  
Senacherib obsidione. ¶ *Domine misere-*

Principes se-  
culi si nō iu-  
sti reges sūt  
tyranni.

*re nostri, te enim expectauimus.)* Etenim quā  
do humana præsidia non adsunt, superest  
dūtaxat in domino collocare spē nostrā:  
& precib' nostris illius demulcere clemē-  
tiā, vt nobis misericordiā effundat. ¶ *Te*  
*enim expectauimus.)* In te, aiebat ille, qui

hoc satis, quod diximus expertus fuerat,  
domine sperauī non cōfundar in æternū.  
Frequenterq; diuinæ nos cohortātur mu-  
ſæ, vt dominum expectemus. Si morā, in-  
quit, fecerit expecta illū: Abacuc. 2. quia  
veniens veniet, & non tardabit. Quip-

pe etiam si no-  
stro arbitratu dī  
uina miseratio  
moram facit: at  
vero diuina ęsti  
matione ( quæ  
verissima est )  
nusquam moro  
sa est, sed sem-  
per opportuna  
est. Nondum,  
ait, dominus ve-  
nit hora mea,  
Ioā. 2. ¶ *Te expe-*

*ctauimus domine.)* Diximus porro in decla-  
matione de oratione ad cap. 30. orantibus

Oratio vo-  
cat ad secō  
fidentiam.

apprimè necessariā esse certissimā de do-  
mini præsidio, & opera confidentiam mo-  
do iusta, & necessaria sint nobis, quæ po-  
stulamus. Deus nanque vt necessarijs pre-  
sto adest, ita in superuacaneis frustra est a-  
deundus. Verè igitur misericordiam tunc  
Iudæi petebant, quia domino fidebant.  
¶ *Tu esto brachium nostrum, in mane.* ¶ He-  
braismus est, id est, singulis diebus, esto do-  
mine fortitudo nostra vt inimicos no-  
stros ventilemas. ¶ *Et salus nostra in tem-*  
*pore tribulationis.* ¶) Deus enim est, qui  
vulnerat suos, dimittens illos varijs casi-  
bus, & importunis discriminibus agi-  
at ipse tunc sanat nos quando rogatus  
à nobis de nostris malis nos eripit.  
¶ *A voce.*) Hebraicè, legimus hoc lo-  
co, hamon, quæ vox strepitum, so-  
nitum, aut tumultum denotat. Vn-  
de versio ad literam Hebraicam hæc  
erat.

Hamon qd  
Hebreis.

erat. ¶ A voce strepitus, & fremitus (subaudi tui) fuderūt populi.<sup>a)</sup> Etenim descendens de cœlo angelus strepitum & sonitum vehementem concitauit, qui eiusdem aduentum iam adesse admoneret. At ex ingenti strepitu (cuius infra. 3 6. mentione fit) in aere cō citato Assyrij de turbati fuderūt. Et in exaltatione domini, id est invictoria de aduersarijs habita dispersi sunt Assyrij. Et quia spolia opima cæsi ab angelo reliquerunt, quorū copiā de⁹ Hierosolymitis præstis tit: ideo subdit. ¶ Congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, &c. b) Magnificatus est id temporis dominus quoniam habitauit in excelso. Verè in gloriam Dei eximiam cedit si blasphemis, & contumaces homines qui Deum nō verentur legitima deurantur animaduersione: id quod Senacherib cum suis expertus est. 4. Regū. 18. & infra. 3 6. Et impleta hostium diuitijs est Sion, siue Hierusalem, iudicio Dei iustissimo, quando Assyrij commeritas dederunt pœnas. ¶ Et erit.<sup>c)</sup> Ad Ezechiae tempora istud preferas, qui fide, siue domini confidentia egregie prædictus non despondit animum suum, ut Assyrijs cederet, imo domini implorauit auxilium, quo demum non fuit fraudatus. In nostris biblijs legimus temporibus suis a forte, tuis est legendum. Hæc enim commendant fidem, scientiam & timorem Dei, quæ in Ezechia reges futura prædicuntur. Fuit enim diuinitatis colentissimus. ¶ Ecce.<sup>d)</sup> Hebraicè loco huius, quod in nostra translatione videntes legimus est, Ereelā, quæ vox Hebreis angelos magnos signifi-

cat. Nam Ereel angelum denotat, tametsi Nicolaus contendit ad veritatem Hebraicam hanc esse genuinam lectionem. ¶ At taria clamabunt foris.<sup>e)</sup> Nescio si hoc in annum suum induxit propter vocum harum vicinitatē, Ereel, & Ariel. Quarū postrema in altare vera est superi. At verò quantū cōiecto satis concinna est prioribus, noua translatio hæc. ¶ Ecce nuntiis eorum foris clamabūt, & legati pacis amare siebunt. ) Et fesus est legatos Hierosolymitas ad Assyrios destinatos fuisse à rege Azechia componendæ amicitię gratia, qui re infecta remissi fuerunt ab Assyrijs antequam urbem ingredenter, propterea que eosdem illachrymando clamasse, putantes actum iam esse, de illorum salute. Hos ergo vocat angelos pacis, qui ad cōponendā cū Assyrijs pacem deputati erāt. Nō est enim hoc loco angelus naturæ non men, sed officij: etiā si nō nulli hunc locum torquēt ad beatos angelicosq; spiritus, qui mortem dñi amarē fleuerūt. At istud si ad tropologiā referatur, citra vitiū refert, modo sensus historic⁹ illæsus obseruetur. Porro quod translator noster vertit angelos, Esaias vocat Hebraicè Maleachi. Est autē verbū Hebraicum obsoletū, alaach, inde Malaac nomen, quod angelū, id est, legatū, aut nuntiū significat. Propterea germana est translatio hæc scilicet legati pacis, ut diximus, et si nostra cōmoda est, quia ab alijs sensu non discrepat, at prior translatio est apertior, ne insipiens quispiam credit angelos flere posse: indeq; angelos substans corporeas esse, & animales sibi persuas.

Angelus alicq; est nō mē naturæ aliqui nomē officij,

Tom. 2. N 4 deat

deat esse. Et cessat omnis turba glossarū, quæ in varias sese dederunt expositiones: ut per angelos sacerdotes intelligent, qui sub illa calamitate fleuerunt. At perspecta veritate, vniuersa cessant, quæ ab illa deuant. Hieronymus multa ex in-

terpretibus vetustioribus conduxit huius loci exponendi gratia: tu fœliciter consulito auto-  
rē. ¶ *Dissipate.*<sup>2)</sup> Dolētum sunt verba, quorum est suā alijs calamitates denarrādo solari. Sub ob-

sidiōe enim Assyriaca, vnde cū que cincti erant Iudei habitates Hierosolymis: quapropter nulli patebat accessus ad sacra Dei peragenda, eorum qui extra urbem agebant. Idcirco. ¶ *Dissipate esse,* dicit, *vias.*) Irritum esse pactum, quod pe- pigerat Deus cum illis de sacrificijs cele- brandis in Salomonico tēplo. Etenim in- gruēte hoste teterrimo sacrificijs deo per soluēdis non vacabat. Sibi nanq; consulebant, vt immanē euaderent hostē. ¶ *Proie- cit ciuitates non reputauit homines.* b) De Assyrio hæc accipe, qui ciuitates Iudaicas proiecit, & deuastauit, & non reputabat homines tāta erat hominis superbia. ¶ *Lu- xit terra Iuda.* c) Continens pro contento. ¶ *Confusus siu: pudefactus est Libanus.* d) Hiero. ad tēplū Salomonicū retulit quod, Libanū tradidit aliquando in scrip. appellari. Ezech. 17. Aquila tulit medullā cedri ueniēs ad Libanū, quia Nabuchodonosor deuastās tēplū Hierosolymorū, vasa tēpli & pretiosa quāq; vt silia rapiēs deportauit Babylonē. Hebraicē tñ legimus, Erube scet Libanus, succisus. i. Libanus spoliatus cedris suis pudefiet. Et est metaphoricalo cutio: & significat cedros Libani exciden-

das esse à Senacherib in obsidiōe. Et factus est Sarō sicut desertū. Aduertēdū aut̄ qua tuor cōmemorasse loca vatē, Libanū mōtē, Sarō, Carmelū, & Basā, quæ sunt termini quatuor Iudeę regionis, Libanus ad Se

Liban⁹ mōtē  
Saron Car-  
melus Bas-  
fan.

ptētrionē, ad oc-  
cidētē Sarō, qui  
est iuxta Lidā &  
Ioppē, locus pin-  
guis & decorus,  
secundū Hiero.  
Cuius pulchritu-  
dinis meminit  
dicēs scriptu. de  
cor Carmeli &  
Sarō est Es. 35.  
Ad oriētē verō  
est Bafan, q; in-  
terpretat̄ vberri-  
mū, & pingue.  
Deniq; ad meri-

diē Carmelus iacet. Hæc quatuor, quæ li-  
mites Iudeę erat, obfederat ty: ān: & illo  
rū pulchritudinē, & pinguedinē quo ad  
potuit dissipauit, & fœdauit. ¶ *Nūc confur-* Matthaei. 8.  
*gam.* e) Qñ suos finit deus malis cōcuti, ve- Mar. 4.  
luti obdormit, vt dñs ingruentibus mari-  
nis fluctibus, & nauem quatentibus, su-  
per ceruical dormiebat: vt apostolicis ex-  
citatus precibus surgens à somno impera-  
ret mari, & ventis. Ita quoque Hierosolymitas  
tempore modico tyrannidi Assyriorum per-  
misit: vt pulsatus affictorum  
precibus consurgeret. Quare & hæc ver-  
ba. *Nunc confurgam.* ) Sunt Dei loquen-  
tis Assyrijs. Mox, ait, cōsurgam aduersum  
vos: & gloriam meam quam depressistis,  
asserā. ¶ *Et sublimabor.* f) Tametsi rectius Exaltatur  
legatur. *Sublevabor.* ) Etiamsi nihil inter- Deus nō in  
semetipso, sed in homi-  
nis notitia.  
nit, sic aut aliter legere, cū idem sensus per-  
sistat. Exaltatur autem Deus non in semetipso, sed in hominum notitia. In qua quo-  
que nōnunquam eius gloria deprimitur.  
& claritas obscuratur. ¶ *Concipietis.* g) Con-  
iunctio, & in biblijs nostris redundant. Cō-  
ceptio hoc loco mētis est opus: quę est de  
liberatio animi. Decreuerant nāq; hostes  
incen-

incendere urbem: ideo ait, *Concipietis ardorem, parietis stipulam.* Partus autem est operis exequatio: quæ quia vana erat futura stipulae confertur. Secundum Hebreos autem dictio Chasas, quam nostra translatio vertit ardorem, est stipula minuta, quā Latinis quisquiliis vocant: ut sit ad verbum vertendum, *Concipietis quisquiliis, parietis stipulam.*

*Quasi diceret,* O Assyrii, quod cogitatis & animotractionis, scopus tandem in quem pergit vester conatus, vanissimus est: & vertetur in ignē deurentem vos, tam facile, quā

deurit ignis quisquiliis, atque stipulam. ¶ *Spiritus vester, ut ignis deuorabit vos.* Idest vestra consilia (quæ vocat spiritum eorum) tanquam ignis deuorabunt vos: quia pessimis suis consiliis freti obsederūt Hierusalem. ¶ *Et erunt populi b.*) Hebraicè & erunt populi ut incendia calcis, idest similes erūt Assyrii lapidibus, qui excoquuntur ab igne, ut fiat calx. Redacti nanque sunt in cineres. Et ut spinæ in fasciculos congregatae sine negotio comburunt: ita vos Assyrii. ¶ *Audite c.)* Clarissimam victoriā & satis portentosam Deus iubet in omnium nationum notitiam deducendam, ita in vicinas, ut in longè sitas, ut omnibus gentibus sit summarum materia laudum. Porro Iudeos Hierosolymitas, qui videntes immanitatem hostilem, de diuino diffidebant auxilio, & se se Assyriis tradere disposuerant, reprehendens Esaias ait. ¶ *Conterriti sunt peccatores in Sion: possedit tremor hypocritas d.)* Vocat peccatores, & hy-

Chasasquid  
Hebreos.

spirit⁹ vester⁹ vt ignis vorabit vos. Et erunt populi⁹ quasi de incēdio cinis, spinæ congregatæ igni cōburent. Audite⁹, qui longè estis, quæ fecerim, & cognoscite vici- ni fortitudinem meam. Cōterritisunt in Siō pecatores, possedit

pocritas homines impios Iudeos, qui plus tribuebant Assyriacis copijs, quam diuinis viribus. Et isti aiebant, quod sequitur, ¶ *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante?* Copias militares Assyriorum

ignem deuoran tem appellabāt. Quasi dixisset, Nulla est virtus vobis o Iudei ut repugnetis Assyrijs vobis prouidete igitur, ne conemini frustra contra hostes potentissimos. Et idem est quod repeatit sub verbis alijs. ¶ *Quis habitabit in vobis in ardoribus sempiternis f.)* Hebraica tamen litera habet in secun-

da persona, nobis scilicet. ¶ *Quis ex nobis habitabit cum igne deuorante?* Translatio verò nostra in tertia persona extulit, *Quis poterit habitare ex vobis cum igne deuorante?* Septuaginta itidem in tercia persona verterunt, *Quis annuntiabit vobis quoniam ignis ardet, quis annuntiabit vobis locum æternum?* ¶ *Qui ambulat g.)* Responsio est dubium impium iam propositum absoluens, eos demum dignos docet, quos eripiat Deus ab igne deuorante, & ab ardoribus sempiternis, qui ambulant in iustitijs, & loquuntur veritatem: qui projiciunt auaritiam ex calunnia, id est, qui odiunt diuitias & terrenas opes cauillatoriè, & fraudulenter conquisitas. Et qui obturant aures suas ne audiant sanguinem, id est, odio habent verba consilia, quæ cædem minantur, & versant. Et demum, qui auertunt oculos suos ne videant malum, id est, non consentiunt iniquitati. Et

Psalm. 148

## Dilucida.& decla.in Esai.Prophétam. 33

dubium tandem absoluens inquit. ¶ *Iste in excelsis habitabit monumēta saxorum sub limitas eius<sup>a</sup>.*) Id est isti sunt, qui liberabuntur ab obsidione hostili: & tanta erit illis se curitas, quanta si præruptas rupes, & solū ibicibus per uias tenerent. Hos Deus alet pane, & potabit, *Aquis fidelib<sup>b</sup>.*) Vocat verò fidèles aquas, id est stabiles: quippe non ad tempus illos alédos, aut potádos tradit: sed perpetuo. Fidele nanque in scripturis nonnunquā stabile & firmum significat. Nicolaus ad Heliachim retu-

4. Reg. 18. illit hæc omnia: at series huius textus non illud indicat. ¶ *Regem<sup>c</sup>.*) De rege Ezechia contextus admonet locum hunc esse intelligendum. Nam 4.lib. Regum, legimus Ezechiam regem sub obsidione Assyriorum, scidisse vestimenta sua: oper tumque suisse sacco, ut tantam calamitatem protestaretur. Qua quidem submota, vestimenta illa saccina deposuisse (quippe quæ regiæ dignitati erant in decora) aliaq; vestimenta regia induisse, quis non crederet, ut animi sui lætitiam profiteretur? Verbis ergo istis *Regem in decore suo videbunt*, id est, fulgentem apparatu, & pomparegia, euasuros tandem Hierosolymitas cladem hostilem pronuntiat. ¶ *Et cernent<sup>d</sup>.*) Quippe sublata obsidione, vni cuique obfessorum libera fuit facultas per egrè in regiones longinquas egredi. ¶ *Cor tuum<sup>e</sup>.*) Idest imminente hoste (quem putabis vos oppressurum) meditabimini iugiter, quæ vobis timorem incutient, vide licet tributa pendenda regi Assyrio. ¶ *Et dicetis intra vos angustijs pressi, Vbi est literatus?*) *Vbilegis verba ponderans?* Vbi do-

*ctor paruulorum<sup>g</sup>.*) Quæ verba usurpat si bi Paulus in suam rem illa citans commodissime. 1. ad Corinth. 1. tametsi aliter indicat locum, nam indicat in hæc verba, Locus Pauli vt conueniat cum Esaia.

Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor, seu cōquisitor, huius seculi? Septuaginta verterunt vbi sunt literati? vbi sunt cōsilatores? vbi est numerans nutrientes paruum, & magnū? Et sunt q̄ hęc torqueat, in exprobrationem Sobnę pōtificis: qui ex officij exigentia, & sapiens erat, & scriba, & par-

uulorum doctor. Qui tamen post adeptam de Assyrijs victoriam (quam ipse impedire curabat) miser interiit. Ita Nicolaus & alij hoc idem cum ipso sapiunt. Ceterum ad literam de Assyrijs intelligendum puto. Quasi dixerit submota clade, exhibando dicitis Assyrijs, Vbi nam sunt vestris scribz, qui in tabulis scribebant eos, qui tributis erant subjiciendi? Vocatur autem scriba Hebraicē Sopher ab Esaia. Et braicē scriba. Sokel est appensor: & Hebraicē non legitur, Legis verba ponderans: sed solummodo, Vbi est Sokel, id est ponderator, aut appensor. Et eum significat, cui ad pondus numerabantur tributa. Neque hebraica Esaiae litera habet verba illa vbi est paruulorum doctor: sed solum Sopher Amigdali, id est scriba turrium, siue suppulator. Nam Migdal seu Migdol turre Hebraicē sonat. Est ergo scriba turrium is, qui recensibat ædes magnificas, turribus præeminētibus conspicuas: ut inde maiora sibi tributa exigeret Aſsyrio regi. Irridens igitur Esaias vanas Assyriorum conceptiones (quas quisquilijs, supra contulerat) occinit modo illis dicens, Vbi scriba? vbi appensor?

pensor? vbi scriba turriū, vt ad verbū textū  
Esaīæ latine reddamus. Nā cætera nō sunt  
de textu. ¶ *Populū imprudentē<sup>a</sup>.*) Hebraicē  
loco imprudentis, nohaz, legimus: q̄ vox  
impudētem significat. Et Hierony. trāſla-  
tio ita habet. Et  
verē impudens  
popul' Assyrio-  
rū, q̄ impudēter  
blasphemauit &  
cōuitiatus est di-  
uinis. ¶ *Hic po-  
pulus est alti ser-  
monis<sup>b</sup>.*) Id est,  
obscuri Iudæis,  
& barbari apud  
illos. Nā lingua  
Assyriaca barba-  
ra erat Hebreis,  
à q̄bus nō intel-  
ligebarūt. 4. Re-  
gum. 18. Elia-  
cim, & Sobna  
scriba, precabā-  
tur Rabsacē, vt  
loqueretur Sy-  
riacē, & non Iu-  
daicē: vt à popu-  
lo Iudaico non  
intelligeretur. In Assyrijs quoq; non erat  
sapiētia: quippe vnius Dei fidē, & cultum  
nō habebant. Hunc ergo populū impudē-  
tem: barbarū, & insipientē, peritū signi-  
ficans Esaias ait, *Populū imprudentem nō  
videbis*. Id est Assyrij hostes te non lēdēt.  
¶ *Respic Sion<sup>f</sup>.*) Legendū est, in accusandi  
casu, Respic Sionem. Et inuitat prophe-  
ta habitatores Hierusalē, vt diuina benefi-  
cia recolētes, maximis illa prosequan̄ lau-  
dibus. Propterea ait, Respic idest, Respic-  
ite Sionē vbi erat arx Hierusalem: in quo  
etiā locabāt Salomonicū templū. Id quod  
contemplādū hortatur propheta modo.  
Quasi dixisset apertius nō vos terreat ho-  
stilis Assyriorū impetus: ne putetis, quod  
is Deus, quē in mōte Sion colitis in tanta  
calamitate de futurus vobis sit: imò certā

concipite spem vobis impendiō affuturū.  
Et Hierusalem, quā subtristi clade oppres-  
sam amaritudine modo cernitis: ouantē,  
& tripudia gerentem, & opibus suis gau-  
dentem iam iam depulso videbitis hoste.

*Nō diripiatur ab  
Assyrio, nec trāſ-  
feretur: neque  
clavi eius auferē  
tur in sempiter-  
num, & omnes  
funiculi eius non  
rumpētur<sup>d</sup>.*) Id  
est funes, quibus  
tentoriū diuinū  
erat alligatū pa-  
xillis, ab Assy-  
rio hoste nō rū-  
pētur. Quā om-  
nia verba victo-  
riam pollicent.  
Iudæosq; secu-  
ros facit, tēplū  
Hierosolymo-  
rū, & ciuitatem  
ipsam stabilem  
esse futurā sub  
obsidione Assy-  
riaca: quia so-

lummodo ibi, magnificatus est Deus. In  
templo nāq; illo toto orbe clarissimo ma-  
gnificabatur Dñs. Quia notus in Iudæa  
Deus. ¶ *Locus<sup>e</sup>.*) Vt omnem à Iudæis de-  
cutiat timorem Hierosolymā cōfert loco  
munitissimo illi, qui vndiq; circūuallāt flu-  
uijs vastissimis, & intransibilibus: per quos  
neq; tremis traduci pōt. Et perinde est ac-  
si dicat. Si collocatos vos vidissetis sup lo-  
co vndiq; fluuijs patētibus cincto, p̄ quos  
nulla nauibus pateret nauigatio, securita-  
tē vobis polliceremini. Talem igit̄ putate  
Hierosolymā. Quā tametsi patētes, & v-  
beres fluuij nō circūuallāt cæterū mea cu-  
stodia, meq; iubēte angelica cingūt præsi-  
dia. Discriumen autem est inter nauē remi-  
gū, vel remi (vt Hebraicē habetur) & tri-  
rem magnam. Illam enim nauem remi vo-

Naves ma-  
gnæ & nau-  
culæ paruæ.

car, quæ parua est, hanc vero nauem for-  
tem, quales sunt onerariæ. Et demum, tu-  
tissimam à periculis hostilibus illis, Hiero-  
solyam esset verbis istis insinuat Esaias.  
¶ *Dominus enim index noster &c. a.)* Id est  
Deus ipse feret  
hoc iudiciū con-  
tra Assyrios, qæ  
est vindex no-  
ster, & legifer  
noster, quia ipse  
tulit legem Mo-  
si, Dominus rex  
noster: quare il-  
le nobis prospic-  
ciet. ¶ *Laxati b.)*  
sermonem ver-  
tit contra Assy-  
rios in eadem  
(quam cæperat)  
metaphora de-

nauibus sumpta persistens, ô Assyrij de-  
sperata est victoria vestra, frustratus est co-  
natus: vestri rudentes vestiarum nauium  
laxati sunt, viribus non constant: non est  
vobis vestra hæc tutæ nauigatio. Laxatis  
autem rudentibus, malus subsistere nauis  
nequit: neque vela expâdere valebis. Hoc  
est, quod ait. ¶ *Sic erit malus laxatus c.)* Vi-  
delicet, vt rudentes, & signū seu velū dila-  
tare non poteris. Duabus igit̄ similitudini-  
bus tutelā prædicti firmissimā Hierosoly-

mæ futurā: & qæ est ita tutæ, vt vrbs supra  
saxa prærupta, locata: & qæ est, vt vrbs que  
vndiq; circuagī vastissimis amniū gurgi-  
tibus intranabilibus. ¶ *Tunc diuidentur d.)*  
Potentissimo deuastato & pessundato ex-

dietur eum. Do-  
minus enim iu-  
dex noster<sup>a</sup>, Do-  
minus legifer no-  
ster, Dñs rex no-  
ster: ipse saluabit  
nos. Laxati<sup>b</sup> sunt  
funiculi tui, sed  
nō præualebūt,  
sic erit malus tu-  
us<sup>c</sup>, vt dilatare si  
quitas.

gnum nō queas.  
Tūc diuidētur<sup>d</sup>  
spolia prædarum  
multarum clau-  
di diripient rapi-  
nam. Nec dicet  
vicinus<sup>e</sup>, Elan-  
gui, populus<sup>f</sup> qui  
habitat in ea, au-  
feretur ab eo ini-

teritu innume-  
ra superfluerunt  
spolia: quæ Hie-  
rosolymitæ di-  
stribuerunt sibi  
ipsis. Tāraq; fuit  
spoliorū copia,  
vt etiā claudia-  
giles redderent,  
vt spoliorū non  
essent asymboli-  
li. ¶ *Neque dicet  
vicinus e.)* Elan-  
guis subaudi pro-  
pter afflictionē  
Assyriacam. Ni-

hil enim documenti attulit obsidio illa Iu-  
dæis, sed potius gloriæ multum, & emo-  
lumenti. ¶ *Populus f.)* Nonnulli interpretes  
credentes euasuros solœcismū, populo le-  
gūt: at re vera populus legēdū est, vt legit  
Hierony. Populus qui habitat in ea, id est,  
Hierosolyma hoc dono subaudi poterit,  
auferet, scilicet iniqtas ab eo. Quippe hæc  
hostilē diuexationē æquo ferētes animo,  
conuersi sunt ad dñm, vt miām obtineret  
cœlestē. Vñ & illis donata sunt peccata.

Duplex si  
militudo E-  
saiæ quæti-  
tur vi secu-  
ritatem pol-  
licetur.

## DE SENSIBVS STRO. pologicis ad Caput trigesimumter- tium Appendix.

*TROPOLOGIA* A declamatio vñica. In festo beatissimæ virginis Mariæ, quod Hispanè  
de la, O, nuncupatur, latinè expectatio partus, cuius prothema est. Domine miserere  
nostræ, te enim expectauimus. Esaiæ. 33.



A N C T O R V M  
Patriarcharum, qui longo æ-  
uorum tramite CHRISTI  
Domini aduentum præcesse-

runt, verba hæc fuisse quis in dubium Desiderium  
vertet? Si tamen nouit antiqui illius se- fæctorum  
culi vnum duntaxat, fuisse scopum in antiquorū  
quem Sancti omnes spectabant, & in Christi præ  
sentia erat.

quem

quem desideriorum vniuersa tendebant iacula, Christi in orbe corporalis præsentia erat. Neque solum illi hac expectatione detinebantur, quinetiam beatissima virgo Maria eadem expectatione angabatur. Et non scilicet, ut patres illi prisci, expectabat videre Christum, immo in anxia expectatione hac, omnes priores antecelluit. Quæ expectatio ad maiores increvit vires, simul atque fecundata Spiritu sancto, Dei verbum intra pudicissima conceperat viscera. Postquam enim verbum caro factum est, iam proprijs verfare manibus, proprijs intueri oculis, cœlestique suo pascere lacte quam affectabant desiderio, quis mortalium aestimare valerit? Et quis existimare poterit quoties secum verba voluebat virgo sacra prothomatis nři & secum repetebat totius humanæ naturæ personam induens, Domine miserere nostri te em expectauimus? At verò in præsentia patrum expectationem valere sinamus, expectationem virginem differamus: triaque discutienda diuina suffragante opera ponamus. Primum est, quæ est hæc, quæ expectat. Alterum est, quid est, quod expectat: denique propter quid expectat. At qui promptum est quod expectans sit diuia virgo Maria, hanc autem sermone, aut mente assequi quis, aut qualis sit, quis poterit? Sapientissimus ille Hebræorum Salomon cunctas affirmauit res difficiles esse ad intelligentum: id quod nos quoque certa tenemus ratione, & oculata fide nunquam non cernimus. Age igitur, quid tu putas, si vilissimæ quæque res captum fugiunt humanum, an non fugiet captum nostrum illa sacerrima virgo, quæ Deum atque hominem genuit? Est enim virgo hæc, tanquam pagina sacerrima, in qua Dei digitus in sculpsit non verba, quæ facile ex ipso volant sonitu, & nunquam reuocantur, sed eternum Dei verbum scripsit in ea, & nostræ mortalitatis atramento, ut visibile fieret tinxit. Quis ergo tecnam hanc tantorum mysteriorum referare poterit? Sunt

porrò quædam, quæ suo modo non ab re iudicantur incomprehensibilia: qualia sunt diuinæ musæ & Christi humanitas, quibus iungas in ordine suo deiparam Mariam. Diuinorum musarum autem incomprehensibilitatem, Ioan. indicat Apoc. 5. vbi fletum Ioan. legimus ppter librum illum semptem occlusum signaculis, neminem enī videbat dignū, qui signacula solveret. Et solus agnus ille, qui tollit mundi peccata inuentus dignus est, qui libri signatissimi signacula recluderet: nanque vniuersitatem mysteriorum, quæ sacro-sanctæ literæ suis condunt finibus solus Christus potens est palam facere Lucæ 24. Habent ergo diuinæ musæ suam incomprehensibilitatem, habet quoq; Christi humanitas suam incomprehensibilitatem: quippe in seipsa omnes thesauros scientiæ Dei abscondit: habet denique secundum rationem suam virgo hæc beatæ incomprehensibilitatem. Adhæc scriptura diuina fugit humanam mentem, nam id quod in recellu cœlestium sacramentorum celat: mentem nostram fugit dictata nanque est à diuino spiritu, qui incomprehensibilis est, rursom Christi humanitas copulata est Dei verbo incomprehensibili, indeque suam haurit incomprehensibilitatem. At deipara virgo, cū istis duobus suam habet germanitatem, & quia est tanquam quædam ut diximus, cœlestis pagina, quā Dei spiritus, veluti characteribus quibusdā diuinis inscripsit, ideo innumeris donauit charismatibus, & quia Christi carnem concepit, suam quoque trahit in incomprehensibilitatem. Quis ergo aut hominum, aut angelorum nřam valebit quæstionē absoluere, quæ est virgo hæc expectans? vtq; nullus pares huic soluēdæ quæstioni vires habet. Est enim hortus cōclusus, fons signatus. Huius cōclusi horti, huius fontis signati Spiritus sanctus unus est, qui claves habet. Alteram ergo petamus clauem ab Esaia capit. 7. Ille enim Dei afflatus spiritu qualis sit virgo demonstrabit. Ecce, ait, virgo concipiet & pariet filium,

Diuina scri  
ptura est in  
comprehensibili.

Virgo sacra  
est tanquam  
quædam sa  
cerdotta pa  
gina.

lium, & vocabit nomē eius Emmanuel. Est ergo virgo concipiens, & pariens, mirabilis sanē, quia virgo concipit, & parit: hoc nanque naturae terminos transgreditur omnes. At longē est mirabilior, quia Emmanuelē concepit, & peperit. De qua re declamationem nostram ad caput septimum legito. Ante hanc porrō virginem, hæc duo pugnantia erant, & virginitatis integritas, & maternitatis fœcunditas. Hæc nanque illam abigebat, ut arbores, quæ cum fructus excutiunt flores deponunt. Et flos quoque virginitatis excidit, quando maternitatis fructus copia datur. At in virgine hac (quæ virginitatis est primiceria) virginitas, & maternitas mutuo pacis fœdere se se complectuntur. Etenim fructum edidit vita, & benedictionis, Christum dominum. Id circa virginitate florens, maternitate fructificat, instar illius Aaroniticæ virginis, quæ florendo germinauit amygdalas.

**Num. 17.** Cæteris fœminis de pinguedine terræ benedictio elargitur, quando filiorum sunt feraces: at non de rore cœli, quippe tuuc cädorem virginitatis obscurant, & delent, ut prolem ferant. At virginis huic de rore cœli est benedictio, & de pinguedine terræ. De rore vtique cœli, quippe Spiritu sancto obumbrata Deum atque hominem genuit: & de pinguedine terræ: nam terræ pinguedo Christus est. Vniuersa nanque nisi ab illo foueantur arescant. Ad hæc in vno quoque genere rerum vnum tradunt Philosophieſſe, quod est cæterorum metrum, atque mensura ad quod omnia eiusdem generis esse referenda. Philosophus ille magnus scripsit.

**Virgo Maria metram et fœminæ sanctitatis.** Hanc etiam virginem creavit Deus in metrum fœminarum. Benedicta, inquit, tu inter mulieres. Hæc est mensura virginum, quippe & carnis pudicitia, & mentis integritate, & cœlestium bonorum copia, non solum fœminas & virgines antecedat omnes, quin & viros vniuersos, infinito superat interuallo. Accepit Maria illa vetus tympanum & cæterarū ducēs cho-

reas, diuinum magnificat numen. Illaque ante alias omnes canticum præcinerat il lud, Cantemus dñō gloriose enim magnificatus est in nobis: at verò Maria Christi mater hæc, mundi est nouissimum, & singularissimum spectaculum, & prima est, quæ virginitatis tympanū tetigit. Et vtq; non ab re virginitatem tympano conferas. Nanque tympanum ex pelle animalis mortui ligno copulata conflatur. Expanditur nanque pellis supra lignum, & tensa & exiccata, manu pulsat, & sonora pellis redditur, id quod ni fallor ipsam demonstrat virginitatem. Virginitas enim carnis mortificationem amans, carnis compescit illecebras? Illasq; ligno crucis affigit: & ad diuinæ charitatis fcccat ardores, vt iam sonora, & Deo grata efficiat. Etenim carnis pudicitia frui, mente impudente, nihil Deo grata est pudicitia hæc. Est enim virginitas fatua illa, quæ etiā si gloriam iactet apud homines, apud Deum nō habet momentū. Illa autem sola momentum habet quæ prudens est: quæ integro corporis vase, oleum diuini amoris intra cordis conclave cōceptum gerere sapit. Vnusquisq; aiebat Paulus, sciat vas suum possidere in sanctificationem. Non ergo satis est vasa: carnis nře inuiolata tenere, nisi spiritus sanctificatio accedit. Hæc nanq; est voluntas Dei sanctificatio nřa. Virgo autē hæc, tympanū hoc quod tradimus prima formauit, atq; formatū pulsauit. At ais, Ecqd Mariæ virginitatem tympano confero, si quidē virgo hæc nihil mortificandum habuit? Quippe quæ somitem peccati, siue ligatum, siue lopitum, siue extinctum tenuit? Nulla ergo illecebra nulla titillatio virginem diuexabat. At verò tametsi hoste vacabat interno, cum externo, idest Sathanam militiam gessit virgo hæc prudentissima. Quidquid si caro eius ab ineunte conceptione mortificata erat nō propter ea tympano non est conferenda, immo multo vehementius quam reliqua omniū virginitas. Hoc igitur tympanū ipsa pulsauit primo, postq; reliquæ sanctissimæ virginis

nes canendo cursitant hymnosq; dulces personant. Igitur prophetica Eliaæ clavis, huius virginis vtcunque retexit maiestatem, cui & aliam Hieremiac iungit clauem. Quæ nobis huius virginis expectantis diuini verbis cundum carnem aduentum referet. Nouum, ait, fecit dominus super te terram mulier circundabit virum. At quale hoc obsecro nouum si dcorporali, & visibili circudatione esset Hieremias audiebas? Nihil enim nouum neque altum sapuisset, si de corporali circudatione intellexisset. Quid enim nouum est, quod mulier vna circundet virum? viros enim sèpè fœminæ amplexantur, & apprehendunt. Non est hæc circudatio quam Hieremiac nouum & insolitum dicit esse super terram. At hoc nouum est quod ille præuidebat, quod virgo beata in pudicissimo gremio vterisui virum conciperet Christum, vtique virum circundedit. Christus enim tametsi ætate infans, prudentia tamen nōdum editus, vir erat.

Hieremias offendit virginis Mariæ maiestatem.

Infantulus Christus nō dum editus prædicta summa virat.

Eccles. 33.

nes canendo cursitant hymnosq; dulces personant. Igitur prophetica Eliaæ clavis, huius virginis vtcunque retexit maiestatem, cui & aliam Hieremiac iungit clauem. Quæ nobis huius virginis expectantis diuini verbis cundum carnem aduentum referet. Nouum, ait, fecit dominus super te terram mulier circundabit virum. At quale hoc obsecro nouum si dcorporali, & visibili circudatione esset Hieremias audiebas? Nihil enim nouum neque altum sapuisset, si de corporali circudatione intellexisset. Quid enim nouum est, quod mulier vna circundet virum? viros enim sèpè fœminæ amplexantur, & apprehendunt. Non est hæc circudatio quam Hieremiac nouum & insolitum dicit esse super terram. At hoc nouum est quod ille præuidebat, quod virgo beata in pudicissimo gremio vterisui virum conciperet Christum, vtique virum circundedit. Christus enim tametsi ætate infans, prudentia tamen nōdum editus, vir erat. Simul nanque atque conceptus ea scientia infusa præstabat, qua modo sedens ad dexteram Dei patris præstat. Hoc vtique mirandum, & insolitum, quod neque naturæ amat ordo: neque humanæ rationis somniauit acumen. Hoc nouum Paulus edocuit Apostolus Galat. scribens capi. 4. Cum autem venit plenitudo téporis misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. An non miraris, an nō obstupescis, an non te corripit extasis, cū audis filium Dei legiferum, factum sub lege? cum audis rursum filium non factum ex Deo, sed ante secula ex diuina patris genitum substantia, ex substantia materna sub tempore factum? Atqui virgo hæc, arcana miranda hæc gerit: in ipsa hæc miranda celebrantur sacramenta. Expende iam si tibi cordi est, quanta sit hæc virgo, ex qua filius Dei fit homo, & eum qui erat genitus, & non factus, Paulus factum esse ex muliere docet. Verum caro fieri potest, quia creatura est: at diuinitas fieri non potest, quæ omnium opifex est.

¶ Legimus præter hæc in Apocalypsis cap. 4. Ioannem, cui reuelata sunt arcana cœlestia, sedem vidisse in cœlo positam, lypsis expi & qui sedebat supra sedem iaspidis, & sardij, referebat colorem, & in circuitu sedis, iris erat, sedem circunuallans, colore & materia smaragdinus. Utique si anima iusti sedes est sapientiæ, anima iustissimæ virginis sedes est diuinæ sapientiæ, quam ipsa amavit & exquisivit ab adolescentia sua. Neque solum anima eius sedes est diuinæ verbi, quin & virginea caro diuinæ sapientiæ sedes est. Etenim beatissimo sui vteri gremio, quem cœli capere non poterant contulit. Habet autem qui sedet supra hanc sedem aspectum iaspidei, & sardiniæ coloris: iaspis nanque inter preciosos adnumeratur lapillos, ut sardius. Ille suo virore, & translucentia, hic autem sua rubidine videntium aspectibus lenocinatur. Christus autem sua diuinitate instar iaspidis est, quæ beatorum mentes suo aspectu beatificat, sua vero humanitate rubescit. Siquidem sanguine aspersus introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Est autem iris clementiæ diuinæ erga homines symbolum. Ponam, ait, arcum meum in nubibus, &c. Hic iris, hæcque Dei clementia, beatam totam ambit virginem: inquam Dei seueritas nunquam incanduit. Quia peccatum nō fecit: neque est inuentus dolus in ore eius. Etenim si conceptum virginis, si natalia, si virgineam palmarin, si fœcunditatem maternam, si denique vitæ contemplari progressum, atque periodum, vniuersa iride circumacta videbis. Omnia nanque huius virginis sacramenta, quid aliud, quam Dei immensam spirant clementiam? Sancti cæteri experiuntur sanè Dei clementiam, cæterum experti prius Dei iustitiam. Quippe primo nasci illos iræ, & vindictæ filios Deus permisit, antequam eos sanctificaret. Hæc ergo virgo est sedes, quæ sua expectatione sedentem promeruit habere C H R I S T U M. Patres illi veteres prioris testamenti

Maria sua ex peccato anxi salutem nobis pme ruit hoc est Christi adū tu in carne. menti expectauerunt Christum, humani generis salutem. At verò illorum expectatione, non nobis conciliauit salutem æternam, quousque virgo hæc beatissima sua & te docebunt anxi patrum expectationem. Beati, ait, oculi, qui vident quæ vos videtis, & aures, quæ audiunt quæ vos auditis. Amen dico vobis multi reges, & prophetæ voluerunt videre, & non videbunt, &c. Et in libro Canticorum capit. 8. vniuersalem illorum expectationem exprimit Salomon dicens, Quis det te mihi fratrem meum suggestem vbera matris meæ? En tibi sanctorum antiquorū flammantissimum desiderium, Dei scilicet filium in fratrem secundum carnem habere, non illum potentem viribus corporis, aut opulentissimum terrena substantia, aut magnifico se ostentatè apparatu regio, at humile poscunt, qui non terreat, sed mulceat aspectu. Ideo ait suggestem vbera matris meæ. Id est nostræ infirmitatis participem. Etenim qui hæc vbera suggit, parvulus est ille cuius Esaias, meminit Parvulus, datus est nobis. Quantis verò suffusis lachrymis hunc fratrem veneranda illa sanctorum senectus desiderabat, Psalmus ille te docebit, Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur tui Sion: in salicibus in medio eius, illic suspendimus organa nostra. Qui psalmus etiam si Hierosolymorum defleat excidium, & durissimæ captiuitatis illius Babylonicae lamentetur moras: at vero, iustior est quæ ab illis defleatur, humani generis prolixa nostra sub peccato captiuitas. Hæc & dignissima erat equidem, quæ sanctorum illorum prosequeretur lachrymis. Deflebat autem super flumina Babylonicae considentes. Et meritò margines Babylonici fluminis, tenentes flebat, nam super flumina Babylonis sanctorum est considere. Nanque peccatores non supra hæc flumina, immo à Babylonianis fluentis, hoc est à mundanis fluctibus

inuoluti, à mundanis quoque absorbuntur vorticibus. Lachrymas ergo proferebant super flumina sancti patres considentes. Etenim morosa præstolatio, sedere monet: morosam itidem expectationem sanctorum, ut insinuaret David, illos sedere descripsit. Adhæc in memoriam sancti illi deducebant primi humani generis parentis lapsum, illiusque dilatum remedium, propterea amare lugebant. Sed quid est quod ait, in salicibus suspendimus organa nostra? Vtique sunt salices arbores infraeustos & frondosæ, quare nihil per illas aptius adumbratur, quam ceremoniarum illa antiquarum ampulosa pompa. Neminem nanque lex duxit ad perfectum. At verò in ceremonijs istis sancti patres suspendebant lamentatoria organa. Etenim legitimis ceremonijs illis tantisperdum Christi expectatio præsens extaret operose vtebant, & rectè: erant nanque ceremoniae illæ tanquam umbræ, & imagines iustum iustorum Christum quo ad licebat affabré delineantes. Erat nanque lex illa tanquam parvolorum pædagogus cautissi Lex pedagogus. venturi Christi instituens. At verò quanlibet gemebunda fuerit hæc patrum de virtu domino expectatio, nihil effecit, quo usque virgo Deifera dominum expectauit quoque, & patrum gemitibus suas quoque iunxit fœlicissimè preces: & exaudita est à Deo pro sua reuerentia. Ut germanissimè illud Psalm. 39. decantare possit, Hebr. 5. Expectans expectauit dominum, & intendit mihi. Illi nanque intendit Deus pater, quippe quam in filiam suam se legerat, & in matrem æterni sui verbi deputauerat, & in Spiritus sancti sponsam, ab æterno, & ex antiquis ordinauerat. Vox igitur illa virginis quam intentissimo fundebat animo, cito volavit ad æthera, Miserere sci licet nostri domine, quæ te expectauimus. Quasi clarius enuntiasset, non expectauimus ô domine terrena huius seculi substâtiā, aut sapientiam, aut honores: sed te ipsum estuantissimè expectamus, vt morosæ vi-

Esaiæ. 9.

Psalm. 136.

Locus psalmi exponit.

Galat. 3.

Hebr. 5.

Patrum sanctorum antiquis quæ expeditio.

rosæ videlicet captiuitatis nřæ sub Sata-  
na, iam dissoluas vincula: & nomen tuum  
iam diu gentibus occultum, in orbem vni-  
uersum manifestes, & vt diuino sanguine  
tuo, nostras laues animi & corporis sto-  
las, ex qualotione niuem in cādore super-  
abunt. En tibi qđ patres expectabāt, quid  
etiam virgo hāc gloriofa expectabat, ne-  
q; inaniter. Nā impetravit festinō quod  
desiderabat. Vox tururis, dixit Salomon,

Cantico. 8. audita est in terra nostra: fucus  
protulit grossos suos, vineæ florentes de-  
derūt odorem suum. Quæ alia turtur hāc  
vociferans gemēdo, nisi virgo Maria clā-  
reprecabātur Christi mans meditando: quæ obnixè, & anxijs  
aduentum. plusquā credi potest suspirijs, intētissimis  
ad Deum porrectisq; precibus, hoc vnu  
assequi contendebat, vt scilicet iā Dei ver-  
bum dirumperet cœlos, & veniret, vt sal-  
uaret hominē, quem de limo formauerat.  
Et quātū datur ex cōiectu nobis assequi,

hāc vel alia similia quæ subdam erūpebat  
virgo verba. AEquū est ò Dñe vniuerso-  
rū q; clamorē Sodomorū & Gomorrhæo-  
rū, ad vindictā nefariae gētis aduertisti, &  
descēdisti pœnas protinus de malefactis  
sumpturus, vt clamores quoq; sc̄tōrū tuo  
rū priorū, & meū modo tu exaudias, pro-  
perè vt descēdas de regalibus sedibus tuis  
nřa visurus, & miseras humanas leuat-  
rus. Siquidē pronior tu es admiserēdū, &  
parcēdū, quā ad vindicādū. Introeat ergo  
in cōspectu tuo gemitus cōpeditorū illo-  
rū, qui in sinu Abrahæ ex multo iam æuo  
cōditi sunt. Neq; solū horū preces at pre-  
ces etiā sanctorū, qui vitā hāc tēporalē de-  
gūt tuas volēt ad aures: vt viuorū & mor-  
tuorū precibus flectaris descēde iā, ne mo-  
reris propter temetipsum. Dilatio nanq;  
damnum habet grauissimū & mora peri-  
culū instatiū. Ecquid Dñe tādiu tuū  
furorē protēdis? Tibi iā sufficiat nos (nřis  
exigētibus malis meritis) tua iā pridē or-  
basse salute, muta iā sentētiā, & ostēde iā  
misericordiā tuā. Parce obsecro tuo iusto  
furori, ne effundas iā irā tuā diutius. Sed si  
cut gallina congregat pullos suos subalis,

congrega nos subalis tuæ expectatissimæ  
crucis. Pasce nos iā carne tua, & pota san-  
guine tuo, vt tāta vegetum alimonia neq;  
angeli sancti tui neq; dæmones hominē  
pauperculū, & misellū, amplius despiciāt  
vt haec tenus despexerūt. Taliaq; virgo fa-  
& nuntius celso veniēs olymbo angelus  
Gabriel, virginī astans illa saluberrima  
verba promit, Aue gratia plena Do-  
minus tecum. Quod scias virgo nobilif-  
sima. exaudita est deprecatio tua, in cœle-  
sti aula tuæ resonāt voces: ò benedicta gra-  
tiæ inuentrix non temere non inahiter  
Deū p̄ræ excelsum precata es. Ecce enim  
cōcipes & paries in vtero filiū, quem tu  
expectasti veraci spe, & veteres omnes  
patres ab exordio mundi plena fiducia ex-  
pectauerunt: in manibus adest. Te expe-  
ctabat enim huc vſq; ò virgo diuina Dei  
sublimis misericordia, vt precibus tuis sp̄ō  
te inclinata, expectationi p̄fensi & anti-  
quæ annueret. Propter gemitū pauperū,  
& miseriā inopum nunc exurgam dicit  
Dominus. Non confunderis ò virgo ab  
expectatione tua. Nam quæ est expecta-  
tio tua, nisi Dominus, qui etiam est expe-  
ctatio gentium? Non solum aderit extra-  
te quod expectabas, quin etiam habes il-  
lud idem in mēte, habes in vtero. Tu ipsa  
concipies, & paries, quod anxiè expecta-  
sti Dei verbum. Nam in te mirabiliter ca-  
ro fiet, & per te cunctis non parcē donabi-  
tur mortalibus. Beata es tu, quæ credidisti  
quia in te perficiuntur cœlestia, & rarissi-  
ma & nusquam visa sacramenta: quale est  
quod Dominus omniū ipse sit filius tuus.  
Hæc ille. Rectè igitur sancta Dei ecclesia  
huius festi antiphonas ab O, litera incipit  
canit enim, ò Emmanuel, ò oriens, &c. Et  
enim, ò, expectantis & optantis est inter-  
iectione. Neq; solum hodie expectatio vir-  
ginis celebratur, quim etiam & sanctorū  
patrum: qui multis retroactis temporibus  
Messiam vnicè expectabant. Quorum ut  
diximus illa elegans erat oratio, quam in  
nostrum prothema usurpauimus: videli-  
cet illa, Miserere nostri Domine: te enim

Cantico. 8.  
Gabrielis o-  
ratio ad Ma-  
riam.  
Lucæ. 1.

Psal. 118.]  
Psal. 38.

Gene. 49.

Lucae. 2.

Cur ecclē-  
sia antiphon-  
nas in festi-  
uitate hac  
expectatio  
nis ab ò inci-  
pit.

expectauimus: tu esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in die tribulacionis. At qui quis nō stupescet, si secum voluerit quantis annorum curriculis hæc de Christi præsentia in carne dilata est expectatio. Evidem non temerè sed ineffabili Dei consilio factum puta, ut quò diuturnior esset expectatio, eo capaciores tanti faceret hominēs aduentus.

*Cur Deusdi latavit tot seculis aduē tam suum.*

Quæ enim vltro conceduntur, non tanti sunt, quāti ea, quæ summis comparatur votis. Nitimur enim ad ea, quæ nobis non facile concedūtur: & frui negatis maximè cupimus. Nā vltroneæ merces putent, vt proverbio celebratur. Vis autem adhuc discere quam anxijs, quamque cupidis sancti patres erant Christi præsentiaz, quantumque morosa dilatio, illorum incendebat desideria? Esaiam lege cap. 59. Illorum desideria promens, Rugiemus, ait, quasi vrsi omnes, & quasi columbae meditantes, gememus: expectauimus iudicium & non est: salutem, & elongata est à nobis. Vtique expectabant iudicium, nam Christum iudicē prestatabant & salutem: quia ipse est salus humani generis. At hæc dum protelarij gius aduertebant, & diutius quam provotis elongari, idcirco sancti patriarchæ & prophetæ gemebant quasi columbae, quæ gemitibus pro cantu fungunt: & rugiebat velut vrsi raptis catalis. Quæ omnia incredibile desiderium & flagrantissimum, de Christi aduentu fuisse olim demonstrant.

*Gala. 3.* Itidem & terram Palestinorum quam Abraham promisit Deus multis distulit æuis, per quadringentos, & amplius annos illā nō tradēs in possessionē Hebræis. Nō qā Deo operosum est subito præstare, quæ pollicetur, qui omnia sub sua habet ditione posita: sed eō (vrprædictimus) Deus hoc habet in morem, magnifica sua promissa non de repete exhibere, ut nos in officio detineat: & ipsa mora accendat affectum: & feruidior affectus, nos digniores ad proxima recipienda reddat. At vero quod Petrus ait, 2. cano. cap. 3. Non tardat Deus, pmissionem suam, non pugnat cum eo,

quod haec tenus differui, Deum promissa sua magnifica differre. Petrus nanque inibi sub promissionis nomine pœnarum miseras subintelligit: vt ipse qui consequitur contextus facile demonstrat. Subdit enim Sed patienter agit propter vos, nolens aliquem perire. Plerique nanque sunt qui sibi applaudunt vitijs, quod si illorum deterremus vitia, sempiternas minando pœnas longe sitas esse pœnas & tardissime adfuturas obijciunt. Quos sane elidit prædictus Petri sermo: cui concinit Dominus.

*Locus Petri exponitur.*

*Lucas. 11. Matth. 14.*

Qua hora, inquit, non putatis &c. Patres ergo illi ad Deum clamabant dicentes, Domine miserere nostri: te enim expectauimus, tu esto brachium nostrum. Beatissimaque virgo, desiderijs omnibus ex sua expectatione fecit satis. Porro autem quia iam diu expectatam vniuersorum mortaliū æternam salutem, coram habemus, solum supereft dare operam, vt illam nobis conciliemus. Frustra enim æterna Dei salus adeft illi, qui ea nō fruitur. Sicut morbum letalem patiēti, quid prodest præstantem coram te habere remedium, si sibi non admouerit? nihil sanè. Vniuersa nāque, quæ agunt per contactum agunt. Iam ergo quia natalis Domini imminet, qui nostri animi morbis medicamentum est saluberrimum, nostra illi opus factō est vt paremus promptissimè corda. Parabimus autem si per fidem synceram, & ferventem charitatem natalia Domini tangamus. Nam tunc demum nobis coeleste erunt pharmacum. Nam non exigua cordia esset priscos illos patres expectatione tanti natalis accēdi, & nos illius præsentia torpere. De somno igitur peccatorum lethargico, surgamus, ocyus quia prior est nostra salus quam cum credidimus. Iam iam enim aduentat Dominus iam præsto aderit. Nanque cito in præsocio Bethlehemito diuinam celsitudinem per fidē collocatam videbimus. Et tandem ipso opitulante reuelata facie gloriam pueri Ch̄ri in præsocio iacētis in cœlesti nudē cōtēplabimur patria, quam &c.

*Quidquid a git, agit per contactum.*

*Rom. 13.*

*2. Cor. 3.*

*Apparenſiſcriptura collatio tolli tur.*

DILV-

# D I L V C I D A T I O I N

## Esaiae Caput.34.



*Ccedite gentes.<sup>a)</sup>* Splendida sermonis amplificatione omnia, quæ cœli cōtinentur ambitu ad attentionem suorum verborum prouocat vates noster: ut ex ipsa prouocatione aliquid porteto sum, & stupendū suspicemur dicturum. Gentes igitur, & populos attentos reddit: neq; hoc cōtentus, terrā, & quæ cōtinet, orbemque totū etiam insensata germina terræ, ut audiant quæ ipse denarratus est, incitat. At vero quis sit huius cap. scopus, Hebrais & catholicis consensus non est. Etenim illi aduersus ecclesiam catholicam perfidè interpretantur, ut Hierony. autor est. Vocant namq; ecclesiam Iesu Christi Hebrai Idumæam: & illam Danielis bestiā quartā, Romanū credūt impiū dissipadū per Messiā, quē ipsi adhuc despiētes expectāt. Catholicis autē qui busdā cōtra visum est, imo per Idumæam subaudiendā esse synagogā, quæ mysticè Idumæa est, ut Christianus populus mysticus Iacob, aut Israel Dei est. At vero per Chaldaeos, & per Romanos, deuastata est synagoga Iudeorum & pessima data, id quod nō minimo stupori est. Cōsidera enim mihi qualiter populus quondam Deo gratissimus quem elegit sibi in peculium, ex vniuersis nationibus, lapsus adeò est à diuina gratia, ut nihil iam illo sit cōtemptibilis. Haud dubium nisi stu-

Vaticinium  
cōtra Idu-  
mos.

Danie.4.

Gala. 6.

Accedite Gentes<sup>a</sup>, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omnē germen eius. Quia indignatio Domini super omnes Gentes, & furor super vniuersam

Scripturis istis oportet, sub genere specie nonnunquā subintelligi: ut per omnes gētes Idumæas subaudiendas, in quas maximē prophetia hæc dirigitur. Neq; temoretur iā superiore sermone Esai. in Idumæos vi brasse propheticum arcum. Etenim quæ alibi breui transcurrit calamo, hoc prolixiore stylo prosequitur. Ut si cōtuleris quæ hoc cōmemorātur capit. cū cōmemoratis. c.21. Sub verbis illis, Onus Duma, perspicuū tibi erit. Sunt Porro diuexati Idumæi à Nabuchodonosore, ut iā cap. indicato tradidimus. Quippe Idumæi, viā per p̄ priā patriā Israelitis fratribus patere noluerunt. In nr̄is autē biblijs vitiosē legitur.

*pidus fueris obstupesces. Harum porrò ex positionum prior est blasphemā, posterior verò, quæ Burgensis est si tropologiā sectaretur ferēda esset. At quia literalē & historicā cōtendit eā esse, & multa in super ex Talmudica doctrina conuoluit, il lam rei ciēdam puto. Meo autē arbitratu aduersus Idumæā hoc cap. vaticinia cōtexit: ut planè literæ cortex p̄ se fert, neq; aliū de cogimur in alium declinare sensum. Quam obrē isipse quē literē vultus do nat sensus amplectēdus est. Et quāquā in omnes promat gētes generalem sermonem, meminisse in*

*Sub genere species in telligitur in scriptura sa crā.*

legēdū, ut Hebraicē legitur. Septuaginta verò super numerū eorū, ediderūt. ¶ *Et tabescet.<sup>c)</sup>* Hyperbolē vītatiſſimā esse in di-

**Hyperbolē inscrip.** uinis eloquij frequenter nos suprà admodumus. Hic ergo vaticinus sermo totus est hyperbolicus. Homines enim insuma calamitate constituti, omnia cum illis finem accipere putant. Ut igitur summā Idumæorum calamitatem insinuat. ¶ *Omnis, ait, militia cœlorum tabescet.* a) Calamitosis enim & cœlum & stellas totiusq; huius visibilis orbis faciem tabescere videt. ¶ *Et complicabūtur ut libri cœli, & militia illorum defluet.* b) Vocabat cœli militiam (visato scripturis sermone) stellas quas dicit dicasuras, non quia decident: sed videbitur Idumæis fortissima pressis angustia universalibi, & mesta esse. Quippe illi sub mœrore nimio demersi nihil iucundum esse ducet. Etenim gustus cholericō aspersus humore, vniuersa amarulēta esse (alioq; dulcissima) iudicat. Ut ergo Baal prophetas, & sacerdotes scriptura appellat, qui nō erāt verè prophetæ, neq; verè sacerdotes,

**Collatio.**

**Loquitur se secundum testimoniū nō loquētiū** vt neq; aliorū Idolorū sacerdotes: ita quoq; cœlos cōplicados, & stellas lapsuras de narrat, nō secūdū veritatē, sed secūdū æstimationē loquētiū. ¶ *Sicut defluit foliū de vinea & de ficu.* c) Sub Autumno enim frigiditate & siccitate obturāte poros arborū, folia decidū: ita stellas decasuras tradit secūdū imaginationē Idumæorū, ut prædi-

ximus. ¶ *Quoniam. a)* Vindictam hanc sumēdā de Idumæis diuinī esse consilij demonstrat. ¶ *Quoniam inebrietatus, ait, est gladius meus in cœlo.* c) Idest decreui apud me in cœlo, Idumæos vehemēter torque re. Hoc enim si bi vult diuinigladij inebriatio: ut alibi tradit, Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meus *Deu. 32.* deuorabit carnes. ¶ *Ecce! Qd haec ten' sub vmbra sermōis prædixerat disertius aperit, cōtra Idu mæā se texuisse* *huc vñq; sermōnē.* Vocat Porro Idumæā populū iterfectiōis meç i. populū neci diuina iustitia mācipatum. ¶ *Gla- dius. g)* idest diuina vltio cruentia est, totaq; sanguine humano madet. ¶ *Incrasat de adipe agnorum &c. h)* Videlicet nō parcer agnis & hircis. Quia proceres, & magnates, & promiscuā plebē oēs inuoluerunt diuinus gladius. Et aptè medullatos, optimates vocat: nēpe qb; multū adest terrenæ substantiæ. ¶ *Victimā. i)* Cædē vocat victimā, q; a victima nō sine cēde fit. Est aut̄ Bosra insignis Idumæorū vrbs, Edon vero Idumæa est. ¶ *Et descendet. k)* Per vnicornes & tauros principes, & magistratus subaudi q; oēs occubēt & prophetat terrā fore irriguā illorū sanguine, & adipe impinguādā. Cruētissimā deniq; futurā Idumæorū cædē subintelligit. ¶ *Quia dies vltionis Dñi. l)* Destina-

uit id est diem Deus vltioni capiendæ de Idumæis : vt vindictam sumat de eisdem quia contenderunt iniuste contra Sion , siue contra Israelitas. ¶ Et conuertentur. <sup>a)</sup> Idest terra Idumæorum in tantam redigetur siccitatem, vt torrentes illius sint quasi pix , quæ est materia promptissima alen- do igni, & humus eius tan- quam sulphur vnde facillime concipitur ignis & ardet. Et ar- dor iste igneus (qui in Idumæa concitat) nō cito extingue- tur: quippe du- rabit longo quo Idumæa deso- latio. ¶ Et. <sup>b)</sup> De- solabitur , in se- ferram futuram

Idumæam prædictit , quæ accolis deua- statis auibus cœli , & bestijs terræ re- linquetur possidenda. Est autem ono- crotalus auis rapax, longo rostro, limo in fixa, horrendum frendens sonum , in- star sonantis cornu. Lege Albertum ma- gnum vigesimo secundo libro de anima- lium historia. At sunt onocrotalorum genera duo , alterum aquaticum , quod limo infigens rostrum , vehementem stridorem edit, adeò , vt asinum rudere credas , vnde & sibi nomen vendicat, Onocrotalus. Instar nanque rudentis a- fini sonat. Aliud autem est syluestre, quod diuersum stridorem emitit. Est porro auis hæc immunda Leuitici vnde- cimo. Onocrotalos autem , Gallia sep- tentrionalis Oceano proxima , nutrit vt Landulphus libro octavo in Leuiti- cum commemorat. Alij non onocro-

talum , sed pelicanum transtulerunt. Est autem Hebræa vox , Caat , quæ auis Hebræis est immunda , & sylvestris, ha- bens vocem & planctum lamentabi- lus est aue lem : quam dicunt esse cuculum & So- pho. tertio O- nocrotalus inter pretatur: quæ o- lori aui, seu cyg- no , dicunt a- uem esse quam simillimam. Est autem Pelica- nus auis solita- ria, pennis ha- bēs incanas, vnde sibi paravit nomen. Septua- ginta vero in- terpretes, Habi- tabunt in ea (e- diderunt) aues, ericij , & corui. Porro Hebræi quod Esaias hīc habet, cipod, a- uem autumant

esse sylvestrem. Alijs vero animal est mo- rans in locis aquosis vt Rabbino Kim- hi, alijs noctua est: nostro interpreti & Septuaginta , Ericius est. Ericius autem docente Aristotele primo de histo. ani- mali. capitulo sexto. animal est aculeis armatum . Aculei verò spiculati sunt, qui vicem habent pilorum , cauernas sub terraneas habitant : & secundum ven- torum differentias sedes demutant. Sunt autem Erinacij genera varia , sunt nan- que etiam domestici Ericij , seu erina- cij. Ibis auis est mansueta , generi ser- pentino solummodo ferox. vt Iosephus qualis sit. libro secundo meminit de antiquitate Iu- dai. capitulo decimo. est immunda quo- que Leuitici vnde decimo. Aristoteles vero nono. de histo. capitulo vigesimo septi- mo. ibidum alias dixit esse albas , alias nigræ pestilentes ser-

pentes volantes prohibent, ne AEgyptum penetrant: veluti pro patria sua pugnam cum illis committentes. AElianus præter hæc quasdam tradidit ibides ex maiori AEthiopia sub alluusionibus Nili, AEgyptum petere, vt serpentes diramor te cōfiant. Legē librum decimum quintum de histo. animali. capitulo vigesimo. Coruus denique auis notissima est, coloris tetricimi, edax cadaue- rum, & multi æui. Porro au-

tem: hæc introduxit vates, vt Idumæa solitudinem, & desolationem, insinuat. ¶ *Et extendetur super eam mensura.* Quasi apertiore agens sermone dixisset, Si architecti voluerint Idumæam reædificare super illam lineam ad perpendicularum ducentes, vana erit mensura. Et perpendicularia erunt in desolationem idest vana erunt. ¶ *Nobiles.* a) Respublica nisi nobilibus viris ornatur subsistere nequit. Ut ergo rempublicam euertendam Idumæorum doceat, ait, Nobiles non erunt ibi. ¶ *Et regem potius inuocabunt.* b) Desiderabunt Idumæi videlicet regni sui restorationem: at inane erit desiderium: quippe restitui non poterit. Omnes nanque principes eius erunt à Deo in nihilum redacti. ¶ *Et orientur.* c) Idest in palatijs magnificis quondam, succrescent vepres, & spinæ & paliurus in munitionibus eius. De paliuro Dioscorides libro primo capitulo. 103. memoriar prodidit frumentum esse aculeatum, & Theophrastus de histo. plan. libro quarto capitulo quanto apud Hesperides paliurum nasci scriptum reliquit. Qui in pabulum seruit ig-

nis. Alij hunc dixerunt esse carduum. atqui sensus variat nihil, siue hoc, siue altero interpretetur modo. Idem nanque illibatusque persistit sensus, Idumæam scilicet desolandam prorsus esse. Et quod subdit, Erit cubile draconum, & pascua struthionū, cum eo dem facit. ¶ *Et occurrent dæmonia.* d) Domus desertas dæmones incolere, ipsa experientia & veridicorum testimoniū fides cōprobant: quos hispana vox,

duendes, ex corrupto vocabulo hoc dæmones appellat, itidem &, trasgos, qui sunt terrifici spiritus, quos lares & umbras & phasmata Latini appellant, qui plerunque desertas reddunt domos. Vehementer enim diuexant ludicris, & nugis, & sèpè gestis senioribus domorum habitatores. At vero Hebræum vocabulum est zījm. At zījm animalia sunt sylvestria, quæ deserta colunt. Quidam arbitrantur lamias esse, alijs vero dæmonia & dracones. Loco onocentauri alia editio vulas legit: tametsi vitiosè legimus onocentaurus: legendum enim est cum onocentauris. Et ita legunt Septuaginta. Occurrent dæmonia, onocentauris & Hebraicè eodem legitur modo. Pro piloso, quod noster vertit interpres, Esaia scripsit, Sahir, quæ dictio pilosum significat: & in plurali numero Sahirim dæmones, aut Satyros vel Faunos, Pilosus ve denotat. De pilosis lege Albertum de historia animalium libro vigesimo secundo. Onocentaurus capite asinino, humanoque corpore fingitur fabulis poetis familiare monstrum. Pilosus vero animal est, partem supremam, quæ hominis

Coruus quid

Paliurus  
Hispanæ  
zebo.Zījm  
dæmones la  
res umbræ  
phasmata la  
miae.

Sahir

Pilosus  
SahirPilosus  
SahirPilosus de-  
scribitur.

minis figuram refert , habēs, posteriore vero aut inferiore, quæ capram refert frontem gestat cornutam: de simiarum genere est, & desertis AEthiopium moratur , vt Albertus loco iam indicato commemorat .

Fauni qui  
qui quoque  
Satyri &  
Syluani.  
  
Fauni vero Sa-  
tyri , aut Sylua-  
ni ( quos delusa  
retulit in Deos  
gentilitas ) cru-  
ribus sunt capri-  
nis , pectore  
autem , & ca-  
pite constant hu-  
mano. vt AE-  
lianu s libro sex-  
to de historia a-  
nimalium capi-  
tulo trigesimo  
quarto. memi-  
nit. Lamia ve-  
rò iuxta Aristotelem aquatile a-  
nimāl est carti-  
laginosum quin-  
to. de historia  
animalium ca-  
pitulo quinto.  
quanquam non  
de huiusmodi  
lamis Esaia s est

Lamiarum  
duo sunt ge-  
nera.  
  
Strix quid.  
  
intelligendus. Nam illa animalia com-  
memorantur , quæ Idumeæ vastitatem  
subindicent. Nam depulsi Idumæi cef-  
serunt locum animalibus istis deserta lo-  
ca, aut solitudines amantibus. Lamiā au-  
tem esse alteram, non pīscem hinc edo-  
cemur , quam descripsit Albertus esse  
ferocem de syluis erumpentem, magno  
quæ impetu arbores obtruncantem &  
cum hominibus pugnam committere.  
Lamias denique Chaldaeam regionem  
cicurare commemorat. Alij non lamiam  
sed strigem transtulerunt: cuius Lucanus  
in hæc meminit verba, Quod trepidus  
Bubo, quod strix nocturna queruntur.

At vero Esaia ericij bis commenmit  
in hoc capite indeque ericium secundo  
loco positum non ericium dicunt sed  
vulturem esse. Et dictio , quam primo  
scripsit vates loco , est cipod, & quam

secūdo loco est  
ciphoz, quæ va-  
riatio vocis, & si-  
gnificantie varia-

Cipod & ci-  
phoz, quæ va-  
riatio vocis, & si-  
gnificantie varia-  
tionem insinua-  
re non abre qui-  
spiam affirma-  
bit. At vero con-  
sultis Hebraicis  
dictionarijs , in  
eodem significa-  
to reperitur v-  
trunque vocabu-  
lum. Quapro-  
pter germana  
est nostra trans-  
latio hoc in lo-  
co, quæ ericium  
vertit. Nonnulla  
exemplaria ha-  
bent capoz, & i-  
dem significat.

Quod vero, ait,  
¶Clamabit alter  
ad alterum.<sup>a</sup>) co-  
piam horum ani-  
malium ferociū

defuit, alter al-  
terum non quæ  
siuit: quia quod  
ex ore meo pro-  
cedit , ille man-  
dauit , et spi-  
ritus eius ipse  
cōgregauit ea<sup>c</sup>.  
Et ipse misit  
eis sortem <sup>d</sup>, et  
manus eius di-  
uisit eam illis  
in mensuram:  
vsque in æter-  
num posside-  
bunt eam , in  
generatione et  
generationē ha-  
bitabunt in ea.

subaudit futuram , nam sodalitia habent  
vnum quodque ad sui generis alia. ¶ Re-  
quirite.<sup>b</sup>) Veracia se prophetasse hæc ver-  
ba indicat idest quando acciderit vestra  
desolatio. requirite diligenter & exacto  
studio , librum hunc meum quem Do-  
mini vocat quia dictante Spiritu sancto  
illum scripserat: & videbitis quæ modo  
scribo , verè esse operi mandanda. ¶ Ipse  
Dominus, & spiritus eius congregabit ea.<sup>c</sup>)  
Hæc scilicet trucia animalia in Idumæa.  
¶ Ipse misit eis sortem.<sup>d</sup>) Non Idumæis in-  
tellige ( vt quidam ) sed animalibus iam  
demonstratis intellige. Quasi dicat, sorti-  
bus missis , & veluti funiculis adhibitis I-

AEternū lō dumæam tanquam sorte quadam Deus  
gum æum in scriptura distribuit animalibus istis possidendam  
sēpē denō longo æuo : quod æternum vocat scri-  
tat.

pturæ more. Tropologicam declamatio-  
nem nostram lege ad capitulum vigesimquartum.

# D I L V C I D A T I O I N

## Esaia Caput trigesimum

### quintum.

Vaticinium  
consolato-  
rium gentiū  
hoc caput  
habet & de  
Christo a-  
pertum va-  
ticinum.



**A E T A B I T V R D E-**  
**serta.**<sup>a)</sup> Morem esse diuinū  
superius admonuimus, non  
semel post terriculamen-  
ta, & truces minas : blan-

da & quæ solentur, miscere verba. Etenim  
is ipse, qui terret  
vt iustus, conso-  
latur vt miseri-  
cors, & qui vul-  
nerat, non eò

vulnerat, quo in vulnere gradum figat,  
imo quò vulnus in sanitatem restituat.  
Audistis enim iam quam cruenta fuerit  
capituli trigesimi quarti prophetia, quæ  
deuastationem in gentem Idumæorum  
prædixerat, & sterilitatem fædissimam,  
vastamque solitudinem, adeò vt torren-  
tes prædixerit vertendos in sulphurem,  
sylvestresque denarrauerit bestias, & im-  
manes Idumæam habituras, vt nulli  
hominum pateret ad Idumæam acce-  
sus ? Iam vero hoc capite versa rerum  
facie gentes vniuersas, non minacibus  
deterret sermonibus, imò blanditijs fo-  
uet, & pellicit. ¶ *Lætabitur*, inquit, *deser-  
ta & inua*. Nanque gentes per infide-  
litatem euersæ, in Christum demum cre-  
dentes, lætatae sunt: neque Idumæi ma-  
la solitudinis pristinæ deflebunt: imò fæ-  
licia secula nouæ prosperitatis aduer-  
tes gaudebunt. Sterilitas nanque prior  
in vbertatem conuersa est. Nanque glo-  
ria Libani illis data est, decor carmeli,  
& saron. Porrò caput hoc ad tempora  
Christi esse referendum nullatenus du-  
bites. Etenim quod cæci videant, & sur-

di audiant, nullis prophetarum ætati-  
bus gestum aduertimus: nisi sub Chri-  
sto. Vnde Lucæ septimo Dominus, disci-  
pulis Ioannis hoc symbolum sui aduen-  
tus certissimum exhibuit. Euntes(ait)re-  
nuntiate Ioanni quæ audistis, & quæ vi-

Lucas est E  
saia exposit  
tor.

distis: cæci vi-  
dent, claudi am-  
bulant &c. Et  
Matthæi. 15. il-  
luminationē iti-

dem cæcorum legimus. Et rectè Ioann.  
nono cæcus dixit, A seculo non est audi-  
tum quod quis aperuit oculos cæci nati.  
Esai. autem ait hoc loco, Tunc aperi-  
entur oculi cæcorum, & aures surdorum  
patebunt &c. Ut iam citra controuer-  
siam Esaiæ prophetiam dominica hæc  
nostra aspicere tempora, credamus,  
Quanquam non me fugit Nicolaum  
ad Synagogam hæc quæ dixit Esaias de-  
flexisse. Synagoga enim post solutam  
captiuitatem Babyloniam non tam flo-  
ruit, quam prius ante captiuitatem flo-  
ruerat. Etenim vt idem ex Hebræorum  
commemorat placitis, sub templi re-  
stauratione ignis ille desiderabatur per-  
petuus, qui ardebat in altari Domini;  
qui etiam si sub dio esset, & aquis cœ-  
lestibus perfunderetur viuus alioqui per-  
sistebat. Rursum arcam illam glorio-  
sam testamenti secundum templum ne-  
sciuit. Rursum reges paucos, & pro-  
phetas habuit, quos multos habuit Iu-  
dæa ante captiuitatem. Rursum vñctio  
sacerdotum cessauit sub templo secun-  
do: sub quo ex regum, & ducum insti-  
tuto

Populus He  
braeus à ca-  
ptiuitatem  
tam floruit  
quam ante  
floruerat.

ignis alta-  
ris.  
Arca scde-  
ris.  
Reges pau-  
ci & prophe-  
te.

Victio sa-  
cedotalis.  
Responso-  
ri ablato.  
tuto sacerdotes instituebantur: non ex  
unctione. Præter hæc quoque responsa  
non edebantur à pontificibus vt olim.  
Quia lapides illi qui fulgore insolito Dei  
placitum ingerendis, à gente illa præmon-  
strabant, fulgo-  
re illo vatidi-  
co orbati fuere.  
Propter hæc igi-  
tur, & alia præ-  
clarissima, qui-  
bus priuata erat  
Iudaica gens, &  
quæ erat vt mœ-  
rore nimio es-  
set cōfessa: quæ  
mœrorem vt à  
Iudeis decutiat  
Esaias ait, *Læ-  
tabitur deserta.*

Veruntamen si hoc quod Esaias dixit ad  
Christi deducatur tempus, non con-  
tendo si de synagoga, an de gentilitate  
sermo vertatur propheticus. Tametsi vt  
dicere cōperam gentili nationi aptissi-  
mè vniuersa huius capituli verba con-  
cinunt, quæ vtique deserta erat, à noti-  
tia veræ, sempiterne quæ deitatis, & inuia,  
quia Deo non patebat. Hæc lētata est  
sub Christo. *Aectorum. i. 3.* Gentes autem  
gauisæ, & glorificabant verbum Domini.  
*¶ Sicut lily floruit. a)* Lilium enim  
flos est aspectui iucundissimus, & olfa-  
ctui gratissimus. Gentes autem conuer-  
sæ ad Christum, odorem sanctitatis suæ  
mirè in orbem sparserunt. Est autem vox

Gentes ista  
ta sunt sub  
Christo.

Habazaleth  
quid He-  
bræis.  
Tautologia  
in scriptu-  
ra.

Hebraica, habazaleth, quam quidam ro-  
sam esse dixerunt. Cæterum (vt breui-  
rem expediamus) dictio hæc, quæ Can-  
ticorum. 2. habetur, & itidem eadem hoc  
loco, lily suauissimè spirans, aut flo-  
rem sonat Hebræis. *¶ Germinans ger-  
minabit. b)* Diximus tautologiam hanc in  
scripturis vehementiam denotare, vt hoc  
loco germinans germinabit, idest, plu-  
rimum germinabit, quia Ecclesia Iesu  
Christi (quæ ex gentibus maximè col-

lecta est) sparsa est in totum orbem. Nam  
in omnem terram exiuit sonus eorum.  
Messim, ait, Dominus multa est opera-  
rij autem pauci. *¶ Gloria Libani. c)* Pul-  
chritudinem Ecclesiæ Catholice, virtu-  
rum fertilitatē,

& spiritualium  
bonorum uber-  
tatem verbis i-  
stis Esaias insi-  
nuat. De Liba-  
no autem, Car-  
melo, & Saron,  
nos super mul-  
ta demonstrau-  
mus. Loca erāt  
nanq; pulcher-  
rima, & amœ-  
nissima, & fe-  
racissima, ideo

per visibilia hæc ad internas animi do-  
tes nos promouet Esaias. Propterea il-  
lorum meminit frequenter locorum. Et  
demum omnis decor & gloria Iudaici  
populi, translatus est in populum no-  
num, Christianum renatum ex aqua &  
Spiritu sancto. Est enim templum splen-  
didius, apud nos & altare nobilior, & sa-  
cerdotium dignius, quam illis erat: qui-  
bus omnia contingebant in figura. *i. ad*  
*Corinthios. 10. ¶ Ei videbunt. d)* Etenim  
Apostoli, & discipuli Christi viderunt  
gloriam Domini. Nam Christus splen-  
dor gloria diuinæ est: & figura substan-  
tiæ eius. Et tandem fideles omnes, per  
Christum deducendi sunt vt diuina fru-  
tur beatitudine. *¶ Confortate. e)* Vbertatē  
spiritualium bonorum proposuerat, quid  
super erat nisi doctores Ecclesiæ qui fue-  
re Apostoli, & successores animatos red-  
dere, vt cœlestem thesaurum homini-  
bus elargiendum ipsi proponant, & ani-  
mum cunctis hominibus adjiciant verbo  
suæ prædicationis, vt ita gētes audiissimis  
illū excipient mētibus. *Confortate (ait) ma-  
nus dissolutas:* quippe contra Christi Eu-  
gelicam gratiæ, mūdus & Satanæ pugnat.

Quapropter infirmus s̄pē languescit homo , ne tanti thesauri capiat utilitatem: & pusillanimis denique homo est qui-uis, vel fortissimus hominum ad cœle-stia capessenda: quippe quæ sublimiora sunt quam pro captu nostro.

Ideo ut procul depellamus ti-morem. Noli-te (ait) Domi-nus timere pu-sillus grex, quia complacuit pa-tri vestro dare vobis regnum.

*Lucz. 12.* ¶ Ecce (subdit) deus vester(hoc est Christus) ad ducet ultionem retributionis. a)

*Auctor. 17.* Quia ipse iudi-caturus est or-bem , & malos male perdet: & vineam suam lo-

*Matth. 21.* cabit alijs. Ipse veniet & salua-bit fideles suos, cæteros perdet.

Et cum venerit aperientur cæcorum oculi. &c. ¶ Quia scissæ sunt in deserto aquæ: & torrentes in so-litudine. b) Accipe apertius, cessabit illa antiqua sterilitas , quæ torrentes aquarum in sulphurem vertebat:imo iam con-tra erit. Scissæ sunt enim in deserto aquæ: & torrentes in solitudine. Nam fons sa-cer baptismi (qui cœlestem aperit ianuā) in gentes deriuatus est: & Spiritus sancti

*Auctor. 10.* gratia etiam in nationes diffusa est. Et quod sequitur, eiusdem quod dixerat de baptismo gratia repetitio est. ¶ In cubili-bus. c) Si dracones incolæ sunt terræ, planè exitium terræ sunt, quippe impedimentoo sunt, ne ab hominibus regio habitetur. Hoc exitium Idumæis prædixerat ca. pro

ximo venturum. Iam vero hoc sub Chri-sto esse abstergendum malum, modo tra-dit. In locis, ait. ¶ In quibus accubabant dra-cones, orietur viror calami & iunci. d) Idest, loca quæ nimis arentia erant, & noxijs be-stijs in accubi-tum apta, erunt irrigua , & or-nabuntur iuncis , & calamis.

Et quia in Ec-clesia catholica est via, quæ du-cit ad æthera, extra quā non est via: sed præ-cipitum , pro-perea subiecit.

¶ Et erit ibi se-mita, & via: & via sancta voca-bitur. e) Est au-té Christus via hæc, qui est via, veritas, & vita.

Hæc ergo via, *Ioan. 14.*

& semita sancta est , & impol-luta: quia Chri-sti doctrina ab omni vacat er-

rore. Et supra dixerat, Hæc est via, am-*Ezai. 30.*

bulate per eam, neque declinetis ad dex-trum , neque ad sinistrum : id quod inibi quoque dilucidauimus. Per hanc autem viam , (quæ est veluti strata quædā regia) stulti siue imperiti , non errabunt. Quasi dixisset hæc via, & peritis patebit, & im-peritis. Vnde Paulus se debitorem sa-pientibus , & insipientibus esse testa-tur. Omnes enim vocat Euangelicagra-*Ad Rom. 1.*

tia & sapientes , & insipientes , ad cœ-lestes obtainendas sedes. Exi ait *Lucz. 14.* citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pau-peres, ac debiles, cæcos, & claudos in-troduc huc. ¶ Non erit. f) Euangelium Iesu Christi nullis peccatis suffragatur.

Ideo

Ideo ait, *Non erit ibi Leo, neque mala bestia.* Euangelici nanque viri, qui secundum Euangelica præscripta suam moderantur vitam, atque mores, cicures & humiles sunt, & mansueti: non ferociunt infratres:

neque tyrannidem exercent. Ab omni deinde declinant malo: & ad omnem bonum fese instruant opus. Ipsi deniq; qui liberati iam à Satana conuer- si sunt ad Christū venient tan-

ibile leo, et mala bestia nō ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti à Domino, conuertentur, et

dem ad cœlestem hanc Sion, quæ est patria nostra. Vbi lætabuntur lætitia sempiterna: & fugiet gemitus ab eis in sempiternum ut præclarè admonuit Domini dilectus discipulus Ioannes Apocalypsis vigesimoprimo. Abserget deus ait lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abiierunt.

# DE SENSIbus TROPOLOGICIS AD Caput trigesimumquintum Appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima, *De faustissima virginis Mariae Nativitate, cuius prothema est. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. Esaie. 35.*



LORIOSA fert animus virginis Mariæ matris & Dominæ nostræ, natalia balbo meo celebrare sermone, rudiq; promere ingenio, vires sanè deficiunt ut tam illustria natalia differere valeam. At augebit Dei gratia, quas negat mea pusilitas vires: donabit ipsa virgo linguam disertam hodie: quippe quam in nata- lium suorum soluturus sum laudes. Imo donabit ipse Christus Mariæ filius: nanque gratissima sunt filio tantæ matris præ-

conia. Quamobrē conatibus nostris ipse aspirabit. Verba igitur nostri prothematistis inter dilucidandū capitolū trigesimū quintū, ad Ecclesiam Catholicam secundum historicum retulimus intellectum. At verò si Ecclesiæ data est gloria Libani, decorq; Carmeli, & Sarō. An non virginis Mariæ (cui? vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias, quæ est mater nostra libera ab omni peccati labe) germanissimè eadē aptabimus verba? Data est enim illi gloria Libani, decorque Carmeli decorata est, & Saron. Est autem Libani celebris montis illius gloria hæc, quod cedris incorruptis

Ad Galat. 4,

ruptis refertissimus longè est. Decor ve-  
Libanus cē rō Carmeli est quod pascuis prædictus  
dris orna-  
tum, Carme-  
līus pascuis  
refertus est,  
Saron virer  
& ferax est  
planities.

est vberimis. Saron vero, quod plani-  
ties est terræ promissionis venusta satis  
refertus est, virore, & fructus non mediocris fera-  
cissima. Quæ vniuersa multò præclarior  
huic virgunculæ, cuius hodie faustissima  
celebramus natalia conueniunt.  
Virgini ergo Mariæ est gloria Libani.  
Quippe quæ cedrorum omnium incor-  
ruptionem, ipsa facile superat, quia nullius peccati macula est infecta: vt in de-  
clamatione de huius virginis candidissi-  
ma conceptione, vbertim me denar-  
rasse memoria teneo. Illi rursum est de-  
cor Carmeli. Est enim virgo hæc locus  
pascuus, & irriguus, quem depastus est  
Dei verbum, caro factum decorque Sa-  
ron. Etenim huius virginis fertilitas, quā-  
ta sit ex ipso fructu discere valebit: est e-  
nim vitæ æternæ fructus, qui alter non  
est nisi Christus Dominus. Decora-  
gitur & fertilis est virgo Maria, quæ no-  
bis hodie ex beata Anna exoritur. Cuius  
exortus est instar Lunæ plenæ in diebus  
suis lucentis: nam sic ista oritur ex ma-  
tre, omnibus vtique Spiritus sancti exor-  
nata dotibus, & mundum vniuersum suo  
fulgore illustrans. Ad hæc gloria Liba-  
ni data est huic virgini, decor Carmeli, & Saron. Neque tam infimè sapias vt  
tecum solum montes illos venustissimos  
reputes, vt existimes gloriam illorum ter-  
renam & decorum, virginem hanc acce-  
pisse: sed in alium montem longe subli-  
miorem, te oportet mentis tuæ conside-  
rationem reducere. At vero quis mons  
altior & venustior, quam pater ipse, qui  
in cœlis est, qui est solus potens, & im-  
mortalis, atque inuisibilis, cui profecto  
Libani vniuersi conferri non possunt ex  
cedrorum immortalitate. Huius autem  
montis gloria, quæ est nisi ille, cuius sa-  
piens meminit, Gloria patris & filius sa-  
piens? Filius ergo Dei patris æterni glo-  
ria est ad Hebræos. 1. Hæc gloria virgi-  
ni concessa est, quando in ea Dei Ver-

Maria in-  
corrump-  
tio  
ne virgini-  
tatis, vber-  
tate mater  
nitatis, viro-  
re virtutum  
potitur.  
Ecclesi. 50.

bum fit caro. Et decor Carmeli, & Sa-  
ron illi donantur: nam cui donatur fi-  
lius nonne cum filio Dei cætera vniuer-  
sa cœlestia donabuntur bona? Atqui huic  
virgini donatus est filius Dei. Expen-  
de iam tu si potes quanta illi cum filio  
Dei concessa sunt bona, & cui tantæ est  
concessa gloria, quis dubitet esse glorio-  
sam? Cui tantus decor est Filij, & Spi-  
ritus sancti, quis non credet esse virginem  
decoram, non vultu carnis solum, id quod  
& plærisque fœminis est commune, sed  
decore spiritus, quo cunctis creaturis vir-  
go hæc præminet. Porrò neimo accen-  
dit lucernam, & ponit eam submodio,  
imo super candelabrum, vt luceat omni-  
bus, qui in domo sunt. Accensa est hæc  
virgo tanquam lucerna micantissimè lu-  
cens, & ardètissimè flagrans in vtero bea-  
tæ Annæ: at non ibi accendebar, vt ini-  
bi diu tanquam sub modio delitesceret,  
sed vt ex materno vtero hodie exiens glo-  
riosa natuitate, collocetur super cande-  
labrum Ecclesiæ Christianæ (quæ do-  
mus Dei est) vt luceat vniuersis fidelibus.  
Architectorum est mos, si fabrefecerint  
exactè & ad amussim quidpiam, post-  
quam fabrefactum fuerit illud, ex tene-  
bris in lucem edere, vt palam re ostensa  
sibi parent ex arte sua gloriam. Fecerat  
etiam supremus ille vniuersorum archi-  
tectus gloriosam sibi domum, virginem  
nempe hanc in visceribus Annæ matris,  
at quia tantæ domus latebat gloria, hodie  
illam ex natalibus, mundo manifestat.  
Quod si cupis scire quam affabré hanc  
composuerit domum Deus, audi loquen-  
tem sapientiam. Sapientia ædificauit sibi Sapien. 10.  
domum, excidit in ea columnas septem.  
&c. Porrò autem quod sapientia ædifi-  
cat, dubio procul sapientissimè ædifica-  
tur. Volue si vacat, aut si poteris vt re-  
ctius dicam, volue huius domus vniuer-  
sam compaginem, & à fundamentis ipsis:  
dispice illam, ad culmina usque, & vide-  
bis domum hanc diuinæ non humanæ, sa-  
pientiae esse opus. Fundamenta nanque  
cuius

Gloria pa-  
tris & filius.  
Prouer. 1;

eius in montibus sanctis, at aīs qui montes  
 sunt isti sancti? Num reges illi clarissimi  
 Hebræorum? num Patriarchæ obseruan-  
 disimi? nū Prophetæ illuminatisimi, vñ-  
 de virgo traxit ortum? Vtq; hæc carnis  
 Maria præ- clara habet virginæ sunt fundamenta, & visibilis ge-  
 fundamēta.  
 generationis exordia. At habet alia spiritua-  
 lis generationis diuiniora fundamēta do-  
 mus hæc, fundatur nanque in Dei sapien-  
 tia, potentia atque bonitate. Hæc spiritua-  
 lis huius dom' ædificij præclarissima sunt  
 fundamenta. At quidquid in potentia Dei  
 radices agit, potens est, vt quod in Dei sa-  
 pientia sapiens, & deniq; quod in Dei bo-  
 nitate optimum. Hæc autem virgo, & po-  
 tens, & sapiens, & optima est. Cuius poté-  
 tiam atque vires, vñus ex progenitoribus  
 virginis huius scribens, multò ante nata-  
 lia proneptis præuidens, ait, Accinxit for-  
 titudine lumbos suos, & roborauit brachiū  
 suum: ideoque lucerna eius non extingue-  
 tur. Brachia vtique robusta præsensit hu-  
 ius puellæ ventura lumbosque fortes, &  
 non solum fortes, quin etiam fortitudine  
 accinctos (idest vndiq; fortitudine obmu-  
 nitos) demum lucernam habituram præ-  
 dixit, quæ tamen tenebris incumbentibus  
 nocturnis non extingueretur. Compen-  
 diario equidem sermone Salomō virginis  
 huius, quæ nobis hodie nascitur, præclaris-  
 sima prosequutus est munera. In lumbis au-  
 tem quis nescit libidinis incentiuā insinua-  
 ri? Siquis autem hoc nescit Iob. 40. legat  
 in scriptura capitulū. Quo loco diabolicas expédens  
 tropologi cè signifi- vires ait, Et fortitudo eius, in lumbis eius,  
 cent. & virtus eius, in vmbilico ventris eius.  
 Nanque vasa seminaria lumbis hærent,  
 vt anathomia perspicuè docet: indeque  
 ceu ex fontibus, quibusdam in testicu-  
 los semen absoluendum deriuatur. Hu-  
 ius tamen virginis lumbi Spiritus sancti  
 fortitudine accincti sunt. Carnis enim il-  
 lecebras non sensit: sensualibus nunquam  
 titillata est irritamentis: fortissimos sanè  
 affequuta est lumbos, quos neque libido,  
 neque libidinis vlla affectit vmbra. Et ro-  
 borauit brachium suum: nam virtus altis-

simi illam obumbravit. Manum enim suā  
 misit ad fortia: & digitus eius apprehende-  
 runt fusum. At aīs, Siccine hæc est sorti-  
 tudo virginis huius, quam celebamus, dī-  
 gitis apprehendere fusum? hoc autem mu-  
 neris ( quippe quod imbecillum est) fœ-  
 minarum est. At vero non de isto vulgato  
 intelligito fuso: cæterum mihi considera  
 fusum lineis vestitum filis, muliebri ope-  
 ra, & inde mētem ad suprema subducito,  
 & cōtemplate Dei verbum, carne ex hac  
 vestitum virgine, & tunc demum fortitudinem  
 incredibilem esse tecum ipse du-  
 ces, hunc apprehendere fusum. Etenim  
 fortia sunt Deum carne humana induere,  
 imo fortissima: ad quæ tamen manus Ma-  
 ria est fortissima. Ex cuius splēdidissimis  
 natalibus, tota hodie congratulatur Eccle-  
 sia. Vtique fusus hic mirabilis est, quem di-  
 giti Mariæ apprehenderunt. Quippe hæc  
 virginem glorioso illo encomio Ecclesia  
 celebrans ait, Quia quem cœli capere nō  
 poterant tuo gremio contulisti. Quod si  
 altius adhuc petimus huius virginis for-  
 titudinem, illam equidem mundo nascen-  
 te commendari, & denarrari legimus.  
 Ipsa, ait, conteret caput tuū. Conterere au-  
 tem Satanæ caput singularis esse fortitudinis  
 quis ignorat? Aspicio ne vt fundamē-  
 tum huius diuinæ domus diuina est poté-  
 tia, quæ Mariam alioqui quantum erat ex  
 sexu fragili fragilem, fortissimam reddit.  
 Vt verè de illa illud celebrare valeamus,  
 Fortitudo, & decor, indumentum eius: &  
 ridebit in die nouissimo. Nam concepta  
 risit, quia sine peccato concipitur: nata  
 hodie ridet, quia Deo gratissima nasci-  
 tur, in vita procedens risit, quippe illibata  
 & impollutam vitam duxit. Est enim  
 virgo hæc via Dei illa, quam hoc capitul.  
 Elaias commemorat. Et erit ibi semita & Capit. 35.  
 via, & via sancta vocabitur. In hac enim  
 virgine fuit diuini verbi semita, & via. Per Maria via  
 hanc enim viam proficisciēs, factus est ho-  
 mo Deus & in terris nr̄is visus est, & cū ho-  
 minibus cōuersatus est. Per hæc viā nō trā-  
 sicut pollitus, & hæc erit nobis directa via  
 ita vt

## Dilucida. & decla.in Esai Prophetam. 38

ita ut stulti non errerent per eam. Sanè nihil pollutionis fuit in virginē hac: directa est via: nihil obliquitatis admisit. Stultis etiā via hæc patet. An non stulti sunt peccatores negligentes domini disciplinam? Istis autem patet via hæc: peccatorū enim est magnificētissima patronia. Ad hanc con fugiunt ut ad tutissimum asylym: est enim refugij vrbs in quam delinquentes fideles se excipiunt, & flagellum inundans diuinæ iracundiae à se diuertunt. Demum hęc virgo risit in die nouissimo, quando corporali per mortem soluta animæ, & carnis compagine, exaltata est super choros Angelorum ad cœlestia regna. Porrò capitu. 33. Esaias virum iustum postquā suis aliquando depinxerat coloribus eum in quā esse, qui ambulat in iustitijs: & loquitur veritatem. &c. Dein quanta sit huius iusti tutela, immunitas, atq; fortitudo sub iunxit. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxonum sublimitas eius, panis ei datus: aquæ eius fideles. Quasi dixisset, Tam im munis hic erit ab omni calamitate hostili, quam ille, qui prærupta, & præexcelta ob tinet loca: ut nos inter dilucidandum ex ponebamus. Quid ergo cęquum est de virginē quæ hodie nascitur cogitare, quæ nō solum iustissima est, imo ipsam concepit iustitiam, atque veritatem? vtq; dicere oportebit in excelsis Mariā sita tenere fundamenta sua, munimentaque saxonū sunt sublimitas eius. Quippe saxis altissimis, & munitissimis circuallata est: quæ sunt Dei potentia, atq; bonitas, ut dudum aiebamus. Rursum idem Esaias in eodē capi. Hierusalem illam terrenam magnificans, Respice, inquit, Sion ciuitatem solennitatis nostræ, oculi tui videbunt Hierusalem habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: neq; auferentur clavi eius in sempiternum. Et omnes funiculi eius non rumpetur: ibi isolū modo magnificus est dominus Deus noster. Locus fluviorum riui latissimi & patentēs non transibit per eum nauis remigum. At quod ille de antiqua Hierusa-

lem protulit, quæ seruit cum filijs suis, de noua hac Hierusalē nos dicamus, quæ est mater nostra Maria, quæ & sursum est, & libera est, cum filijs suis, qui sunt famuli Dei. In hanc igitur nouam ciuitatem, quæ haec tenus veluti sub umbra materni vteri. 9. mēsibus latuerat, hodie vero clarissima manifestatur nativitate, respiciamus omnes. Est enim habitatio huius cœlestis vrbis opulentissima. Etenim cuius est habitator opulentissimus, habitatio quoq; erit opulentissima: huius autem vrbis habitator Deus est, quo nihil opulentius. Hæc virgo est tabernaculum diuinum, quod nequaquam transferretur. Non enim mobile est tabernaculum hoc, quale est & no strum, quod habitat nonnunquam Deus, iam vero peccatum inhabitat. Cæterum istud virgineum tabernaculum, nusquam transferri poterit: sed fixum à conceptio ne in sanctificatione perseverat. Clavi huius tabernaculi Spiritus sancti sunt cōsilia: funiculi, diuina sunt præcepta. Consilijs omnibus diuinis semper hæc acquieuit virgo: & præcepta impolluta seruauit: ne que latum (quod aiunt) vnguem ab illis discessit. Idcirco neq; clavi eius ablati, neq; funiculi rupti fuerūt. In hac solummodo virgine magnificus est Dominus. Nā accepta ex virginē carne, largitus est hominibus Deus munera, secundum magnificētiam principalem. Aperuit enim nobis cœlestem aditum, & ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Virgo hæc præter hęc est tanquam locus, quę vnde flumina vastissima cingunt: ita ut ad illum naues remigum accedere nequeant. Et quales arbitraris torrentes hos esse vastos, amplissimosque gurgites, virginem hanc circumfluentes, nisi torrentes diuinarum gratiarum, fluuiosq; exundantes diuini spiritus, & impetuose alluētes Mariam, & lætificantes eandem, quæ ciuitas Dei est? Quamobrem naues remigum, idest naues omnes, quæ mundanam ferunt vanitatem, per hoc mundanum mare magnum, & spatiōsum, nō possunt, neq;

Maria pec-  
catorū ma-  
gnificētissi-  
ma patro-  
na.

Maria om-  
nibus priui  
legijs iusto  
rū gaudet.

Maria noua  
& opulentis  
fima Hieru  
salem.

Mariataber  
nacolū Dei  
fixum.

Maria om-  
nibus Dei  
cōsilijs mo-  
rigera atq;  
præceptis.

Hester. 1.

Ad Eph. 3.

Flumina  
mudana nō  
potuerunt  
Mariā tāge  
re.

neque potuerunt, ad virginem hanc accedere. Neque naues magnæ quæ trimes neque parua, id est neque peccata magna, aut parua hanc virginem tangere potuerunt. Demum ut cum Esai. rem absoluamus hanc, si iusto datus est panis, & aquæ eius fideles. Mariæ iustissimæ quis panis aliis datus est, nisi panis ille vitæ, qui de cœlo descendit? quem ipsa intra viscera sua veluti pinsit, & coxit, & dein hominibus tradidit comedendum. Aquæ quoque huius virginis sunt fideles, id est stabiles. Etenim nunquā non irrigata fuit cœlesti irriguo, quare Maria fons iugis est scaturiens nobis perennes salutis riulos.

Maria po-  
tens, est pru-  
des, & opti-  
ma.

Luc. 2.

Pal. 118.

Conseruare  
Dei verba  
& conferre  
et opus.

Matth. 13.

¶ At verò nō solum diuina potentia huic beatissimæ domui, huic cœlesti ciuitati, huic denique clarissimæ virgini, fundamentum præstat, quin etiâ & reliqua duo sapientia, inquam diuinaque bonitas. Est enim virgo hæc prudentissima, & optimæ. Legimus enim apud Lucam Maria autem conseruabat verba hæc conferens in corde suo. Atqui cōseruare diuina verba, atque conferre, summæ est sapientiæ. Aiebat enim ille, In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Sunt porrò qui Dei conseruant verba, at non conferunt illa, sunt alij qui conferunt Dei verba, at non conseruant. Verum qui conseruat, vt conferat, omne tulit punctū. Conseruant illi Dei verba sine collatione, qui multa sciunt de agendorum ratione: at vero operi non vacant. Solum in scientia legis Dei gloriantur: non tamen secundum legem se metipso componere nouerunt. Quos Paulus commemorat ad Roma. 2. Sunt alij, qui conferunt sanè & operi incumbunt, At in tempore temptationis recedunt: quos Dominus ex Euangelica se- minis parabola notauit. Nesciunt nanque illi verbum Dei retinere. Qui ergo vtroq; præstant & scientia, & opere, isti demū sunt, qui verba Dei, & conseruant, & cōserunt. At nullus mortaliū extat aut extitit, qui diligentius conseruasset, & pruden-

tius contulisset Dei verba quam virgo Maria conseruavit, atque contulit. Dicito enim mihi obsecro, nū insipies erit, quæ Dei sapientiam inviseribus suis cōcepit, & aluit? Et hoc tibi verbi causa exponam. Si pomū odoriferum manibus versas, vel rosam etiâ ablato pomo, vel flore, manus restat fragâtissimæ: quidquod virgo, quæ Deum & hominem genuit, diuinæ sapientiæ fragantiâ teneat? Et dubio procul ope re pretium erat, vt siquidem prima mulier Heua, vnde omnis iniquitas originem traxit insipiens fuit, atque seducta, testante Paulo. 1. ad Timothæ. 2. Mulier, ait, seducta in prævaricatione fuit, vt virgo hæc, vñ de iustificatio totius orbis nata est (quæ est Christus Dominus) sapiens esset. Et ab omni seductione peccati libera. Est enim hæc mulier illa, cuius Salomon. 31. c. Pro uerbiorū mētionē faciēs, postq; fortē eam descriperat, vt sapientiæ quoq; eadē cōmēdaret, os inquit suū aperuit sapientiæ: & lex clemētiæ in lingua eius. Os quidē suū aperuit sapientiæ. Quippe virginis huius os sapientiam est locuta: neque sapientia maior à quoquam, etiam sapientissimo, eloqui poterat, quam os Mariæ locuta est audi virginis sapientiam. Ecce ancilla, ait, domini fiat mihi secundum verbum tuum. Si sapientiæ est persuadere sapienti, quantum sapientiæ putas esse persuadere sapientissimo, imo ipsi sapientiæ? Id quod virginis verba prædicta præstiterunt. Verbum nanque diuinum (quod est æterni patris sapientia) virginis verbis persuasum est: vt intra eiusdem virginis intemerata se clauderet claustra. Pudoris tamen illibatis signaculis. Aperuit igitur os sapientiæ, & attraxit Dei verbum, vt regius psalmi commemorat, Os meū aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabā. Lex quoque clementiæ in huius lingua virginis. Etenim quia Angelo monenti assensit, & se esse ancillam Domini professa est: clementiam suam Deus omnipotens, hominibus concessit, nobis donans filium suum ex utero. Mariæ hominem

Heua stulta  
Maria sa-  
piens & tol-  
les seductio-

Maria diu-  
næ sapientiæ  
persuasit.

## Dilucida.& decla.in Esai Prophetam. 35

nem factum in sapientia igitur diuina, hu-  
ijs ædificatio virginis radices habet : &  
quod superest tertium ex tribus com-  
memoratis fundamētis, iam tibi per hæc sub-

Maria fun-  
data est etiā  
in Dei boni  
tate.

lucebit. Fundatam scilicet virginem hanc  
esse in Dei bonitate. Nam quæ ornata est  
stabilita est ex Dei potentia, atq; sapiētia,  
haud dubium quin bonitate stabilietur di-  
uina. Est autem bonum autore Aristot. 5.  
Metaphy. quod perfectum est, & docēte  
Dionysio, quod sui ipsius diffusuum est.  
Et vtroq; nomine hæc virgo insigne bo-  
nitatis diuinę participiū habet, & quia no-  
bis edidit saluatorē, nam ab vtero suo lux  
mundi, & vniuersi salus effusa est, & quia  
vnde cunque spectetur, omnibus suis nu-  
meris absoluta est : vt pro thematis nostri

Repetitio  
prothema-  
tis.

verba monebant superius. Gloria enim  
Libani data est illi : & decor Carmeli &  
Saron. Quidquid enim sapientiæ fulsit in  
sanctis Apostolis, quidquid pulchritudi-  
nis, & candoris, in purissimis Dei virginis-  
bus enituit, quidquid fortitudinis, in beatissimis  
Christi Martyribus coruscavit,  
quidquid demum in Ecclesia Dei virtutis  
aut spiritualis vigoris est, omnia in se-  
metipsa aggregat hæc virgo, & in singu-  
lis omnes superat : & in omnibus singu-  
los excellit. Multæ nanque filiæ virtutum

Maria oēs  
sanctos an-  
tecelet.

congregauerunt diuitias: hæc autem vir-  
go supergressa est vniuersas. Hæc igitur  
virgo est, quam cōmemorans Esaias hoc  
capit. ait, Lætabitur deserta, & inuia, & e-  
xultabit solitudo : & florebit quasi lilyum:  
germinans germinabit, & exultabit læta-  
bunda, & laudans: quæ præmisit ante pro  
thematis nostri verba. Vtique deserta vir-  
go hæc est, & inuia, quæ virilem ample-  
xum nescit humanæ quæ libidinis volunta-  
tem, non est experta: idcirco rectè solitu-  
do est. Hæc autem deserta, & inuia viro,  
floruit tanquam lilyum: & germinans ger-  
minauit: quia virginitatis flori germen so-  
ciauit diuinum. Ipsa enim se alicubi florē,  
& lilyum vocat. Ego, inquit, flos campi, &  
lilyum conuallium, quod candidum est.  
Et ipsa rursus se germinatricem esse fate-

Canti. 2.

tur illius germinis, quod germen Domi-  
ni magnificissimum Esaias prædictit  
esse. Ait enim, Ego mater pulchræ dile-  
ctionis, timoris, & agnitionis & sanctæ  
spei. Oculi enim mortalium in hac post  
Deum figuntur virgine: vt det illis spiri-  
tualem escam in tempore opportuno.  
Quapropter ipsa exultauit lætabunda &  
Psal. 144.  
laudans. Cantico enim illo celebri diui-  
nas munificentias denarrans, ait, Magni-  
ficat anima mea Dominum, & exultauit  
spiritus meus in Deo salutari meo. Com-  
modissimè ergo Esaias ad Mariæ natalia  
clarissima celebranda hortatur nos dicēs,  
Dicite pusillanimis (hæc em̄ litera corre-  
ctior est, quam quæ legit pusillanimes) sed  
quid dicendum? Confortamini, nolite ti-  
mere. Ecce Deus vester vltionem adducet  
retributionis: Deus ipse veniet, & sal-  
uabit vos. Etenim huius virginis natalia,  
æquum est, vt humanū genus confortent,  
& pusillanimitas deponat omnis, timor  
decutiat vniuersus: quia nata est nobis  
splendidissima virgo Maria, quæ humanā  
salutem erat conceptura, paritura, & nutri-  
tura. Per hæc vltionem accepit Dominus  
de Satana, & de pompis eius: per hæc deni-  
q; ipse Dominus venit in mundum, & sal-  
uavit nos. Nato autem saluatore, angelii al-  
tisona voce hominibus gaudium præci-  
nuerunt magnum, & Euangelizant Dei  
pacem cum hominibus, quia natus est in  
orbe, orbis seruator: nata quoque puella  
hac beatissima, gaudendum quoq; nobis  
erit, gaudio magno. Quippe ea nascitur  
fœmina, quæ toti orbi salutifera est: & ve-  
luti iam coruscantia Christi natalia, gau-  
dijs & honoribus præuenire oportebit.  
Data ergo est huic virgini gloria Libani,  
decor Carmeli, & Sarō, vt nobis gloriam  
suam, & decorem impariatur. Non enim  
inuida est aut auara, sed suæ gloriæ, & de-  
coris mirè est diffusua: si tamen illam  
nostris precemur precibus, vt pro exili-  
tate nostra, magnifica ipsius libemus do-  
na, nunc per gratiam filij sui, post hæc ve-  
rò per vitam sempiternam.

DE

Epilogus  
priorum.

# TROPOLOGICA DECLAMATIO altera. De beatissima Anna virginis Deiferæ matre dignissima, cuius prothema est.

*LIBER generationis Iesu Christi. Matthæi. 1.*



V O N I A M D E  
Natali virginis regiae Mariæ, declamationem hactenus prosecuti sumus: in qua nō semel de Anna sanctissima foemina (ex qua ipsa nata est) mentionem fecimus, gratum futurum esse candidis lectoribus æstimauit, si propter tantæ filiæ amorem & reuerentiam, matris quoque memoriam, attentissima mente obseruaremus, & decentissimis quo ad licuevit laudibus celebraremus. Et ne caput Esaiae cuius iam Tropologiam denarrauiamus, multa tropologia oneraremus, euangelica libuit petere verba, quæ sunt, Initium sancti Euangeli secundum Matthæum: quæ in celebratione diuæ Annæ secundum morem multarum ecclesiarum congruētissimè decantari solent.

¶ Iam verò, vt propositum thema persequamur, illud in primis mihi de hoc libro cuius thema meminit nostrum scripturo se se offert, primo librum hunc illum esse, cuius inter Ezechieli vaticinia mentionem factam legimus: cui iussit Dominus, vt aperiret os suum & comedeteret, quæcunque Dominus illi comedenda porrexisset. Post quæ subiecit, & vidi & ecce manus missa ad me in qua erat inuolitus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes &c. Et capit. 3. Ezechiem legimus Dominica absoluenter iussa, librum hunc vorasse, eodemque cibatum fuisse. Id quod euangelici libri huius cæterorumque codicum sacrorum typus est. Sacras nanque musas, non philosoporum turba, sed manus de cœlo missa

nobis donat: nam non ex humana autoritate, aut ex humano ingenio, sed Spiritu sancto afflati, scripsierunt sancti Dei homines. Hoc ergo est quod ait, Et vidi: & ecce manus missa ad me. At liber iste, qui est diuina scriptura inuolatus satis & complicatus est, qui ut explicetur diuino magisterio eget, Lucæ 24. Tunc ait, aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. &c. 2. Petri. 3. Petrus in Paulinis epistolis quædam esse difficultia commemorat. Solus ergo is,

qui huius libri autor est, eiusdem est interpres, & illum nobis expadere poterit. Est autem liber hic scriptus intus, & foris: quippe non solum habet historicum sensum quem præfert, quin & mysticum, quem sub historico condit. Demum in eo scribuntur lamentationes &c, vñ, Apocal. 22. Contestor, ait, omni audienti verba prophetarum libri huius, si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas, in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri prophetarum huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Quod vero Ezechiel librum in stomachum suum traxecit, & ex illo alitur, sacroscriptores veram intelligentiam sanctorum librorum habuisse significat. Sacrorum ergo quos veneramur, codicum alter est liber iste generationis Iesu Christi, quem nunc versamus, atque differimus, quem manus de cœlo missa (id est cœleste lumen Matthæum imbuens) nobis dedit. Liber sancte complicatus hic, & inuolatus: etenim sub exteriori cortice verborum, sublimem quandam medullam cōtinet. Habet enim exordium libri huius, Iesum Christum ortum duxisse ex patriarchis, ex ducibus,

*Lege de re  
hac plogū  
posteriorē!  
ad Tomum  
primum.*

*Sacra scri  
ptura liber  
est inuolu  
tus.*

*Sacri scri  
ptores verā  
intelligētiā  
habuerunt  
sacerdōtū scri  
torum.*

**Christus ex patriarchis,** ex regibus, ex prophetis, ex sacerdotibus. Id quod etiam si clarissima fuisse Christi stemmata protestentur: hoc tamē non superat humanam fidem, quod puer vnuſ ex nobilissimo genere originem ducat: quippe quod familiare est infantibus regijs, principumque filijs. At verò, quod ex hominibus Deus, ex creaturis creator, ex peccatoribus iustificatio, ex morte vita, ex morbo medela, ex veneno antidotum, ex captiuitate libertas, originem deriuet, istud est, quod Matthæ. sub cortice literæ in intimis abscondit recessibus, id quod in fronte non promittit. Istud est de nique quod humanam excedit fidem, diuinamq; poscit ut credatur, nempe, quod Iesus Christus qui Deusverus est, vera medicina, vera antidotus, vera hominum libertas, veraque iustificatio, ex captiuis, ex venenosis, ex peccatoribus genus ducat. Hoc ergo ordo naturæ non recipit. Nanque Euangelica lectione demonstrante ex spinis vuas nemo colligit, aut ex tribulis ficus. Vuæ autem, & ficus, fructus benedictionis sunt: quoſ terra promissionis proferebat. Spinæ autem & tribuli peccatiſunt autoramenta. Spinas, inquit, & tribulos germinabit tibi Genesis. 3. Hoc idē ipsum igitur, quod naturæ abhorret conſuetudo, in hoc Iesu Christi generationis libro ex fide cernimus. Ex spinis nanque, & tribulis, botrus ille cypri ſelectiſſimus Christus ex oritur: ut ſcīte dicas in cubilibus draconum, exoriri iam virorem iunci, & calami. Esaiæ. 34. Nam Christi viorem Cantic. 2. Sponsa mirabatur dicens, Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. At malus venusta eſt, & fructiſera arbor: cui aptè Christus comparatur, ut cæteri homines instar ſunt lignorum ſylvestrium: at quis non mirabitſi ex lignis ſylvaticis incultiſ & sterilibus, pulcherrima malus, producatur? Cæterū longè mirabilius eſt Iesum Christum ex peccatoribus ita viris, ut mulieribus, generationiſ ſuæ traxiſſe ſerię. Volute nanque, & reuolue patres Iesu Chri-

sti ſecundum carnem, ſive regia polluerint dignitate, ſive ſacerdotali functi fuerint honore, aut prophetico resplenduerint lumine: de omnibus verè pronunciat Christi ille inſignis præco. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Id quod olim Eſa. ſuo antiquo praesenerat vaticinio. Ego, ait, contaminaui principes vestros. Et demum non eſt homo qui non peccet ſu- per terram: neq; infans vnius diei. Quod ſi adhuc hæſitas, quia ſanctimoniam Abrahæ vereris, & mansuetudinem Dauid ex tollis, & cæterorum itidem patrum integritatem demiraris, dubia tolles ſi diſpiciſ ipſum Dauidem diuino commendatum fuſſe præconio. Inueni, ait, virum ſecundum cor meum: ipſiſſimum tamen adulterij, & homicidiij, maculatum ſordibus fuſſe quis ignorat? Abrahā verò per fidem iustificatum fuſſe ſcimus: at verò ante iustificationem iniulfum fuſſe quis diſſitebitur? Et demum audi Eſai. 43. rem hanç perspicuè docentem. Pater, inquit, tuus peccauit, & interpretes tui prævaricatiſunt in me: & contaminaui principes sanctos. Et ne in re aperta testibus vtamur non necessarijs, Dauid contaminatus eſt gemino crimine, ut diximus, Manasses i- dolatria, ut etiam Salomō, qui dedit ma- culam in gloria ſua: & profanauit ſemen ſuum Eccles. 47. Et quid de mulieribus di- cemus in hac ſerie generationis recenſitiſ? de Bersabee, ſcilicet, de Thamar de Raab, quarum alteram contaminauit adulterium, aliam verò incestus: aliam ve- rò meretricio nobilē fuſſe Iosue 4. legi- mus? An non liber iſte generationis Iesu Christi inuolutus eſt, & profundam re- rum abscondit intelligentiam? Quis e- nim ſi accuratè ea, quæ diximus penſita- uerit, non inhorrefecet, aduertens in proſa pia Dei, & hominis Christi, contamina- toſ fuſſe eiusdem prosapiæ inſigniſſimos patres? Id quod, ut diuinam ſuam Deus in peccatores propiciationem demonſtraret, inſcrutabili disposuit confilio. Etenim ſi iuſtiſſimos quoſque, quos macula nul- la fœ-

Roma. 3.  
Eſai. 43.  
Iob. 25.  
Pſalm. 131.  
1. Reg. 131.  
Roma. 4.  
Genes. 15.

Patiſ Chriſti ſecundum carnem pec- catores,

Quod Chriſtus in carne ex p̄fōrib⁹ deſcedat au- get venit.

la fœdasset selegisset in sui generis maiores, non tantam peccatores venie conciperent spem, quantum modo certo scientes ex peccatoribus Christum carnalem duxisse originem. Quam ob rem liber hic generationis Iesu Christi secundum carnem, liber est regenerationis nostræ secundum spiritum, certissimaque continent nostræ salutis pignora: in ipsoque iacent beatitudinis nostræ principia: & Satanæ habet deiectionem, & aduersus inferi pestiferas portas triumphum, & gloriam. AEgrotauerat quondam piissimus Hebræorum rex Ezechias, morboq; iam conclamato, accedens vates eximius Esaias, salutis spem donat. Quā, vt in animo firmaret regis, solis in horologio ad decem lineas retrogressionem, in salutiferum præstitit signū. Id quod typus est humani ægrotatis gñris: oēs em in Adā pec-  
cauerunt. Huius autē morbi fortissimi nō solum Esaias, quinetiā & cæteri vates hoc certissimum dederūt salutis signum, solem illum iustitiæ ad decimam vsque li-

Roma. 5. Typus ex ponitur ex lib. Regum. Rom. 5. neam, retrocessurum: vt Deus, qui retrocedere nescit, in similitudinem tamen hominum factus, & habitu inuentus vt homo, se exinaniendo retrocessit ad decimam vsque lineam. Etenim natura humana veluti decima linea est, post nouem angelicos choros si numeres, ipse ergo qui superior est angelis omnibus, propter passibilitatem, quam assumpsit modico quam angeli minoratus est ad Hebræos 2. Hæc ergo est retrocessio, quæ in libro hoc generationis Iesu Christi comprehenditur: quæ prosperæ valetudinis secundum spiritum, non solum indicium certum est, sed causa efficacissima. Extat rursum in Esaiæ capitul. 7. Achaz olim ex Sy-

rijs hostibus perturbatum. Venerant enim Syrii cum Israelitis vehementi armorum impetu Hierosolymam debellaturi, cui Achaz rex præterat. Cui rursum paupore nimio perterriti, Esaiæ timorem de pulsurus accessit. Pete, inquit, tibi signum à domino Deo tuo siue in profundum in

De re hac  
lege diluci-  
datione ad  
cap. 4. Esaiæ.

Esaïæ. 3. 8.  
4r Reg. 20.

2. Paral. 3. 2.

Roma. 5.

Typus ex ponitur ex lib. Regum.

Philipp. 3.

Natura hu-  
mana crea-  
turarum ra-  
tionalium id  
cima est li-  
nea.

Loc. Esaiæ  
elucidatur.

fernisi: siue in excelsum supra: victoriam enim regi pollicebatur vates ex diuina gratia, de hostibus reportandam. Achaz vero (quippe qui idolorum erat cultor) victoriale signum abnuit: cæterū Esaias etiam inuito rege, victoriae signum præstat hoc, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Porrò difficilior longè pugna est hominū cum Satanicis potestatibus (quæ iugis est) quam Achaz illa (quæ iam recessit pugna) cum Syrijs, & Israelitis. Atqui liber hic generationis Christi, contra ancipitem & consertissimam cum diabolo pugnam, indubitatam promittit victoriam. Etenim quod Esaias vaticinio prædixerat, virginem concepturam, & parturam, euangelista Matthæus historicè comprehendit. Concatenatim enim de narrans Christi patres secundum carnem, ad Mariam tandem virginem peruenit,

Vide diluci-  
datione ad  
caput. 7.

De qua natus est, ait, Iesus qui vocatur Christus. Vnde scitè admodum Diuus Gregorius euangelium istud lineæ contulit pescatoriæ, quæ supra flumen protensa hamum, & escam in fine gerit, quibus latentes in aqua pisces inescat, & capit. Habet autem calamus hic pescatoriis sua internodia: hæc scilicet, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, &c. Singulis enim generationibus istis, totus hic liber generationis, veluti internodijs quibusdam distinguitur, in fine igitur harum generationum, est tanquam quidam potissimum hamus caro Iesu Christi. Quā tamen putans diabolus verè carnem esse peccati, vt cæteros deuorare illam studuit, suam impendens operam, vt cruci ca-ro Domini affigeretur: & qui deuorare audissimè contendebat carnem Domini, deuoratus à carne domini est. Destru-

Roma. 8. Etum enim est per crucem corpus peccati: & absorpta est mors in victoria sua: & qui prædabatur Satanæ, à Christo deprædatus est. Etenim Christus in cruce moriens vetus Esaiæ uaticinium operi mandauit: In illa die visitauit Dominus, in gladio suo duro, & grandi, & forti, super le-

Initium san-  
cti euange-  
lij secundum  
Matthæ.

linea est pi-  
scatoria.

Roma. 8.

Roma. 6.

1. Cor. 15.

Esaiæ. 3. 5.

uiatham serpente in vestem, & super leuiatham serpentem tortuosum, & occidet cætum, qui in mari est capitul. 27. Est autem diabolus serpēs vestis: instar enim vestis fortissimi cælestis regni ianuam mortalibus obdidit: inuidia enim diaboli, mors introiuit in orbem terrarum: est itidem tortuosus, quia serpens erat callidior cunctis animantibus terræ: est denique tanquam cætus, sub mundanis huius nostræ vitæ fluctibus latitans, & miserans, & funestas hominibus parans insidias. Quem tamen occidit Dominus in cruce moriens: & vestem hunc confregit, cuius confractio indiculum & specimē exhibuit, compendenti enim latroni in cruce dixit, Hodie eris mecum in paradyso, cæterisque patribus suam demonstrans diuinitatem. Videor quoque mihi scalam illam, quam Iacob vidit per quietem Generationis 28. librum hunc generationis referre, aut serie generationis Iesu Christi, est scala quæ terræ de fixa, cælestes tamen tangebat vertices, quæ angelicus versabat ascensus, atque descensus, cuius culmini Deus cœlestis.

In libro generationis, aut serie generationis Iesu Christi, est scala quæ terræ de fixa, cælestes tamen tangebat vertices, quæ angelicus versabat ascensus, atque descensus, cuius culmini Deus cœlestis. Quid enim aliud est hæc Christi aurorum series, quæ scala quædam, gradibus suis distincta? Quid aliud habere terræ defixas radices, quam ab Abraham, & Dauid, veluti à primis progrederi stipitibus. Liber, inquit, generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abrahā. Hos enim duos Abrahā, & Dauid, quasi totius genealogiæ Christi iecit Matthæus fundamēta: Abraham sancè, ut fidei patrem primum, Dauid verò, ut tribus Iuda regem primum, cui & posteris, regiæ dignitatis concreta functio fuit, usque ad Babyloniam captiuitatem. Duo tamen isti, quia homines fuere, terra quoque fuerunt: nam puluis erant, & in puluerem reuersi sunt. Quam ob rem tametsi illustrissima est scala hæc, at in terra radices fixas habet: indeq; in sublime porrigitur, adeò, ut cœlum contingat, imo Dominum cœlorum Iesum Christum contingit. Huius scalæ finis Ioseph est, virginis Mariæ sponsus, infantiae saluatoris nutritor, atque prote-

ctor: unde pater putatiuus Christi, & veleti pædagogus erat. Cui quoque Dominus, suam ætatem puerilem subiecit, testante Luca, Erat subditus illis. Commodè ergo Dominus infantulus, & parvulus, huic nitebatur scalæ termino, aut commodius Christus innixus est Mariæ virgini, quæ Saluatorem progenuit, & eundem lacte suo aluit, & fouit. Hæc enim verè est scalæ terminus. In hanc enim cœlestia & terrestria spectant cuncta. At verò mecum hæc obserua, quia rem tibi planè mirabilem denarrabo, diuinum, scilicet, verbum inniti puellæ infirmæ satis ex sexu hoc est, diuinam potentiam ab humana soueri infirmitate: nam à virgine sacra fôrum est Dei verbum, & pastum, ut rectè dixeris, Deum inniti scalæ. ¶ Quantæ ergo maiestatis sit liber iste si prædicta aduertisti perspicuum tibi esse puto. In illo nanque videre est & Dei humilitatem, ut homo fieret, & nostram exaltationem, ut filij Dei simus. Præter hæc, & nostram victoriā, Satanæque deiectionem, nostriquæ morbi antidotum Matthæus dum (pro sapientiam saluatoris contexit) subindicit. Diximus porrò internodijs quibusdam, ut calamus, & gradibus nonnullis, ut scalam discretum esse librum hunc generationis Iesu Christi. Id quod diuus Matthæus, ut apertius discerneret tribus Tesaradecadibus, aut generationibus quatuordenis, genus secundum carnem saluatoris distinxit. Quarum prima gloriose in Abraham exordium faciens, per reliquos, quos numerat Patriarchas, ad regni amplitudinem, & maiestatem se se promouet: quippe ad Daudem usque clarissimum regem progressitur. At verò secunda Tesaradecada à re gni nobilitate initium capiens, sensim labitur donec regno exautorata in captiuitatem Babyloniam commigrat. Tertia vero ab hac infaustum habens principium, per duces, & pontifices, ad Christū faustissimè progreditur: qui & primæ Efai. 9. Tesaradecidis autoritatem Patriarchalē (siquidem

Diabolus  
qualis ex  
Efai.

Sapien, i.  
Genesis. 3.

In libro ge-  
nerationis,  
aut serie ge-  
nerationis Ie-  
su Christi, est  
scala quæ terræ de fixa, cælestes tamen tan-  
gabant vertices, quæ angelicus versabat ascen-  
sus, atque descensus, cuius culmini Deus  
cœlestis.

Abraham &  
Dauid ge-  
nealogiæ  
Christi duo  
fundamenta.

Ioseph spon-  
sus Mariæ in  
fantæ salua-  
toris nutri-  
tor & prote-  
ctor.

Maria est  
scala cœle-  
stis termi-  
nus.

Prima Te

faradecada.

Secunda Te

faracada.

Tertia.

Efai. 9.

(siquidem Pater est futuri seculi) apprehendit, quam, regiae dignitati (qua fulget secunda Tesebarecas) sociauit. Est enim legifer noster, & rex noster Esai. 33. Quæ duo summo quo functus est sacerdotio, secundum ordinem Melchisedech etiam copulauit. Paulo testante Christus assi-  
stens pontifex futurorum &c. ad Hebr. 9.  
ruinas igitur Iudaici regni Christus repa-  
rare venit. Regnabit, inquit, in domo Ia-  
cob, & regni eius non erit finis: quanquam  
longè fœlicior est humanæ naturæ repa-  
ratio, quam ruina. Etenim ad maiorem  
fœlicitatem sunt promouendi homines  
per Christum, quam fuerit illa vnde dila-  
psi sunt per Adam. Captiuitas rursum a-  
lia est longè tetricior quam fuit Babylonica,  
per Christum relaxata, quæ captiuitas  
est ex laqueis diaboli, quibus humanum  
genus captiuum ducebatur. Denique sa-  
cerdotium Leuiticum, quod antiquabatur  
& prope interitum erat, in suum quæ  
poscebat exitum deduxit: ut ipse esset no-  
uus sacerdos, qui non per sanguinem hir-  
corum, aut taurorum, sed proprium san-  
guinem introiuit semel in sancta. At for-  
sitan non deerit, qui nobis obijciat, Quid  
ergo, si ad leuandam nostræ salutis spem  
Iesus Christus ex peccatoribus ducere ge-  
nus nō dignatus est, cur ergo in secunda  
Thesbarecade tres expunxit Matth. re-  
ges Iuda Ochoziam, Ioas, & Amasiā. Io-  
ram em̄ nō fuit pater Oziæ regis, imo pro-  
auus: Oziæ em̄ pater fuit Amasias. Quod  
si dixeris fortè propter idololatriæ pecca-  
tum, expunctos fuisse prænominatos re-  
ges, librum Ecclesiasti. lege 49. Qui tibi  
indicabit cæteros etiam reges Iuda criminē  
commisisse subintellige idololatriæ exce-  
ptis Dauide, Iosia, & Ezechia. Quidquid  
Achaz non expungitur, à serie auorum  
saluatoris, qui foedissimè alioqui ad ido-  
lorum cultum dilapsus est, ut etiam Ma-  
nasses quem tamen in hoc libro recentiū  
legimus. At verò ex libro. 4. Regum me-  
minisse oportebit, traditum esse, Ocho-  
ziam, cum genere Iezabelis impiissimæ

genus iunxisse. Quapropter in ultionem  
impiissimæ fœminæ proles à prosapia sal-  
uatoris excluditur, vique ad terram gene-  
rationem. Hierony. Consule eōment. ad  
Matthæum, & Hylarium in canone Mat-  
thæi: cæterosque patres, scriuerunt. Aduer-  
te tamen Iezabelēni non solum hoc no-  
mine impiā, quia cultrix idolorum, quin  
etiam, quia illi infestissimum erat diuinū  
numen prophetasque Domini, odio fu-  
nestissimo prosequebatur, ut de Elia ma-  
nifestum est, & regum annalia hoc per-  
spicue demonstrant. ¶ At verò scio mihi occinetis, Quorsum  
hæc tam prolixo repetita principio? vi-  
tique, satis ad rem hæc dicta esse puta. Ete-  
nim de genealogia saluatoris Christi ver-  
ba facimus: hanc autem genealogiam, ex  
Maria matre habet Christus: & ex Anna  
Mariæ matre dignissima. Ad Mariam au-  
tem non deductum est filum prosapia  
Christi secundum carnem. Quippe He-  
braici moris est, non ad fœminas, aut per  
fœminas genus deriuare, sed perviros. Cę-  
terum veritatis est catholicæ, per Mariam  
Annamque non per Ioseph Dominum à  
patribus iam prædictis, originem dedu-  
xisse. Et vtique hæc Anna multa laudum  
celebratione est prosequēda: quippe quæ  
fuit tanquam oliua fructifera in domo  
Dei, & sperauit in misericordia ejus. Fru-  
ctifera sanè oliua est Anna, quæ genitri-  
cem Dei peperit, per quam reconciliatio,  
& diuinæ gratiæ oleum humano generi  
paratum est: & sperauit rursum in miseri-  
cordia Dei. Etenim Anna iam grandæ-  
ua, & fructum ventris desperans, virgi-  
neam prolem obtinuit, ut ventris fœcun-  
ditatem, non prolificæ suæ naturæ ascri-  
beret, sed Deo acceptā ferret. Ambo nan-  
que coniuges & Anna, & Ioachim, iam  
in diebus suis processerant, qui parentes  
fuerunt virginis. At dominus etiam si  
tardè illis prolem concessit, tarda tamen  
proles hæc longè amplius parentes illu-  
strat, quam cæteræ omnes citissimæ pro-  
les. Tu historiam huius rei apud Lipoma-  
Tom. 2. P 3 num

Mos Hebreæ  
us in recen-  
fendis genea-  
logijs.

Anne lau-  
des.

Psalm. 51.

Legifer.  
Psal. 150.

Hebr. 7.

Luce. 2.

2. Timo. 2.

Hebr. 9.

Adverte du-  
bitationē.

1. Parali. 3.

4. Regū. 8.

Notandum  
bij motis  
latio.

## Dilucida. & decla.in Esai.Prophetam.

num lege. Legimus porrò Annas plerasque præclarissimas foeminas, diuinis celebratas eloquijs, vt matrem Samuelis, & vxorem Raguelis, & vxorem Tobiae senioris, & euangelicam Annam, quam Lucas commemorat, quæ interdiu, & noctu, à templo non recedebat Domino gratissimas effundens preces. At harum nulla nostræ Annæ conferenda est, quippe quæ auia extitit saluatoris Christi; cuius uterus instar paradisi fuit, in quo platum est lignum viræ, quod est sacerrima virgo Maria. Quapropter & ecclesia maior Annam prosequitur honore, quam Ioachim virum eius. Nanque etsi ambo virginis parentes extitere, quæ tamen tulit virgin-

nem, quæ aluit Anna fuit. Quam ob rem ut coniunctissimam virginis matrem, ecclesia summis extollit laudibus. Nam quo maior cum virgine coniunctio est, eò major cum Christo societas habetur. Idcirco & beatior est Anna hoc nomine, quam vir eius. Congruè igitur virginem hoc celebremus eulogio: Beatus venter, qui te portauit & vbera, quæ suxisti. Et quod mulier illa in dominum retulit, matrem eius Mariam beatificans, nos quoque in auiam domini referamus: et si ita matris, Ut filiæ ois beatitudo, à beatitudinis fonte Chro deriuat: earundemque nos precibus ardētissimis efflagitemus consortium, ut Chri beatitudine tandem fruamur, quam &c. Lucæ. 1.

Finis Libri Quinti.

# DILUCIDATIO NUM ET DECLAMA- tionum tropologi.in Esaiam Prophetam.

LIBER SEXTVS.

Dilucidatio in Caput trigesimum sextum Esaiæ.



*THE FACT VM EST<sup>a</sup>.*

Frequenter superius stylo prophetico vt̄s Esaias, obſidionem, & liberationem, à tyrānide Sēnacherib præ dixerat: nunc verò prophetiam in histo- riam cōmutat, vtrvaticinia prio- ra vera testetur esse: id quod no- bis, & noui con- dendī bibri oc- casio fuit. His- tōria porrò, quam h̄ic enarrat ī ge- stis quē denarrā tur. 4. libro Re- gūm. 18. Et 2. Paralipo. 32. ha- betur. Fuit autē Sennacherib Is- raelis hostis tru- culētissimus, an- te quem, & alij Assyrii Israelis etiam hostes ex titēreimmānes. Sub Manahem enim Israelis re- ge Phul Assy- riis decem deuastauit tribus. 4. Regū. 15. Sub Phace filio Romeliae Teglatphaasar ibidem. Sub Oseæ rege Israel Salmanassar 4. Reg. 17. Sargon rursum expugnauit A-

zotum Esaię. 20. Hieronymus quoq; Asa- rhaddom refert esse regem illum Assyriū qui traduxit de Babylone & de Cutha, & de Aua, siue Ahiaath viros, quos collocauit in ciuitatibus Samariæ, qui sufficerent locum filiorum Israel. At de Asarhaddon

Esaię. 38. tra- tur filium fuī- se Sennacherib. Post quos sub Ezechia Sēnache- rib grātius est Iudæam prouinciam, & depo- pulatus est eam, vt hic narrat E- sias. Una nan- q; excēpta Hie- rosolyma, cæte- ras cepit vrbes Iudææ. Imò, vt quidam putant Hierosolymam itidem cepit: ex ceptis arce Siō, & templo Salo- monico. Glossa quam ordinariā vocant, putat re ges Assyrios ha-

Et enus denarratos, vnum eundemq; fuī- se qui Sennacherib. Id quod etiam Euse- bius libr. de temporibus verum credidit, si non omnes, saltem Salmanassar, & Sen-

Tom. 2.

P 4 nache-

nacherib eundē credit fuisse. Quibus ego non subscribo. Siquidem in lib. Tobiae cap. 1. lego Salmanasarem & Sennacherib patrem, & filium fuisse. Nam mortuo Salmanasare Sénacherib filius eius regnauit pro eo, qui filios Israël exosos habuit. Iam p hæc patet, quid velit Esaias. Sobna autem hic autore Hieronymo, nō est idem illi, qui cōmemorat Esā. 23. qui erat tē pli p̄positus: hic vero scriba fuit.

4. Reg. 19. Quę sit piscina hæc superior in via agri fulonis, supra à me cōmemoratum est, in dilucidatiōe ad capi. Esaiæ. 8. & 22. Eliacim, qui dicitur præpositus domus, forassis præerat ad ministrandæ domui regi Ezechiae: Sobna aut̄ scriba iserat, qui stipendioregio, aut publico operam dabat sacris ex scribendis, & interpretādis libris. Asaph rursum, q̄ regiscribitur fuisse à cōmentarijs, historiographus erat hoc est regius chronista. In contextu autem orationis Rabsacis, tu obserua, quam fallax sit humana industria, quantaq; excogitet com-

menta, vt opere pessimè absoluat, quod animo malo cōcepit. Etenim Rabsaces, cōtra Ezechiam mendaces accusationes obiecit, scilicet, quod fideret Pharaoni regi AEgypti, id qđ nō legimus. Et rursum impietatis illi obuerit vitium, & quod excelsa abstulerit: id quod religiōis, & pietatis erat: tātum ab est, vt cauilla tōi pateret. Hæbeant nanque Hebraei in diuinis iussis in templo Salomonis solum Deo sacrificare, ideo in excelsis locis sacrificare, superstitiosum erat. Hoc ergo, quod religionis necessarij erat impius Rabsaces vertit in calumniā. Præter hæc est alterum quod in Rabsace extrema fuit impudētię, nam illi non satis fuit calumniā fabricasse, aduersus Ezechia, quinetiā Deo p̄cacciū mē & blasphemē caluniatur.

**¶** *Et nūquid sine Dño, ait, Ascēdi in terrā istā, vt diſperdere eam? Domini, dixit ad me, Ascēde super terrā istā, & diſperde eā.<sup>a)</sup>* Tulit itaq; falsum testimoniu cōtra Deū. Dñs em̄ neq; iusserat, neq; præceperat illi

Hiero-

Hierosolymam disperdere. Et quia Rabsaces hic orationem habebat ad Iudeos Iudaico sermone, putat non nulli Samaritanum suisse quamquam Iudaicus sermonis Iudaice certum non est argumentum. Nam Septuaginta interprete. Graece nouerunt alio qui Hebrei: ita quoque & Rabsaces poterat Hebrewicam didicissem linguam, alio qui Assiri. Nittitur autem trahere Rabsaces in suam sententiam Hierosolymitas, quos confessos habebat. Et quia obsessi erant ab exercitu validissimo, cui si non cessissent, cogeretur stercoribus aliqui proprijs, vrinisque cibere, omnium comitatum defensum subsidio. Praeter haec, quia dominus, cui fidebant liberacionem suam, impotenter erat, quam Sennacherib. Et expende obiter quam in-

Rabsacen. Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligim⁹ enim, ne loquaris ad nos Iudaece in aurib⁹ populi qui est super murum. Et dixit ad eos Rabsaces, Nunquid ad Dominum tuū & ad te, misit me Dominus me⁹, ut loquerer oīa verba ista: & non poti⁹ ad viros quis sedēt in muro, ut comedant stercora sua, & bibant vrinā pendū suorum vobiscū? Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudaice, & dixit, Audite verba regis magni, regis Assyriorū. Haec dixit rex, Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos. Et non vobis tribuat fiduciā Ezechias super Dominō, dicens, E-

ruens nō liberabit nos Dominus: non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiā: hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum benedictionē, et egredimini ad me, & comedite vnuſquisq; vineā ſuā, & vnuſquisq; ſicū ſuā: & bibite vnuſquisq; aquam cisternæ ſuæ, donec veniam, & tollā vos ad terrā quæ est ut terra vīra, terrā frumenti & vini, terrā panū & vinearū. Nec conturbet vos Ezechias dicēs, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij Gentium vnuſquisq; terrā ſuā de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Emat⁹ & Arphad⁹? Vbi est Deus Sepharuaim?

constans sibi sit mēdaciū. Mēdaciū est inconstans sibi. Arphad, vrbest in Damascene sint & Hena sita. ¶ Emath. a) & Aua & Sepharuaim. Vero Hieronymo autore in libro de locis Hebrewicis, terminus est Alophilorum in regione Damasci. Hena vero & Aua Sepharuaim.) Vrbes erant forte prioribus conterminæ. Ij autem, qui erant de Sepharuaim comburebant filios igni, idola que colebat nominata Adrame lech & Anamelech. Et demum gentes iste, quas commemorat Esaias illæ sunt, quæ commemo rantur. 4. Regum. 18. & 19.

**E**st autem discrīmen inter H̄emath, & Emath. Nā Emath autore Hierony. est ad Celefyriam pertinens: quæ nunc Græco vocabulo epiphania dicitur. H̄emath autem in tribu Ruben trās Iordanem situm habet. Rabsaces

igitur Deum omnipotētem in firmis dijs æqua uit, nomen domini blasphemans. Aduerte autem quātum apud Deum pię & fiduciales preces obtineant, si quidē innumeras gētes barbaras nō armis, sed precibus pstrāuit Ezechias.

**E**zechias de pellēdo hosti humana primo tēta ut remedia Obserua quoq; Ezechiā 4. Reg. 18. humana pri mū remedia q̄si uisse, vt à se bar-barū depelleret hostē. In iuit enim paſtū cū Sennacherib, vt oblati auri, & argenti talētis obsidionē solueret. Quibus tamen præstitis in pacis obsidē, Sennacherib impius, & fideifragus, violato födere pacis, Hierosolymam adhuc inuasit: & in obsidione perstittit, quo usque diuino miraculo soluta fuit obsidio. Præter hæc quoque adnotandum est Ezechiam omne argen-tum, quod repertum fuerat in domo domini abigendi hostis gratia, exhibuisse Sennacherib: vt inde colligas vrgente necessitate thesauros ecclesię expendendos esse,

**E**cclēsia dei suo thesau-ro redime-re potest ve-xationem suā. Postremo obserua Rabsacem primarium suisse ducem Sennacherib regis, quem ferunt natione Iudæum apostatam nihilominus, & transfugam: qui typum gerit hæreticorum. Hic enim quod religionis & pietatis erat, vt excelsa delere, & serpentem æneum confringere in ca-

lumniam regis Ezechiæ conuerit, illum Rabsaces de honestans tanquam impium, & diuini hæreticorum cultus aduersarium. In quem quoque modum hæretici, quæ pontificum catholico rum decreto ad fidei, & religionis Chri-

stianæ incremēta instituta sunt, vanas tradunt esse superstitiones. Talis fuit hæretiarcha huius æ-tatis Lutherus omnium hæreticorum pestilentissimus: vt Adrianus sextus i breui suo, quæ direxit Friderico Duci Saxoniæ disertè com memorat. Lu-therus enim cę-remonias Ro-manæ ecclesiæ, Luthers he-rencorū p-stilettissim', & procacis-simus.

corporis, & sanguinis Iesu Christi, planè vt impiasdamnat. Neque hac impudentia contentus, omnia etiam sanctorum ope-ra tanquam peccata vitupetat: sed de istis alibi. Tandem in calce huius capitis stu-diosè considera blasphemias Rabsacis sub silentio præteritas suisse à legatis Ezechię regis, & similiter à populo circumstante. Diuinæ nanque iniuriæ, et si semper repu-gnante animo, audiendæ aliquando tamē ferendæ sunt, quando vindicandi facultas non suppetit. Tunc enim stulto non est respondendum secundum stultitiam suam, ne responsio ad maiora incitet conuitia. Et quanquam zeli diuini videatur esse diuina simul atque audiuntur diluere conuitia, cæterum omnia tempus ha-bent. Est enim tempus loquendi, & tempus tacendi. Propterea consultè Eccl. 3. mandauit Ezechias dicens, Nerespon-deatis ei.

## D I L V C I D A T I O I N

## Esaiae Caput. 37.

T FACTVM EST.<sup>a)</sup>

Etiā si vocaliter diuini  
numinis ləſionem, respon-  
dendo non abſtererunt  
temporis importunitate Iu-

dæi detenti: opere tamen dolorem animi  
ob blasphemias  
illatas, protestā-  
tur. Etenim rex  
ipſe facco obuol  
uitur, sciditque  
vestimenta sua.  
Legati quoque  
regis, & senio-  
res sacerdotum  
faccos itidem in-  
duerunt. Et quā  
quam quilibet  
locus precando

Deo aptus sit,  
cæterum tem-  
pla diuino cul-  
tui dicata, oran-  
do Deo sunt  
longè aptiora.  
Hoc enim ha-  
bent ex sua con-  
secratione, aut  
benedictione,  
vt preces inibi  
fusæ facilius im-  
petrent quod in-  
tendunt. 3. Re-  
gū. 8. Salomon  
templum quod  
magnificentis-  
simo apparatu

fabrefecerat tantisperdum illud domino  
dicabat, in hunc precatur modum.  
Sint oculi tui aperti super domum hanc,  
nocte ac die: super domum, de qua di-  
xisti, Erit nomen meum ibi: vt exau-

Et factum est: ^  
cūm audisset rex  
Ezechias, scidit  
vestimenta sua,  
& obuolutus est  
facco, & intravit  
in domum do-  
mini. Et misit E-  
liacim q̄ erat su-  
per domum, &  
Sobnam scribā,  
& seniores de fa-  
cerdotibus oper-  
tos fassis ad E-  
saiam filium A-  
mosprophetam,  
& dixerunt ad  
eum. Hæc dicit  
rex Ezechias,  
Dies tribulatio-  
nis, & correptio-  
nis, et blasphe-  
tæ sunt.

dias orationem, quam orat ad te in lo-  
co isto seruus tuus, &c. Idcirco Ezechias  
oraturus Deum domum domini intrat,  
quæ tunc templum erat Salomonicum.

At qui longe digniora sunt templacatho- <sup>Tēpla Chri-</sup>  
licæ ecclesiæ, in quibus quotidie, & cor- <sup>ftiana dig-</sup>  
niora sunt <sup>pus, & sanguis templo Sa-</sup>  
Domini nostri <sup>lomonico.</sup>

I E S V Christi  
immolator, &  
sumitur, Salo-  
monico illo  
templo: quod  
sanguine hircorum  
& tauro-  
rum madebat,  
& demum vi-  
ctimarū cruce  
& nidore carna-  
lium sacrificio-  
rum nonnun-  
quam fætebat.  
Quapropter ef-  
ficaciam vberio-  
rem, extemplo  
Christiano sibi  
conciliant pre-  
ces nostræ, quā  
illæ antiquæ ex  
templo illo figu-  
ratatio, sibi para-  
bant. Quod si  
Ezechias tanti  
fecit vmbatile  
templum illud,  
vt illò se se com-  
mitteret, pla-

caturus diuinam iram, quid est quod apud  
fideles ſepenumero templa Christo sacra-  
ta, vilipendunt? Illorum nanque ſepe  
violatam immunitatem esse à profanis  
hominibus dolemus. Quapropter ut nos  
de

de templi illius dignitate commone face-  
ret Christus ementes, & vendentes, vel q  
mireris ea, quæ vslui sacrificiorum videbā  
tur necessaria, de templo illo eiecit dicēs.  
Domus mea domus orationis vocabitur:  
& vos fecistis il  
lam speluncam latronum. Do-  
mini ergo tem-  
pla, illæsa ab om-  
ni iniuria sunt seruanda, pluri-  
moque fauore à regibus, & ma-  
gnatib⁹ sunt p-  
sequenda, siqui-  
dem oculi Do-  
mini ibi aperti  
sunt, ut præsen-  
tem nostris se exhibeat postu-  
lationibus. Aspi-  
ce quoque mi-  
hi regis Eze-  
chiæ integritati-  
tem, qui (etiam si) alioqui piissi-  
mus non fudit ra-  
men suis orationibus neq; tanti se facit, ut  
vnuus putet Dei propiciationem subditis  
suis conciliare. Quare legatos misit ad E-  
saiam prophetam magnum & fidelem in  
conspectu Dei virum. Ecclesiast. capitul.  
illustratiōe. 48. Et regia dignitas, coram propheticā  
curuat illustratione. Quippe æquum est  
ut caro se spiritui submittat. Misit er-  
go legatos Eliacim, & sobnām, &c. ad E-  
sai. vocat autem Esaias obsidionem diem  
tribulationis & increpationis. Et calamita-  
tem illam mulieri iamiam parturienti &  
non potenti parere confert. Est enim dol-  
oris summi foemina infantulum ad vul-  
uę osiam habere, & illum eniti non pos-  
se. Cui parturientis angustiæ suum rex &  
subditi conferunt dolorem, at Ecclesiast.  
capitu. 48. quo loco hoc gestum denarra-  
tur, itidē traditur. Tūc, ait, mota sunt cor-

da, & manus ipsorum, & doluerunt quasi  
parturientes mulieres, & inuocauerūt do-  
minus misericordem, & expandētes ma-  
nus suas extulerunt ad cœlum: & sanctus  
dominus deus audiuit citò vocē ipsorum.

*Qui locus satis  
reueretur ad ter-  
ram suam, & cor  
ruere eum faciā  
gladio in terra  
sua. Reuersus est  
autem Rabsaces,  
& inuenit regē  
Assyriorum pre-  
liantem aduer-  
sus Lobnam. Au-  
dierat enim qa  
profectus est de  
Lachis, & audi-  
uit de Tharaca  
rege Aethiopię,  
dicētes, Egressus*

*Regia dig-  
nitas se cur-  
uat coram  
propheticā  
illustratiōe.* 48. Et regia dignitas, coram propheticā  
curuat illustratione. Quippe æquum est  
ut caro se spiritui submittat. Misit er-  
go legatos Eliacim, & sobnām, &c. ad E-  
sai. vocat autem Esaias obsidionem diem  
tribulationis & increpationis. Et calamita-  
tem illam mulieri iamiam parturienti &  
non potenti parere confert. Est enim dol-  
oris summi foemina infantulum ad vul-  
uę osiam habere, & illum eniti non pos-  
se. Cui parturientis angustiæ suum rex &  
subditi conferunt dolorem, at Ecclesiast.  
capitu. 48. quo loco hoc gestum denarra-  
tur, itidē traditur. Tūc, ait, mota sunt cor-

*cum Ezechia. Quod quia Rabsaces viola-  
uit: idcirco ait, exprobasse Senacherib  
sermonibus: siquidem iustum est pacta ho-  
nesta seruare, illosque proinde sermones  
ait auditos à Deo. Dignum enim erat ut vi-  
tio sumeretur à domino de tyranno fidei  
frago, qui acceptis obsidibus pacis, auro,  
scilicet, & argēto, irruit nihilominus in ur-  
bē sanctā dei. Et quātū indicat Ecclesiasti-  
ci locus nuper citatus, in eas angustias vr-  
bem redigit, ut usque ad arcē Sion se pro-  
duceret. Ait enim, Extulit manum suam,  
in Sion subaudi (Rabsaces) & superbus fa-  
ctus est potentia sua. ¶ *Et venerunt.* a) Le-  
gatione accepta Esai. solatoria eloquitur  
uerba. Et patent omnia usque in eum lō-  
cum. ¶ *Ecce ego dabo ei spiritum.* b) Idest,  
dabo animum nouum Senacherib ut à  
vobis discedat. Quæ consequuntur ex  
priori*

*Oratio quo  
à pluribus  
fundit oratio eo  
maioris meriti  
& efficacia est.*

*Quod vero sub  
dit Rabsacē mis-  
sum ad exprobā  
dū sermonibus,  
quos audiuit do-  
minus deus tu⁹,  
de pacto illo in-  
tellectum velis  
quod percusse-  
rat Senacherib*

prioribus liquida sunt. Adverte interim Senna cherib superba & inania verba illa. *Ego ascendi multitudinem montium, iuga Libani.*<sup>a</sup>) siue ascere institui in altitudinem, & sublimitatem montium, quibus in cùbebat Hierosolyma ciuitas Ierusalem in manum regis Assyriorum. Ecce, tu audiuisti omnia quæ fecerunt regis Assyriorum omnibus terris quas subuerterunt, & tu poteris liberari? Nunquid eruerunt eos dij Gentium, quos subuertierunt patres mei Gozam & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar? Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Anna & Aua? Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & ascendit in dominum Domini, & expandit eos coram Domino. Et orauit Ezechias ad Dominum, dicens, Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super cherubin: tu es Deus solus omnium regnum terræ, tu fecisti cœlum & terram. Inclina Domine aurem tuam,

est ut pugnet contra te. Quod cū audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens, Hec dicetis Ezechiae regi Iudæ loquentes. Non te decipiat Deus tuus in quo tu cō fidis, dicens, Nō dabitur Hierusalem in manu regis Assyriorum. Et misit Esaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum, hoc est verbum, quod locutus est Dominus super eum, Despexit te, & subsannauit te, virgo filia Sion: post te caput mouit, filia Hierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuastitudinem oculorum tuorū? Ad sanctum Israel. In manu seruorum tuorum exprobrasti Domini: & dixisti, In multitudine quadrigarū mearum. Ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani:<sup>a</sup> & ad

& ad iuga, id est, latera Libani. Vocab autem hoc loco Libanum Hierusalem, quae Aquilonem versus, templum tenebat. Per latera igitur, aut iuga Libani, templum intelligit: cedros autem & electas abietes, principes, & magnates ciuitatis intelligit. Templum quoque comparatur saltui sito in agro feraci, cuius sacerdotes sunt tamquam arbores in saltu. Itaque quod disposuerat Senacherib est Hierosolymam penetrare, & templum quod sicutum erat in altitudine montis Morie, deuastare, & expilare: & nobiles ibidem exceptos capere. ¶ Ego fodi. <sup>a</sup>) Quasi dicat Senacherib, Ego fodi puto, ut milites mei bibant: & tanta est multitudo meorum militum, ut vestigio pedum suorum siccareretur aquæ.

¶ Nunquid. <sup>b</sup>) Septuaginta non legunt ei. Verba sunt Dei Ezechiae respondentis, id est, nunquid o Ezechia non audisti iam olim illud quod feci a diebus antiquis? quid quid enim Senacherib iste superbè operatur, me permittente operatus est. Aut germanius exponemus, si cum Senacherib, sermo Dei vertatur iste, O Senacherib, quod est quod iactas victorias, præclaraque fa-

cinora tua, quæ edidisti, quasi vero a diebus antiquis hoc ipsum a me decretum non fuerit? cum contra sit. Ego enim longe ante plasmavi, & disposui te haec gesturum, quæ elato animo laudas: & me neglecto, quæ mei munitum munitarum. Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt: sicut fœnum agri, & granum pascuæ, & herba tectorum, quæ exaruit antequam mature sceret. Habitatem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum ego cognoui, et insaniam tuam contra me. Cum fureres aduersum me superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis,

pro præsenti, id est, siquid furis aduersum me, & superbus animus tuus ascendit in aures meas, injiciam circulum, seu hamum in naribus tuis, qui illas obturet, ne spiritum superbæ difflet aduersum me: & ostium constringam fræno, ut reducam te in uitum in viam, per quam venisti. Adnotant huius loci commentaria Diuon Thomæ ascripta, frænum quoddam

esse in scripturis, quod est discretionis frænum, quod habet qui infrænat linguam suam, Iacob. capitu. 3. Et diuinæ gubernationis, Esaiæ capitul. 48. Infrænabo te laude mea ne interreas, & diabolice deceptio nis, quod est frænum erroris in

maxillis populorum Esaiæ capitu. 30. Et æternæ damnationis quale hoc est cui meminit hoc loco Esaias. Et Psalmus in camo & fræno maxillas eorum cōstringe. Denique frænum est aliud Iob. ca. 30. Et frænum, inquit, posuit in os

meum : id quod temploralem afflictionem significat. Quæ adnotatio etiam si tropologicis sermonibus apta sit historico sensui nihil est necessaria. Citra illam enim sensus est perspicuus. Deus enim instar sessoris, qui raptū ab equo cursum, comprimere curans fræno stringens os equi, cursum cœptū compescit, & viam equi alio diuertit: ita quoq; dominus stringens superbiam Senacherib, ab obſidione cœpta, & à blasphemis cōpescuit. Vnde post stragem innumeram suorum militū deprehensam, in locum suum verecundè discessit. Et vt annalia Hebræorum referrunt testante Nicolao, Affyri ex communī decreto Senacherib principē suum vita orbare dīposuerunt: id quod vt euadret Senacherib, in tēplū idolorum suorū se contulit, quibus votum nuncupat, liberos proprios oblaturus in victimam, si fieret compos vitæ. Liberi vero hoc rescientes, patris antevertunt vota: & quod in ipsis experiri promisit, in patrē refuderunt, animam illius gladio effundentes. Dignū vtiq; regis superbi supplicium, vt qui

Quadruplicis genus freni in scripturae  
dei gloriam, qui est pater vniuersorū, verbis conuictiorijs, & animo insolenti leſit, à filijs quoque suis laderetur, & parricidialisanguine fædaretur. ¶ *Tibi autem.*<sup>a)</sup> Absoluto diuino sermone cum Senacherib,

fermo fit cum Ezechia : cui Deus signum præstat libera-

1. ad Cor. 1.

tionis ab hosti bus ingruenti bus. Est autē signum hoc, Co mede, ò Eze chia hoc anno, quæ sponte na scuntur. Et sen

Miraculums  
sus est hoc an num signu no, & sequenti, alterius mi raculi.

teritis ferere terram, & metere. Idcirco ex ijs, quæ sponte terra non sata profert, vescimini : tertio vero anno soluta ob ſidione ſeretis, & metetis. Septuaginta locum hunc ſic reddiderunt, Come de hoc anno quæ ſeminasti, at anno ſecundo reliquias, at tertio ſeminantes, quæ dederit terra metite. Et trans latio alia habet hoc anno comedes re poſita, & variationis cauſa haec eſt, quia dictio Hebraica, Sapiha, ſignificat id quod ſua ſponte crenat, non ſem natum neque plantatum. Deriuatus autem à verbo ſapach, quod etiam idem deponat quod colectus eſt : vnde ſe pihi collectiones. Quamobrem va ria eſt editio, quia varia eſt nominis Hebraici ( quo vtitur Esaias ) ſignifi catio. At ſiue hoc, ſiue altero modo locus iſte edatur, ſenſus hic eſt, Proximis iſtis annis non ſeretis, neque metetis: nihilominus erit vobis vnde abunde viuatis. Id quod, quia miraculo dandum eſt, in ſignum victoriae exhibetur. ¶ *Et mittet.*<sup>b)</sup> Superſtitex bellicis

Affyrio-

Affyriorum cladibus arboribus compa-  
rat plantatis, in pinguibus aruis, quæ radi-  
ces profundè agétes procerimæ surgūt,  
& præclare fructificant. Sic vos, quasi di-  
dicat ò Iudæi, qui relieti estis ex præcipi-  
ti bellorum ca-  
su eritis. Nam  
radices agetis  
Hierosolymis,  
& fructificabi-  
tis prolem. Vo-  
cat autem reli-  
quias duas tri-  
bus (vt sèpe di-  
ximus) & reli-  
quos, qui ex a-  
lijs tribub' ad il-  
las configurerūt.

**T**zelus Domini  
exercituū faciet  
istud.<sup>a)</sup> Idest, a-  
morvehemens,  
quo prosequi-  
tur populuū suū  
Dominus, causa  
erit tantæ propi-  
tiationis, a quo  
clementia. Ex-  
pende autē ver-  
ba, quæ quibus-  
dam interiectis  
secūtur hæc, scilicet.

**E**t prote-  
gam ciuitatem i-  
stam, vt saluem  
eam propter me,  
& propter Dauid seruum meum.<sup>b)</sup>

Et prius di-  
xerat solum, zelus  
Domini fa-  
ciet istud, quæ  
si iunxeris, Et  
gratiam Deivi-

debis præuenientem nos. Zeli nanque di-  
uini est, misericorditer erga nos se habe-  
re: & merita rursus sanctorum non nega-  
bis, vt operibus sit locus. Idcirco ait. Pro-  
pter me, & propter David seruum meum.)

Hierusalem exi-  
bunt reliquiæ,  
& saluatio de  
monte Sion: zelus  
Domini exer-  
cituum faciet i-  
stud.<sup>a)</sup> Propterea  
hæc dicit Dominus  
de rege Affyriorum. Non  
intrabit ciuita-  
tem hanc, &  
non iaciet ibi sa-  
gittam: & non  
occupabit eam  
clypeus, & non  
mittet in circui-  
tu eiusaggerem.  
In via, qua ve-  
nit, per eam re-  
uertetur, & ciui-  
tatem hanc non  
ingredietur, di-  
cit Dominus. Et  
protegam ciuita-  
tem istam, vt sal-  
uem eam pro-  
pter me, & pro-  
pter David ser-  
uum meum.<sup>b)</sup>

Egressus est au-  
tē Angelus Do-  
mini, & percus-  
sit in castris Af-  
fyriorum <sup>c)</sup> cen-  
tum octoginta  
quinque millia.  
Et surrexerunt  
mane, & ecce o-  
mnes cadauera  
mortuorum. Et  
egressus est, &  
abijt, & reuer-  
sus est Senache-  
rib rex Affyrio-  
rum, & habi-  
tauit in Niniue.  
Et factum est,

cum adoraret  
in templo Nes-  
roch Deum suū,  
Adramelech, &  
Sarafar filij eius  
percusserunt e-  
um gladio, fuge-  
runtque in ter-  
ram Araat, & re-  
gnauit Asarhad-  
don filius eius  
pro eo.

Et sexcēta sunt  
hoc genus loca,  
quæ satis ostendunt,  
quam vana sit hæretica,  
quæ hoc negat  
fallentia. Tandē  
in capituli cal-  
ce, ait. **E**gressus  
est autem Ange-  
lus Domini, &  
percusſit in ca-  
stris Affyriorū.<sup>c)</sup>

**Q**uem Ange-  
lum Dominus  
de cœlo misit,  
vt turum impu-  
dentissima con-  
tra diuinitatem  
conuictia à Sena-  
cherib prolata:  
& percussit tan-  
dem omnem Af-  
fyrium exerci-  
tum: & strages su-  
perbus princeps  
miraculosa ve-  
hementissime  
permotus, re-  
uersus est, & in  
Niniue concef-  
sit. Hanc autem  
percussionem  
autore rabbi Sa-  
lomone cele-  
bratam credunt  
Hebræi in No-  
be. Cætera pa-  
tent ex dictis.

Senacherib  
discelsit Ni-  
niue.

# DILV C I D A T I O I N

## Esaiae Caput. 38.



*N diebus illis.<sup>a</sup>) AEgrotatio  
nis huius tempus inuesti-  
gandum est. Nam qualis  
fuerit Ezechiæ morbus nō  
est cur anxiè solicitemur.*

Etenim refert nihili, si is morbus Regius  
fuerit, siue tu-  
mor crurum, qui vlcus fece-  
rat in cute: ta-  
metsi vlcero-  
sum fuisse mor-  
bum capitisi hu-  
ius ultima ver-  
ba facile indi-  
cant. De tem-

pore verò, quando Ezechias ægrotauit,  
liquidò ex cap. isto cōstare videtur. Nam  
Ezechiæ ægrotanti Esaias, inquit, Ego a-  
dijciam super dies tuos quindecim annos:  
& demanu regis Affyriorum eruam te: &  
quarto lib. Regum. eadem habentur ver-  
ba capitulo. 20. Tametsi in libro. 2. parali-  
po. capitulo trigesimo secundo primo lo-  
co denarratur victoria, atque triumphus,  
contra regem Affyrium habita, posterius  
vero Ezechiæ morbus. Hebræi tamen,  
quorum sententiam Hiero. indicat in cō-  
mentario cap. sequentis, diuersum putant.  
Autumant enim Ezechiam morbo isto  
correptum fuisse, Quia promunere mag-  
nificentissimo à Deo recepto, dignas gra-  
tias Deo debitas, nō egerat. Locus em̄ cita-  
tus sic habet, Non iuxta beneficia. 2. para-  
lipo. 32. quæ acceperat retribuit: q̄a eleua-  
tum est cor eius, & facta est contra eū ira.  
Verūtamen quia inscriptura celebratus  
est scribendi mos, vt ea quæ prius gesta  
sunt, posterius narrentur, & diuerso: pro-  
pterea tametsi morbus in lib. paralipome-  
na non viatoriam sequatur scripturæ ordine,  
non tamen rei gestæ ratione, secundū quā

morbus prior fuit q̄ ipsa victoria. Et qđ ar-  
bitror de morbi causa Ezechiæ est hoc, si  
non illa est, quam Hebræi credunt, plures  
alias extitisse. Sunt enim morborum cau-  
sæ multæ, naturalis altera, quæ est ipsa infir-  
mitatis humanæ complexio, aut cœli in tē-

peries, aut regi-  
men vitæ diste-  
peratū aut dia-  
taī salubris, aut  
denique diuinū  
nobis sepe oc-  
cultum cōsiliū.  
Neq; opus est

Morborum  
causa est se-  
cūdum natu-  
ram, & præ-

ter naturā,

ra indagare, cur ægrotauerit Ezechias.  
Quippe inter tot causas vtra illarum fue-  
rit, cum nos lateat, non est cur solicite ex-  
quiramus. Quapropter incertum quoque  
est aliorum placitum Ezechiam ægrotas-  
se: quippe prouectam habens ætatem, vxo-  
rem non duxerat, colligentes hoc ipsum  
ex verbis eiusdem Ezechiæ, Pater scilicet,  
filii notam faciet veritatem tuā. Quibus  
verbis se proli operam daturum polliceri  
videtur. Qui locus post hæc aperiet. His  
igitur missis ad historiam huius cap. regre-  
diamur, Exitiali igitur morbo preffo Eze-  
chiæ. Esaias accedens, vt disponat de fami-  
lia & substantia sua, iubet. In Ecclesiastico  
enim. 33. ita monemur, vt ipse monuit. In  
die (inquit) consummationis dierum vitæ  
tuæ & in tempore exitus tui, distribue hæ-  
reditatem tuā. ¶ *Dispone igitur, ait, domui  
tuæ, quia morieris tu, & non viues.<sup>b)</sup>* Quasi  
dicat, Vrget morbus tuus, vt testamētum  
condas, & successorem tibi instituas. At ve-  
ro verba hæc non minimi negotij sunt si  
differantur: quæ nos quoque alibi in prolo-  
go. 2. ad Esaiam satis differimus. Etenim  
totus labor est inquirere vt sermo Esaiæ

propheticus veritate constet, *Morieris tu & non viues: Siquidem Ezechias vixit & non est mortuus.* Deus enim per prophetas suos fallere nequit: neque per semet-

**Deus falle psum.** Etenim fallere cōtingit, aut quia is, qui loquitur fraudulēter loquitur, aut quia pœnitēti ipsum dixisse, aut deniq; quia ad explendum quod dixerat impotē redditur, ut Mercurius Trismegistus tradidit, scribens Tatio. At vero hēc omnia à Deo procul sunt, qui cum suprema sit veritas mentiri non potest. Mentiri enim corrupti animi est, qui procul abest à syncerimā bonitate: neque ipsum pœnitere pot.

**z. Reg. 15.** Non est enim homo qui pœnitiat: imbecillitatis enim iudicij est pœnitere: sapientis enim nunquam est dicere non putarā. Quapropter ineffabilis Dei iudicij est nō reuocare quæ semel stabiliuit. Et demum cum sit omnipotens semper viribus eisdē præstat, ut quæ semel statuit perficiat. Quapropter nihil quod fallentiz, aut mendacio, originem præstat in Deo extare potest. Ut ergo quod dixit per Esaiam morieris, & non viues, successibus caruit? Di-

**Duplicia sunt futura aut secundū naturale di spositione aut secundū diuinam.** uus Augustinus libr. 6. de Genesi ad literam. quædam docet esse futura secundum natūralium connexionem causarum: quæ tamē simpliciter futura non sunt, ut iuuenem ad senectam usque peruenire natura: ordo habet, qui plerunque ad naturalem periodum non prouehitur, præco-  
si sublatus morte. Quippe secundum Dei præscientiam mors anticipatura erat prouetiorem iuuenis ætatem. In quem modum & Ezechias moritus erat, secundum morbi qualitatem, cœliue aspectū. Quem ordinem Esaias in verbis suis expressit, Morieris tu & non viues: qui aliqui secundum diuinam dispositionem (cui omnis dispositio naturæ subditur) moritus non erat. Quam dispositionem propheta insinuans ait, Ego adiçiam super dies tuos quindecim annos. Simili quoque modo & Ionæ Prophetæ verbum illud quadraginta dies adhuc, & Niniue subuertetur. Etenim subuersione Ni-

nuitē commeruerant: & vaticinium latū erat iuxta Niniitarum delicta. At verò Observia

quia Deus ab æterno illis pœnitētiā do-

hēc omnia.

nare, & delictis ignoscere decreuerat hac causa Ionæ vaticinium non erat secundum Dei præscientiam: sed iuxta illorum corruptissima opera. Hierony. verò Deum ait, non mutasse sententiam, pronuncians moriturum Ezechiam per Esaïā: sed nos prouocare voluit ad sui notitiam. Glossa verò ordinaria Diui Gregor. vestigij hærens, cōtra habet, Deum sanè mutasse sententiam post comminatam mortem, vitā concedens, at non mutasse consilium. Et quāquam discors sit in prætextu ab Hier.

sententia, verbis tenus est non sensu. Ete-

nim Hieronymus Deum ait non mutasse

sententiam, id est decretum suum æternum

de seruando à morte Ezechia. Grego. ve-

rò sententiam, ait, Deum mutare, quam

per os Prophetæ Esaïæ, aut aliorum, com-

minando quicquam profert: at non mu-

tat consilium, quia consilium Domini ma-

net in æternum. Diuus porrò Augustin.

denarrans Psalmum. 5 o. Ionæ verba e-

tiam secundum id quod præseferunt ser-

uare illæsa conatur. Quippe Niniue sub-

Lac<sup>e</sup> Ionæ

explicatur

tropologi

cæ

uersa est, cuius delicta sunt donata, & ve-

tus Niniue, quæ peccatis obruta erat in

nouam transiuit secundum agnitionem

Dei. Hoc tamen ad mystica sensa si refe-

ratur congruentissime referetur: at vero

historicum sensum venamus duntaxat in

præsentia. Et demum ne multis hæc aga-

mus, diuinarum hoc genus promissio-

num, aut comminationum, omnes sub

moderamine diuinæ legis sunt subaudien-

dæ, ut quod Heli promiserat Deus. z. Re-

gum. 2. Loquens loquutus sum ut domus

tua, & domus patris tui, ministraret in cō-

spectu meo: vsq; in sempiternum, salua di-

uina sanctione intelligebatur. Quæ est

quam Deus continuo subdit, Quicunque

honorificauerit me glorificabo eum: qui

autem contemnunt me, ignobiles erunt.

Quamobrem contemptui habentes filij

Leui diuina, à sacerdotali quoq; ministe-

riode-

Diuinæ pro-

misiōes &

cōmissio-

nes vt sunt

habendas.

rio depulsi sunt. Vnde cap. 3. quia hanc repulsam secundum suam præscientiam disposerat, In die illa (ait) suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum super dominum eius. Cæterum primo dixerat, Loquens loquutus sum, ut domus tua, & domus patris tui, ministra sit in conspectu meo usq; in semipiternū. Quid ergo est, qđ hīc loquitur Deus prospera Heli ventura, & illic aduersa. Utq; nulla est collisio inter hæc duo. Quod enim Deus cōplet opere, hoc est quod simpliciter loquitur, hoc est qđ in diuina ab æterno iacet voluntate, quam

Voluntas be  
neplaciti nostre theologi vocant.  
Ezechias ex mortis nunc  
cio non deic  
citur.

At vero qđ operi minimè mādatur, id sānē loquitur De° aut secūdū præsentia mea, aut secundum naturalium causarum concatenationem. At semper siue hoc, siue alio loquatur modo veraciter loquitur.

¶ Conuertit. a ) Legationē diuinam ex ore Esaiæ accepta Ezechias non iniquotulit a nimo, nō fese deiecit. Quin imò illud memoria obseruans quod in ecclesiasti. legerat cap. 37. filij in tua infirmitate ne despicias te ipsum: sed ora Dominum & ipse curabit te. Conuertit vultum ad parietem, aut vt celaret lachrymas, quas fundebat aut vt ad Domini templum vultum conuerteret. Oraq; sua lachrymis suffundens, Dominum obnixē precatur, vt valetudinem donet. Aduertebat enim messiam. Dauidicē prosapiæ promissum esse. Secū ergo reputā sub mortali morbo, sine pro lis substitutione iā iam discessurum, obstreditatē hanc, anxiē ferebat discessum. Neq; mireris si salutis obtainendæ gratia illachrymatur, piissimus rex, quippe nō ieunē salutē expedit sed sub diuinæ voluntatis moderatione, illā exigit. Id quod meriti es, & nō criminis in declamatione de ora-

tione à me cōmonstratū est. At verò forsitan hæsitas ut verborū horū quā proferūt iactātia, cum eximia regis Ezechiae pietate quī congruat? Obserua iactātiam, Memento quāso Domine quo modo ambulauerim corā te

An in Eze  
chia fueris  
iactantia.

so quomodo am bulauerim corā te in veritate, & in corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis fecerim id quod sapere Pharisaicā illā à Luca re censitā. c. 16. arrogantium (nisi oculatè dispicia mus) quis nō videt? Ita nanq; ille sua iactabat, Ieiuno bis, ait, in sabbato &c. Quod sānē præter morē esse sanctorū diuinæ liquido testātur scripturæ. Audi Paulū, qui ter- 1. Cor. 4.

tiū cōscēderat cœlum. Nihil mihi, inquit, 1. Cor. 15. Phili. 3.

conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum & illud. Postremo visus est mihi tanquā abortiuo. Et rursum nō quod iā acceperim, aut perfectus sim. Sequor autem si quo modo cōprehēdā. Et vetus scriptura Iob idē sapit si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Non enim iustifica bitur in cōspectu Dñi omnis viuēs. Et demum in nihil ita solerti studio diuinæ paginæ incumbunt ut est humanū deicere fastū: & ab humano corde vanā ampulamq; detergere superbiā. Etenim nihil habemus, quod nō acceperimus. Quod si accepimus, qđ obsecro gloriamur. Cū simus puluis, & in puluerē redigendi. Et rursum qđ oremus nescimus, nisi Spūs lcti magisterio (vt id præstemus) instruamur: neq; sufficiētes sumus cogitare bonū ex nobis, tanq; ex nobis. Quare ergo Ezechias illa 1. Cor. 4. Gen. 3. Rom. 8. 2. Ad. 3: verba p̄mit, quæ iā retulimus, quæ gloriā inanē sapere vidētur? Porrò ex adiunctis tollitur scripturæ omnis ambiguitas: Propterea si librare cupis, quā à iactātia, & arrogātia Deo inimica hæc Ezechiae oratio abhorruerit, diligēter cōsidera per regias genas desuētes lachrymas. Aduerte vul-

## Dilucida. & decla.in Esai. Prophetam. 37

Sanctus Eze  
chias non se  
iustabat.  
tū ad sacrā ædē conuersum, & tunc demū  
tibi regis animū deiectū, & humilē corā  
Deo cernes. Quod si in corde perfecto  
ambulasse, ait, nō sibi vitæ spiritualis per-  
fectionē tribuit, sed Deo, à quo est omne  
datū optimum

& omne donū  
perfectū. Iac. 1.  
Nonne Paulus  
de semetipso fi-  
ducialiter præ-  
dicat se fidem  
Dñi seruasse?

Cursum cōsumasse, & de reliquo reposi-  
tam sibi esse coronā iustitię fatetur? Non  
ne Dauid, Lauabo, ait, inter innocentēs  
manus meas, & rursum, Iniquitatē si aspe-  
xi in corde meo, nō exaudiet Dominus.  
Et Iob gloriatur cordis reprehēsione nō  
stimulatū esse: & id genus alia? Quid er-  
go, hos beatissimos superbos fuisse calū-  
niaberis? absit. At neq; Ezechia caluniæ  
subiacere oportebit. Sunt qui Ezechiam  
de perfectione in externo Dei cultu in-  
tellectū volūt, quē ipse satis ornauit, & au-  
xit. At vero perfectū se habere cor cōme-  
morat, id quod interna perfectio est, &  
nō solū externa. Poenitētiū igitur est sua  
culpare crimina, sc̄tōrū verò benē ab ipsiis  
gesta aduertentes, semetipsoſ deicere in  
semetipſis & semetipſoſ in Deo exaltare.  
Quoniā qui gloriatur, in Dño glorietur.  
Vnde Paulus, Nam & si voluero gloriari  
nō ero insipiēs. Neq; gloriatio maior vī-  
la est, q̄ illa scio hominē in Ch̄o ante an-  
nos quatuordecim, siue in corpore siue  
extra corp' nescio: Deus scit, raptū huius  
modi vſq; ad. 3. cœlū. 2. ad Cor. 12. Rara  
sanē hoīs gloriatio, at in Ch̄o erat h̄ec  
gloriatio. Ait enim scio hominē in Christo  
Neq; tā magnificē gloriaretur Paulus, ni  
ſi à pseudoapostolis, vt ſe commendaret  
eximia laude cogereſ. Ait enim factus ſum  
insipiēs, vos me coegiſtis: ego enim a vobis  
debui cōmēdari. Et in Psal. 43. sancti cala-  
mitatibus preſsi, ſuā innocētiā memoran-  
tur. H̄ec oīa (inquiūt) venerūt ſuper nos,

nec obliſi ſumus te: & iniquē nō egim⁹ in  
teſtamēto tuo &c. Quid ergo miramur,  
ſi Ezechias ſe ambulaffe in corde pfecto  
corā Deo ptestetur, ſiquidē morbo gra-  
ui preſſuſ veluti coactus, innocētiā ſuā cō-

memorat, vtvel  
ſic diuinā pro-  
piciationē ad ſe  
facilius prouo-  
cet, & ſibi in tā  
tis morbi angu-  
ſtijs cōſolatio-  
nem pararet. In

Sandorus  
cautela in p-  
ſperis me-  
morari ad-  
uerſa & con-  
tra.  
Ecclesiā. em. 11. in die malorū, iubemur,  
in memoriam reuocare bona, & in die  
bonorū, malorū nō obliuisci. Etem cōmi-  
nisci p̄clarē gela tribulationē leuat in  
ſanctis, qn̄ tribulationibus torquētur. At  
vero ſi vnquā mundi flatuſ illis fœliciter  
aspirat, mala ſua reminiſci ad humilitatē  
cordis p̄ſentaneū eſt medicamētū. Le-  
ge Gregor. in homilijs ad Eze. Hom. 9.  
Et nos d̄ hac re ſuperius lōgiuſculā denar  
rationē protractimus. Hinc iā tu mihi cōſi-  
dera quātū ſit hæreticorū huius ſeculi de-  
liriū, qui deposita ſrōte ſtōrū opera oīa  
peccata eſſe dicūt. Quasi vero ambulare  
in corde perfecto, & iniquē nō agere in  
teſtamēto Dei, fidē ſeruare, curſum cōſu-  
mare, repositā ſperare iustitię coronā, pec-  
cata ſint. Et Ezechias ſecūdū horū ſigme-  
tū, qn̄ dixit, Obſecro Dñe memēto quā-  
ſo quomodo ambulauerim corā te in ve-  
ritate, & corde perfecto, per inde eſt acſi  
precaretur, Obſecro Dñe memēto quo-  
modo ambulauerim corā te in peccatis.  
At vero mōſtroſam hāc doſtrinā, mon-  
ſtroſis autoribus relinquamus. Et verē h̄e-  
retici mōſtrā ſunt in ecclesia Dei. Mon-  
ſtrū em̄ eſt, qđ naturē ordinē nō ſeq̄tur:  
quippe aut illum excedit aut ab illo defi-  
cit. Hæretici quoque aut a veritate excē-  
dūt, aut ab illa deficiūt. Lege declamatio-  
nē noſtrā. ad. c. 15. ¶ *Eſt fleuit Ezechias. a.)* Matth. 5.  
Beati qui lugēt, qm̄ ipſi cōſolabūtur Mat-  
thæus ait. Et exitus aquarū deducebāt Da-  
uidi ocnli. Quātaq; ſi lachrymādi viſ à  
ſanctis

2. Thi. 4.  
Pſal. 25.  
Pſal. 65.  
Iob. 17.

4. Reg. 18.  
2. Para. 29.  
Eccle. 48.

1. Cor. 1.

Sainti coadi-  
ſe laudant.

Matth. 5.  
Pſal. 118.

sanc̄tis nō parcē celebratur. P̄c̄nitētiū em̄ lachrymas delicijs pr̄ferunt regijs. Et Chrysostomus lachrymas flāmas ēternas extinguere ab oculis deriuatas p̄c̄nitētiū fatetur. A maxilla enim ascendunt vsq; ad cœlum, & Dñs

exauditor, dele-  
ctabitur in illis.

Ecclesia. 35. Ri-

gat maxillas la-  
chrymisistis Ma-  
gdalena, & om-  
niū peccatorum  
suorū veniā con-  
sequit̄. Flet quo-  
q; Petrus, & a-  
marulento fletu  
Blasphemias a-  
troces abstergit  
Flet quoque E-  
zechias, & exau-  
diuit Dominus  
precationem e-  
ius : & vedit la-

chrymas eius. Fusius hæc indicātur. 4. Re-  
gum.c.20.vbi ostenditur pr̄stīnæ valetu-  
dini restitutum regem miraculosè fuisse.  
Ait enim, Die. 3. ascēdes templum Dñi.  
à morbo autem grauissimo tam cito le-  
uari, vt die tertio potens esset Ezechias in  
tēplū Dñi consēdere, miraculo dādū est.  
**Hoc autem.**<sup>a)</sup> Non petenti Ezechia, signum porrigitur. Quod signum à Dño di-  
citur id est mirabile, quale illud, Et sopor  
1. Reg. 26. Dñi oppresserat eos. Fuit autem signū, so-  
lis retrocessio gradibus decem. Aptissi-  
mum sanè regiæ valetudini signum. Vt e-  
nim sol, qui iam in occasum vergebatur, Dei  
tamen imperio (non ex naturæ lege) De-  
cem regreditur lineis, & pr̄teritas iam re-  
parat vimbras: ita & Ezechias, qui propter  
regiam (qua fulgebat dignitate) instar so-  
lis erat, ad occasum mortis properans di-  
uino tamen miraculo, qui iam ad portas  
accederat mortis, ad vitalia regreditur li-  
mina. Porrò de huiusmodi signo Burgen-  
sis episcopus in additionibus ad quartū.

Vis lachry-  
marum qua-  
ta.

Lucæ. 7.  
Matth. 16.  
Lucæ. 11.

& vidi lachry-  
mas tuas. Ecce, e-  
go adjiciā super  
dies tuosquinde  
cim annos, & de  
manu regis Af-  
fyriorum eruā  
te, & ciuitatem  
istam & prote-  
gam eam. Hoc  
autem<sup>a</sup> tibi erit  
signum à Domi-  
no , quia faciet

Regum librum. multa commouit verba.  
Credit enim, solem non retrogressum  
tunc, sed quo cœperat cursu, decubuisse  
ad occasum. At vero radius aliquis reme-  
antes fecit vimbras à decima ad primam  
vsque lineam.

Dñs verbū hoc  
quod locut⁹ est  
Ecce ego reuer-  
ti faciā vmbra li-  
nearū, per quas  
descēderat in ho-  
rologio Achazī  
sole, retrorsum  
decem lineis. Et  
reuersus est sol  
decem lineis per  
gradus quos de-  
scenderat.

uersi ordo turbaretur si ab occasu, in quem  
iam tunc incumbebat sol, rursum reme-  
ret ad ortum. Addit etiam hoc tam por-  
tentosum miraculum si extitisset orbem  
non latuisset, & Astrologi, & chrono-  
graphi, posteritati scriptis mandarent: id  
quod non legimus. Adde astronomicas  
calculationes fallaces redderentur, si in  
sole tam grandis accidisset mutatio. Alij  
verò neque in solari corpore, neque in  
radijs hanc retrocessionem fatentur fuis-  
se, sed in vmbra dunataxat, quæ in horolo-  
gio describebatur à sole: quæ diuino mira-  
culo sole non sequuta retrogressa est à  
decima ad primam lineam. Erat autem  
horologium hoc solare lapidis, in quo si-  
gnata sunt horæ & leuatur stylus vimbras  
describens, secundum Chaldæum para-  
phrastem. Itaque miraculum hoc priua-  
tum fuit, & non publicum, in horolo-  
gio uno Achaz regis, non in alijs, & in  
vmbra dunataxat, quæ solem linquit, quæ  
alioqui solis est afficta. Et Esaiæ verbum,

Placitū a-  
liud de re-  
trocessione  
solis sub Eu-  
zechia.

quod maximè cum hac sententia pugnat,  
Et reue sus est sol decem lineis per gra-  
dus, quos descenderat, interpretantur isti  
per synedochen id est causam pro effectu.  
Solem enim usurpat pro umbra à sole ex-  
citata, quæ reuersa est à decima usque ad  
primam lineam. Cæterum quale quale  
hoc fuerit, siquidem nihil cogimur ut à  
plano scripturæ sensu recedendo, ad tro-  
pum refugiamus, commodius erit miracu-  
lum hoc in ipso solari globo credere fui-  
se. Nanque Ecclesi. capitul. 48. Ezechiam  
commendans, In diebus ipsius, inquit, re-  
tro rediit sol: & addidit regi vitam. Et di-  
uus Dionysius Epistol. 7. ad Policarpum  
aduersus Appolophanem sophistam hu-  
ijs miraculi memoriam refricans, solem  
ipsum retrocessisse putat, diemque illum  
ferè triplo productiores duxisse moras,  
quam nostros usuales. Etenim sol ex diur-  
no suo motu decem iam horas absolu-  
rat, quo tamen regrediente ad orientem  
totidem peregit horas, ut iam si rationem  
subduxeris. 20. numerabis horas. Idem  
quoque sol cursum suum repetens, & ab-  
solues ex occasu. i2. adiecit priorib. horas  
quas in summam si redegeris, habes. 32.  
horas & solum. 6. de sunt horæ, ut triplo  
maiorem solito sol augeret diem. Secun-  
dum quam computationem id temporis  
æquinoctialis erat solis cursus. Et re obser-  
uanter inspectalibro. 2. parali. ca. 32. legi-

subinde quasi non repetisset, inchoaret: &  
inchoatum absolueret motum. Quam ob-  
rem de portento hoc intellectum puto lo-  
cum paralipomenon. Quid quod & hoc  
& cætera Babylonij rescriti si venerunt  
oppedit nihil. Quibus accedit Dionysius  
hoc quod versamus miraculum, in anna-  
libus sacerdotum Persarum scriptis, ait,  
mandatum fuisse, & usque ad Dionysij  
tempora triplicis Mitri, ita enim Persæ  
solem nuncupant festiuitas celerabatur  
in tanti miraculi monumentum. Ex quo  
conficitur non in radijs, aut umbris clan-  
destinè miraculum à Deo editum, sed in  
ipsomet sole, publicitus coram vniuerso  
orbe rem hanc gestam esse. Et me fugit  
quid in mentem venerit autoribus prædi-  
ctis, ut ab hac declinarent sententia: siqui-  
dem solem stetisse sub Iosue contra Ga. Iosue. 10.  
baonem perspicuum est in scriptura. Igi-  
tur solem eundem totidem extraordina-  
rios ingratia Ezechiae regis repete motu  
tus cur concedere refugiunt? Num diffici-  
lius erat Deo in gratiam Ezechiae hoc pre-  
stare signum, quam in Iosue gratiam? Et  
diuus August. libro de dogmatib. capitu-  
lo quarto. idem testatur, quod Dionysius.  
Imo & Hiero. in eandem it sententiam so-  
lis mirabilem retrogressum quem dixi-  
mus concedens, tametsi à prioribus nō ni-  
hil variet patribus. Quid enim cæteri pa-  
tres senserint iam accepimus, at ille du-  
plo ferè maiorem diem illum duxit fuis-  
se: id quod fieri poterat si solem à decima,  
remesse rursum in lineam primam non  
asseramus, at solē retrocessisse lineis quin  
que, quas denuo repetens, sol ut suum ab-  
solueret motum, decem lineas rursum de-  
scripsisse: vnde dies. 22. horarū emersit.  
Ego tamen commodiorem puto, & ger-  
maniorem sensum Dionysij, & Augu-  
stini. Aduertendum autem solem non per  
se moueri, juxta peripateticum placitum.  
Est enim tanquam nodus in tabula, in coe-  
lo defixus. Mouetur tamen ad motum  
proprij orbis, & ad motum primi mobi-  
lis, quod secum cæteras inferiores rapit  
sphaeras

**Retrocessio** mis Babylonios in Hierosolymam se cō-  
solis sub E-  
zechia fuit  
nota orbi.

tulisse Ezechiam usuros regem, qui eō ve-  
nerant, ut interrogarent de portero quod  
acciderat super terram: vnde publica fuit  
illa solis retrogressio, & non in angulo do-  
mestico celebrata. ut Paulus Burgensis, &  
nonnulli alij crediderunt. Nanque sub E-  
zechia alia portenta non legimus, nisi stra-  
gem illam copiarum Sénacherib regis, &  
sanitatis suæ restitutionem, qua compos-  
factus est Ezechias diuina ope, & hanc  
solis retrogressionem. Sed nihil horum a-  
deo portentosum, & stupendum omnibus  
mortaliibus miraculum, quam quod  
sol peractum iam repeteret cursum, &

**Tria portē**  
ta sub Eze-  
chia at ma-  
xiū trium  
est solis re-  
trocessio.

Vbi supra.  
Vide adno-  
taad.c.39  
infra.

Dionysij plā  
citum & Au-  
gustini p̄b  
tur.

spheras sine violentia, tamen. Qui motus diurnus solis, & astrorum aliorum est. Primum igitur mobile Deo imperante quod iam diurni motus decem expleuerat horas, ad principium unde profectus erat motus ille, quod principium oriens non pro rorsus est, motum suum reuersauit: & simul quoque cætera vniuersa astra diurnum reuersarunt motum: ut ordinis lumina-

In retrocessione solis sub Ezechia non pro rorsus est turbatus ordo astro rum.

rarium nulla turbatio esset. Hoc est astrorum in aspectibus, coniunctionibus, aut positionibus. At vero sole stante sub Iosue cætera quoque vniuersa astrorum turbam gradum fixit. Quippe mobile illud pri-  
mum non voluebatur. Porro æquum vi-  
sum est Deo ad præsignandam vnius Ezechiæ salutem, quod solis augeretur  
motus. Etenim luminaria cœli, & orna-  
tus cœlestis vniuersus ad ministerium  
cunctarum gentium à Deo condita  
sunt. Quare non est cur diffiteamur Eze-  
chiæ insignum admirabile salutis, solis re-  
trocessionē exhibitā à Deo esse: nempe  
ut qui consueto ministerio cunctis genti-  
bus inseruiebat, Ezechiæ inconsueto mi-  
nisterio inseruiret. At dices ecquid deerat  
ne Deo alia signa quæ hoc protestarētur?  
O homo quis tu, dixerim tibi, qui petas ra-  
tionem à Deo? Quidquid rationi con-  
taneum satis est, in luminari magno hoc  
Deum exhibuisse signum, subindeque in

Deute. 4.

Rom. 9.

Deus in fo-  
le & astris fe-  
cit sub Eze-  
chia muta-  
credebat & iniuiolabiles fatumque conne-  
ctionem, vt à Deo cœle-  
stis pendere doceret.  
cæteris omnibus astris. Etenim philoso-  
phorū schola cœlestes motus necessarios  
xionem stellarum ineuitabilem esse sta-  
tuerunt nonnulli, qui rudiorem profitebā-  
tur philosophiā. Vt ergo ruditas hæc quæ  
non solum philosophos, quin etiam & p-  
miscuum delusit vulgus (& vtinam etiam  
num non deludat) Deus sapientissimo cō-  
filio Iosue, & Ezechiæ seculis ordinatissi-  
mam alioqui solis variauit motum: vt in  
confesso sit fidelibus nullum fatum esse  
ineuitabile, sideraque neminem cogere  
posse quippe vniuersa vniuersorum con-  
ditoris cedunt, cuius ordinatione perseue-  
rat dies: quoniam omnia fertiunt illi, vt

Psal. 118.

ille cecinit archipsaltes. Et demum diui-  
næ voluntatis nulla efflagitanda est cau-  
sa. Quippeque est prima omnium causa:  
& vt quicquam iustum esse firmissime  
credamus, nobis satis sit Deum illud vol-  
uisse & statuisse, vt August. docet vigesimo  
primo de ciuitate Dei capitulo septi-  
mo. Et apud me quod Paulus Burgensis  
excogitauit, monstrorum est figmentum,  
solis videlicet radium commemoratas de-  
pinxisse umbras, & non solem. Siquidem  
dicat ille num radius hic solis erat? fatetur  
ille: at radius solis, solis est necessario pedi  
sequus. Ut ergo solem sequens ( qui occa-  
sum petebat id temporis ) illas remeantes  
poterat describere umbras? Nam si radius  
retrocedebat, & sol non retrocedebat,  
sed suam lationem absoluebat, vt radius  
ille solis erat? non video. Si non erat solis,  
radius ille ipse debuisset, cuius luminosi  
corporis radius erat scriptis mandare: si-  
quidem scriptura solem nominat solum  
non alterum lucidum corpus. Adde meā  
etiam superare fidem, aliorum commen-  
tum quod à me iam supra est denarratum  
umbras scilicet in solatio descriptas, non  
à sole fuisse descriptas, aut à radio solis, la-  
tet nanque me, vt umbras remeabant, ci-  
tra solis regressum. Dicere enim umbram  
reliquisse solem, tantum miraculum est,  
quantum ipsa retrocessio solis: quam isti  
concedere recusant, imo forte maior. Et  
enim umbra ex traditione perspectiūrū  
lucis est priuatio, quod ergo umbras solaris  
lucis non sit eiusdem lucis consequia ex  
obiecta opacitate corporis minus est in-  
telligibile, quam q̄ sol retrogrediatur. Et  
demum si sol non est retrouersus sed um-  
bra, verba vatis, Et retrouersus est sol decem  
lineis, non eum sensum propriè habebunt  
quem præferunt. Cæterum curandum  
summopere est scripturæ verba ( si id con-  
textus permiserit ) secundum proprieta-  
tem recipere: & non ad tropos cōfugere. Noster autē contextus euidentior est pro-  
prietate verborū retenta, quam secundum  
figurat̄ loquitiones quas isti excogita-

Commentis  
Burgensis e-  
sistit.Documēt  
in scripturis  
obseruādā.

Tom. 2. Q. 4 runt,

**Psalmus 5.** runt. ¶ *Scriptura Ezechiele.* a) Deo gratissimum est si post recepta beneficia, nos illi gratos prestemus, in omnibus videlicet gratias exhibentes Deo, & patri: non solū cum præclarissimis afficimur muneribus, quin etiam cum vulgaribus donnamur beneficijs. Vnde Paulus aiebat, Siue comedatis, siue bibatis omnia in gloriam Dei facite. Declamationem nostrā lege ad caput primum. Ezechias ergo valedicēt in sua à deo fœliciter restaurata Psalmū hūc Deo concinit: ut tranato mari Rubro cantico illo celebri diuinās persequuti sunt laudes Hebræi. Et Anna Samuelis mater ex beata suscepta prole, Exultauit, ait, cor meum in Domino: ceteraq; psalmidica verba cōtexuit. 1. Reg. 2. Deboraq; & Barac de victoria Sisare cāticum Deo cecinerunt Iudicum. 5. & Zachiarias in præcursoris natalibus plausibilis Deo laudes porrigit dicēs, Benedictus Dominus Deus Israel. Et demum hic mos

**Mos Hebrei** Hebræorū erat magnifica Dei suscepta beneficia varijs psalmis, & hymnis, solemniter decātare. Nā oēs Dauidici psalimi hinc originē desumpserit. Itidē & Ezechias psalmū istū cōposuit: siquidem cū ægrotasset, Dei munere cōualuit ab ægrotatione sua. At ait, Ego dixi in dimidio dierū meorū vadā ad portas inferi. Cōposuit autē psalmū hūc qn illi. 39. annus agebat: qui annus fere est dimidiū periodi humanæ vitæ. Est nāq; period⁹ septuagīta anni: ex vaticinio prophetico cōcinētibus philosophis. Mediū autē huius periodi est. 35. annus quo

elapso sensim ætas declinat nostra. 4. igitur annis duntaxat à media periodo declinauerat Ezechias ut quidā ferunt. Propter ea dixit. ¶ *Ego dixi in dimidio dierum meorum.* b) Quia qd̄ parū distat nihil distare videt. Sed qd̄ le est qd̄ dixerit, adiecit. ¶ *Vadā ad portas inferi.* c) Idest deducar ad sepulchrū: quæ si uires residuū anno rū meorū. idest priabor resi- dua ætate mea: & in vegeta moriar ætate: sunt q putant Ezechia qn hæc dicebat, tricesimū volvere annum, qui est florētissima hominis ætas.

¶ *No video deū in terra viuentium.* d) Idest ab hoc seculo cōmigrās, illustria Dei opera, quæ ipse solet in hoc mundo operari videre nō potero, quæ mihi erat laudis diuinæ materia. ¶ *Neq; video habitorē quietis.* e) Singulare, p. plurali. i. ne quibz diuina cōmēdare beneficia, cū ceteris pijs hoibz, q̄ quietā degētes vitā iustissimo huic negotio diuinæ laudis solerter incubūt. ¶ *Generatio mea ablata est.* f) Aperi tor est trāslatio altera. ¶ *Vita mea trāslata est.* g) Metaphora est desumpta à pastoris tētorio, qd̄ leui negotio trāsfertur. Præcisamq; dicit instar telæ vitā suā. Textores em̄ nōnūquā intēpestiuē telā absindūt. Suāq; vitā intēpestiuē succisam esse dolet: & qd̄ iā iā p̄rōptū erat ut fieret, factū es se reputat. Prophanæ quoq; literæ metaphorā eādē usurpat ut sacræ, tres em̄ singūlū parcas cloto, Megerā, lachēsim quarū **Tres parcas** interest & vitā texere humanā, & eādem **fingunt posse** præscindere. ¶ *Dum.* h) In florēti videlicet succidēdus sum ætate. *A fastigio alia editio* habet.

*habet. Incidit me: ut sit sensus, ex macie vel ex morbo grauissimo, dñs succidet dies vita mea.* ¶ *De mane usq; ad vesperam finies me.* <sup>a)</sup> Idest, ita grauis extitit morbus ut putarem solū uno die tm̄ victurū. ¶ *Sperabam.* <sup>b)</sup> Adeo vrbegat morbus Ezechia, ut ipse euadens diem vnum, die proximo se non eausurum crederet. *Sperabam,* ait, usque ad manē vel usque auroram. Vitam meam conterēdam à Leone, idest morbo per silentissimo quem euadens in vesperam vitam prorogandam duntaxat iam credebat. Et contextus docet duos dies Ezechiam grauiter correptum morbo fuisse, naturalem alterum, alium artificiale, in quo fuit sanitate donatus Ezechias, dicente propheta, *Ecce sanauite.* Et die tertio, idest proximo die post restitutam valitudinem ascendit in templum, non die tertio à sanitate recepta, sed die tertio ab ægrotationis initio: ita habenda sunt, quæ nos supra dicebamus. Et locus Regum. 4. libro capitulo. 2 o. ita est accipiendus, Die, scilicet, tertio ascendit in templum.

¶ *Sicut.* <sup>c)</sup> Alia editio aliter transtulit, *Garietam non aliter, quam grus, aut hirundo, gemebam ut columba.* Vocē autem Hebraicā hagur hirundinem interpretati sunt, interpretes Septuaginta, quos est sequuntur translator noster. Nicolaus autem libro differētarum priorem est amplexus interpretationem. Sed nihil interest siue hoc, siue illo modo edideris locum, hunc. Idein nanque sensus subsistit Ezechiam videlicet gemebandas, & clamorosas (vt sic dixerim) Deo obtulisse orationes, vt sanitatem impetraret instar hirundinum, aut columbarum, quæ gemebundæ aues

de mane usque ad vesperam finies me. <sup>a)</sup> Sperabam<sup>b)</sup> usq; ad manē, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea: de manē usque ad vesperā finies me.

sunt. Et grus vocalissima quoque avis est, & perfstrepera. Futurum pro præterito accipe. ¶ *Clamabo.* <sup>d)</sup> Pro clamabam, aut clamaui. ¶ *Attenuati sunt oculi mei.* <sup>e)</sup> Siue tendebam oculos in supremum tuum auxilium Domine suspiciēs. Quasi dicat, Ex nimia defixione oculorum meorum ad sublimia, videntur iam lascescere, oculi mei & infirmari: quippe diu oculos defixos habere, illos debilitat.

¶ *Domine vim patior.* <sup>f)</sup> Hoc est à morbo urgentissime premor, responde pro me: esto mihi adiutor, & mihi auxilium mitte de sancto. Hebraicēnon, responde, habetur sed fide iube pro me. Quasi dixerit nullus mihi pro salute reparanda vadem, & fidei suffrem se exhibere poterit, nisi tu solus Domine, qui autor totius naturæ es, qui vulneras, & sanas, occidis, & viuificas. ¶ *Quid.* Instar hominis magnis pressi calamitatibus quem & spes euandendi, & consilia fugiunt, se habet modo Ezechias quasi dicat. Quid dicam, aut quò meverta nescio: morbus enim est mortiferus, qui me tortuet: at à Deo infligitur. Quid ergo reluttere Deo? non utiq; sed ipsum cōprecabor ut morbum depellat. At quid cōprecabor, aut quā patrocinio mihi erit Deus cū ipse sit morbi huius autor? Et non legēdū est, cū ipse fecerim, ut sit primæ personæ ut ad Ezechiam referat sermo, imo ad Deū est referēdus sermo, in hęc verba, cū ipse fecerit. Idest ipsem et Deus est morbi autor cōsentiētibus cū Hebraico codice Esaiæ, Septuaginta interpretes, & in biblijs Hispaniēsibus, in latina editiōe legit cū ipse fecerit, in tertia persona. Ego tñ puto recōditio realiū & multo veriorē sensum loci hui?

**¶ Quid dicam.** a) Idest quid multa congeriam verba , quandoquidem beneficium sanitatis adeptæ denarrare impotēs sum? Non est quod Dei iam responsum , vel fauorem in hac re quæram amplius , vt prospéra mihi

respondeat siue donet , cum iam ipse Deus quæ anxiè optabam præstite-  
rit mihi. ¶ **Re-**  
**cognabo.** b) Idest reliquos vitæ meæ ducendæ annos , ego in amaritudine trā-  
sigam , recogi-  
tans morbum hunc vnde tua gratia cōualui.

**¶ Domine.** c) Re-  
dūdat , si , quod non habet He-  
braicalitera: nā legit. **Domine,**  
**sic viuitur.** Et sensus est ab-  
strusus. **Quidā**

interpretati sunt , idest , sub corruptio-  
nis grauamine , viuendum nobis est: & sub morbis afflictantibus ducenda est vi-  
ta spiritus nostri , corripisti me mor-  
bo , & tandem me viuificasti. Aut re-  
conditior erit sensus , Domine sic viu-  
itur , idest tibi fidendo vitam , atque sa-  
lutem , vita ducenda est. **Quippe tu**  
autores , fons vitæ es. ¶ **Et in talibus.** d) Aut, tali ( vt Hieronymus vult ) confidentia , subaudi est vita spiritus mei. Etenim te-  
stante Euangeliō non in abundantia est hominis vita. Neque enim in flore æta-  
tis , qui subito marcescit , neque in pingui substantia , aut delicijs , vitæ spem collo-  
care expedit : sed solum in Deo qui vita  
est , & mortuorum resurrectio. ¶ **Ecce.** e)  
Idest ad pacem maiorem , & gaudium

cedet mihi huius morbi amarissimi de-  
ploratissima afflictio. ¶ **Eruisti ani-  
mam meam.** f) Idest , vitam meam à morte &  
noluisti de peccatis meis vltione in su-  
mere : sed illa post tergum quasi non vi-  
dēda proiecisti.

**¶ Quid dicā,** a aut quid respondebit mihi , cū ipse fecerim : reco-  
gitabo b tibi om-  
nes annos meos in amaritudine animæ meæ. Do-  
mine c si sic viu-  
tur , & in tali-  
bus d vita spiritus  
mei , corripies  
me , & viuifi-  
cabis me. Ecce , e  
in pace amari-  
tudo mea ama-  
rissima : tu au-  
strusus. **Quidā**

ueribus igitur sermo est , quæ ( siquidem mortua sunt ) laudare non possunt. Hæc enim sunt , de quibus Ezechias interpre-  
tandus est. ¶ **Non expectabunt** , scilicet , qui  
descendunt in lacum veritatem tuam. h) Ca-  
dauera enim , quæ in soueam sepulchri  
dei ciuntur , expectare non possunt imple-  
tionem diuini promissi , id quod vocat ve-  
ritatem vel vt alias transtulit , fidē. Animæ  
vero ( quippe quæ expertes mortis sunt )  
procul ab ista ratiōe sunt. ¶ **Viuens.** i) Prio-  
ris est repetitio versiculi. In biblijs nostris quibusdā , male collocātur puncta duo iux-  
ta pater: vt lectio sit hæc. Vt & ego hodie  
pater: sed iuxta hodie. Est collocādū inte-  
grū punctū vt inibi pausa fiat , dein sequat  
versicul⁹ alter. Pater filijs notā faciet veri-  
tatem tuā , idest viuētes , vt ego hodie mune-  
re tuo

re tuo viuo : tibi concinent laudes. Deinceps pater, hoc est patres (est enim sillepsis) hoc munificum & celeberrimum gestum tuum , denarrabunt filii suis, ut ab omnibus tua misericordia enarreretur : & denun-

cietur. In Deuteronomio. 32. hoc patribus in iungitur, Interroga, inquit, patrem tuum & annunciabit tibi. At Septuaginta transtulerunt viuentes benedicent tibi: quæad modum & ego. Ab eum hodie non die filios faciam, qui annuntiabunt iustitiam tuam.

Iuxta quorum editionem glossa locum hunc intellexit, Ezechiam filii suis quos genuit notam fecisse viam Domini. At vero Ezechias unum habuit Manassem filium impium , tametsi tandem Domini viam confessus est. Germanior pro-

inde prior sensus est , obserua tamen ex hoc loco, patribus istud muneris incumbere , ut iustitiam Dei filii denuntient: id quod ethnici etiam senserunt praestandum à patribus filijs. Vnde Xenophon, in Epistola ad Critonem , Scis, inquit, Socratem ad nos frequenter dixisse quod illi, qui filii de multis opibus habendis prospiciunt, ut autem boni egregijque euadant negligunt, similes sunt illis, qui equos alunt, quos belli disciplinam non docent , multum vero pabuli exhibent: sic equos habebunt pinguiores, sed rerum quas praestare tenentur imperitos.

¶ Domine. ¶ Apertus est loc. ¶ Et iussit. Subaudi ministris, Esaiam iussisse, ut cataplasmareret regem emplastro fiscorum. Hieronymus (vt prædiximus) Ezechiam morbo laborasse regio credidit (qui Hispanè tericia nuncupatur ) cui morbo empla-

strum fiscorum admotum cōtrarium cum esset, Hieronymus Ezechiae miraculo dedidit sanitatem. Hebraicè non vulnus, sed vlcus legitur. Differunt autem haec duo. Vlcus enim est solutio vnitatis in carne, quæ fit per ero-

vt tolleret mas- sum de fisis, et cap- taplasmarerent su- per vulnus eius, & sanaretur. Et dixit Ezechias, ¶ Qđ erit signum, quia ascendam in domum Domini.

posterioris gesta , in oratione primo collocat. Etenim quæ hic in calce denariorum in principio gesta fuerunt. Sanatio proton in Ezechias restitutus est primo, uehisterole postea vero diuinis laudes psalmo prædicto celebravit. Ego autem puto , ut ad priora recurrat sermo noster, etiam si morbus regius non fuerit, Ezechiae morbus miraculo nihilominus fuit locus. Emplastrum enim vlcéri aduersarium fuisse credibile est: ut lutum quod cæco illistrando Christus apposuit. Etiam si non cognimur ut credamus remedium morbi morbo fuisse contrarium. Quippe præstita iam cœlitus sanitatem , emplastrum forte admotum fuit, ut vlcus detumesceret. Me quoque latet si morbus regius vlcerosus est. Sed dubium hoc medica dijudicabit facultas. ¶ Et dixit Ezechias. Siue apud se siue apud alios hoc dixit Ezechias, & signum sibi salutis petit de ascendendo templo Domini: quippe conclamatam iam habebat salutem. Desiderabat enim feruenti desiderio piissimus rex, templum concondere Domini, ut debitas pro tanto munere gratias Deo persolueret.

## D I L V C I D A T I O I N

## Esaiæ Caput trigesimumnonum.

Vaticinium  
cōtinet de-  
legatis Ba-  
bylonicis &  
Ezechiæ in  
gratitudine  
demonstrat.

N T E M P O R E I L L O.<sup>a</sup>)

Postquam Ezechias rex voti cœlitus compos factus est, & illustrissimis donatus à Deo muneribus, fama illius per orbē peruagatur, ut hominis qui Deo putaretur æqualis, ac mortalibus cæteris virtute præstantioris: vt beati Dionysij Arcœ pagitę, verbisvitar epistola iā su perius indicata. Prodigia namq; in gratiam illius diuinitus præstata æquum erat ut mortales omnes in suam raperent admirationem. Quam obrem Merodach rex Babylonis, legatos misit. ¶ Libros, & munera ad regem Ezechiæ. b)

Libri autē isti, quos cōmemorat historia hæc epistolæ missuæ erant. Legimus autem in libr. 2. Para. c. 32. Ezechiæ cōmemoratam elationē. Ait enim sed nō iuxta beneficia, quæ acceperat retribuit. Quia eleuatū est cor eius: & exaltatum, meritis in q̄ suis

plus tribuens quā diuinæ gratiæ, quæ illū magnificentissimè honorificauit. Propterea dereliquit eum Deus, ut tentaretur, & nota fieret omnia, quæ erat in corde eius. Fuit autē tētatio hæc ab aduenis Babylonij, & ab indigenis, quorū corda etiam se extulerūt. Qui

<sup>2. Para. 33.</sup>

non ostenderet eis Ezechias c in domo sua, & in omni potestate sua. Introiuit autem Esaias Prophetæ ad Ezechiā regem, & dixit ei, Quid dixerunt viri isti, & vnde venerūt ad te? Et dixit Ezechiā, Deterra longinqua venerunt ad me de Babylone. Et dixit Esaias, Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechiā, Omnia quæ in domo mea sunt: vide runt: nō fuit res quam non ostenderim eis in the-

<sup>c)</sup> Atqui sacra id tps sub ditiōe regū erat: quæ ostendēs in circūcis, sacrilegium

gium admisit. Hieronymus huic placito  
verbū fa subscriptis. Per verbum autem hoc loco,  
etū signifi  
cat nonnū  
quā in scri  
ptu.  
non sermonem, sed rem ipsam intellige.  
Diuinam verò iram huius facti gratia, ver  
ba hæc ostendunt. Audi verbum Domi  
ni exercituum,

Ecce dies ve  
niunt,&c. Arve  
rò Ezechiae in  
columitatē pro  
mittit Esaias, q  
filijs; & nepoti  
bus, non polli  
cetur: imo vin  
dictā minatur.  
Etem Ezechias  
resipuit de pec  
cato suo. Id qd  
quia in nepoti  
bus desideratur,  
diuina vltio s  
uit in eos. Pro  
pterea Ezechias  
dixit. ¶ Fiat tan  
tum pax in die  
bus meis.<sup>a)</sup> Per

spicuum tamen  
nō est, qui filij regis Ezechiae in palatio re  
gis Babylonis eunuchi fuerint. Hebræi nā  
q; Danielem, Azariam, Missaelem, (qui e  
rant de semine regio) hos fuisse eunuchos  
opinantur, glossa tamen repugnante, quæ  
eunuchos mente, non carne afferit fuisse.  
Cæterum non ad literam est expositio  
hæc glossæ: quæ de veris eunuchis haben  
da est. Obserua in capitul. hoc legatos eo  
venisse viros Ezechiae. Audierat enim  
quia ægrotasset, & conualuisset. Et quan  
quam Esaias nō denarret nisi verba hæc,  
quæ diximus, in aperto tamen est, Babylo  
nios de terra longinqua propter cōmunē  
ægrotationē, & cōualescētiā Ezechiae nō  
venisse. Nō em̄ venerat nisi portetosam  
eā fuisse accepissent. Quābré quæ dixi  
mus de solis retrocessiōe. c. Proximo cer  
tissima esse ducito. Obserua rursum q̄ gra  
titudinis nostrę Deus sit amātissimus, qui

iuxta beneficia, quæ cōfert hominibus re  
tributionem gloriæ, & gratitudinis, petit.  
Vnde Ezechias magnitudine donorū elā Deus amā  
tus, prodigiosam victoriā, atq; salutē, sibi tissimus est  
tribuebat legationēq; Babylonica in suā mis.  
& nō Dei retu  
lit gloriā. Cū tñ  
legati nō vnius  
Ezechiae gratia  
tāta dimēsi sunt  
itinera: sed po  
tius vt fide por  
teti ab Ezechia,  
& cæteris indi  
genis accepta,  
disiinæ potetiæ  
magnitudinēad  
aures regis Me  
rodach defer  
rēt. Ezechias ve  
rò huic rei non,  
vt oportebat, in  
cubuit, sed in il  
la quæ suæ glo  
riæ magnifican  
dæ attinebant.

Dominus. Et de  
filijs tuis qui exi  
bunt de te, quos  
genueris, tollēt,  
& erūt eunuchi  
in palatio regis  
Babylonis. Et di  
xit Ezechias ad  
Esaiam, Bonum  
verbum Domini  
quod locu  
tus est. Et dixit,  
Fiat tantum pax  
& veritas in die  
bus meis.<sup>a)</sup>

Quāpter præ  
tiosissima quæq; Babylonis ostēdit. Præ  
ter hæc animaduerte q̄ nr̄ simus amātissi  
mi. Morbo nāq; grauatus Ezechias, oēm  
lapidē mouit, vt diuinā largitatē ad se pro  
uocaret, & lachrymis, & fletu magno, an  
antiquaque officia refricans, parietiq; se  
obuoluens, tandem prosperam obtinuit  
valetudinem. Qua adepta vaticinio Esaiæ  
cladem, infœlicemq; sortem filiorum ac  
cipiens futurā, nulla cōmiseratione com  
mouetur. Imo, Bonum, ait, verbum Domini  
quod locutus est fiat tantum pax, & Veri  
tas, in diebus meis. Quasi dixisset, Mihi sa  
tis est, vt in columis seruer, & prospera,  
quæ mihi Deus promittit me viuēte com  
pleātur. Nō em̄ lēgitimus Ezechiae precatū  
esse pro sobolis in columitate. Vnde iam  
tu expēde si poteris, quantū intersit inter  
charitatē Dei, & amorē propriū. Hic em̄  
ad se rapit omnia illa rapitur ab omnibus.  
Charitas  
Dei rapitur  
ab omnibus  
amor pro  
prius rapit  
ad se oīa.

An non

An non rapitur Moses à pleibus sibi cōmissis, dicens, Aut dele me de libro vitæ, aut parce populo huic. Exod. 32. Num non rapitur paulus dicens. Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fra-

1.ad Cor. 9.

tribus meis? ad Rom. 9. Et alibi, Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifaciam. Charitas ergo Dei omnium commodis consulit: amor vero proprius duntaxat in sistit. Tandem adnotabis diuina sacramēta atq; mysteria non omnibus esse pandēda, Tobia admonente.

Tob. 12.

Sacramētum regis abscondere bonum est. Quod si regia sacramenta non sunt omnibus exponenda: quidquod divina mysteria hominibus impuris celanda sint? Nollite ait sanctū da re canib·us. Ezechias igitur, quod sanctum erat canib· porrexit, idest Babylonij, qui tandem conuersi, & saeuentes in Iudeos disruperunt illos, illos sanè abducentes ca

Matth. 7.

ptiuos in Babylonem. Scriptura porrò nō expressit hoc esse Ezechiē peccatum. Etenim qđ sacra tēpli penetralia Babylonij patefecerit Ezechias, nō meminit. Etiam si nonnulli interpretres (vt diximus) colligant. Superbiam porro peccatū fuisse Ezechiē, aperto, sermone scriptura commonstrat vt diximus. Sunt qui hinc argumētū desumant reuelationes diuinas (si quæ cōtigerint) tegendas esse. At vero si reuelationes sunt in bonum publicum, eò exhibentur, quo referentur: si ad bonum priuatū, retengendæ quoq; sunt sapiētibus sa

Reuelatio  
nes an sint  
manifestan  
dæ.

cerdotibus, testante Ioāne, Nolite crede re omni spiritui: sed probate si ex Deo sunt. Et, vt hoc obiter dixerim, sunt multi, qui hoc genus reuelationum multifaciāt, & illis multa tribuant, quibus utinam non tribuissent: sed cum Xenophane (vt Cicerō libro de diuinatione meminit) illas respuissent. Præsensiones nanq; istæ aut prædictiones aut priuatæ reuelationes, Ecclesiæ Iesu Christi noxias plārunq; esse vide mus: & legimus. Illis nanq; se se Satanicus

2.Ioann. 4.

Reuelatio  
nes priuatæ  
cū cautela  
obseruādæ.

immiscet spiritus, qui pseudoprophetas, aut prædicatores pessimè instruat, & veneno suæ vt moris est imbuat doctrinæ.

Quare Germani has reuelationes iactantes, ab Ecclesia Dei defecerūt. Et apud Hispanos quidā hæretici (quos alumbrados vocitāt) excitati sunt, spiritum sanè habentes Germanicū. Has ergo priuatæ reuelationes quales quales eæ fuerint nō sunt ab

scondēdæ, sed potius retegendæ Ecclesiæ doctoribus. Quas si probauerint laudāda

est Dei in homines munificentia: si vero respuerint, timenda est hominis negligētia.

Neq; quia verē sunt ideo diuinas illas Multa vera  
diabolus  
cuit vt falsa  
doceret. So  
crates à dæ  
monesib· fa  
miliari est  
edocitus &  
Licurgus &  
Numa Pom  
pilius à suis  
multa didi  
cerunt.

esse credas. Etenim multa vera diabolus docuit. Nanq; Socrates à familiari sibi dæ

mone plāraq; didicit vera, vt apud Plato-  
nē legere poteris libro de sapientia. Et Li

curgus Lacedæmonicas ab Apolline acce-  
pit leges vt Numa Pompilius à nimpha

A Egyptia. Verū tametsi quædā, quæ iu-  
sta sunt, doceat, at cū pater mēdacijs sit, sub

veritatis prætextu, mēdacia celat, vt occul-  
tē securis hominibus imponat. Et Augu-

stinus autor est libro contra Manichæos  
dæmones vera reuelare nonnunq; & dist.

37.c. Si quid veri, in decretorū volumine,  
idē tradit. Et in libro de diuinatione Aug.

inducto Samuelis & Saulis exēplo, dæmo-  
nē vera prædicere nōnūquā testatur. Cre-

dit enim eo loco non verū Samuelē, sed il-

lius diabolicā fuisse vmbra, quæ Sauli bel-  
li vēturū infœlicem casum verē prædixit.

De qua re lege posteriore prologum nostrum ad Esai. Quapropter summa cau-

tela adhibēda est ad differendum hoc ge-  
nus reuelationum quæ non sunt canonicae,

sed priuatæ. Suspectæ sunt nanque, ni-  
si calculus Ecclesiæ Catholicae, illis suf-

fragetur. Nos iam olim questionem quod libeticam de hac re cum Salmaticæ Theo-

logiam stipēdio publico profiteremur in-  
stituimus, ideo de hac re satis in præsentia

sit hæc quæ diximus commemorasse.

